

M.S. en folio pergamino con 339 hojas.

in bulla Pii IV. confirmationis Concilii in illimentis Ultimum

omnia interpretationis genus &c.

Rotulatus

Declarationes Congreg. Conc. Trident.

In Bulla Pij Quinti Confirmationis Concilij in illis uerbis

Ullumue omnino interpretationis genus propter ista uerba fuit dubitatum à Congregat.ne Concilij an ex quo Pius iiij. In erectione d.ae Congregationis uideatur tantum deputasse eam ad executionem decretorum Concilij, non autem interpretationem, et amplius ibi dicit quod si aliqua dubietas subueniatur ad Sanctitatem suam referret, et in hac Bulla sane facultatem interpretandi etiam sibi reseruat: An Congregatio inciderit in istam censuram decidendo multos casus propositos in quibus Concilium ab eo declaratum interpretatum uidetur absque eo quod ulla relatione S.m Sanctissimo fecerit, et cum Congregatio hac de re consuluisset S.D.N. Pium quintum, Sanctitas sua dixit se non credere quod Congreg.o incidisset huiusmodi censuras, quoniam opinabatur quod hec prohibitio eos tantum comprehenderet, qui proprio ausu interpretari presumpsissent, ut illa uerba audeat interpretari incidant, tamen ad abundantem cautelam absoluit pro preterito Congregationem, pro futuro autem dixit quod dabat facultatem Congregationi absque alia declaratione, ut posset decidere casus, quos Congreg.o tanquam claros putauerit decidendos, quos uero tanquam dubios putauerit referendos Sanctitati Sue referat, prout et sic hactenus fuit.

Pro facultate Congregationis Particularis Concilij.

Xiij. Maij 1576. praesentibus S.+ Vrs. Alt. Sen. Sanctitas sua declarauit
ut non solum in praeteritum expedire potuerit, et in futurum eam possit casus
alias decisos in Congreg.ne generali, sed et eos quos pro claris habuerit ex
sententia omnium qui interfuerunt d.e Cong.ni

Prima Julij 1576. Alt. Sen. recolentes cum in Congreg.ne particulari S.+ Vrs.
Alt. Sen. recolentes supradicta uerba dicentis ita Sanctissimum declarasse,
aliqui ex Cardinalibus dixerunt, se non recordari Sanctissimum protulisse illam
dictionem, Omnium, et quod satis erat quod maior pars consentiret, praesertim
si in casibus praeteritis contigerit aliquid decretum fuisse uno, aut altero con=
tradicente; sed placuit omnibus ut dictio, Omnium, maneret quia si contin-
geret plaine se remitterent; aut ad generalem Congregationem negotium reijci.

Cum omnibus suis partibus [etiam quod sola periodus, sola clausula, uel sola dictio, aut sillaba, iotaue unum quod repugnaret uulgatæ latinæ editioni] et acriter reprehendendus est Vega lib. 15. c. 9. de iustific. qui tam audacter loquutus est de hac re.

Quoad oppositionem contextus græci, aut hebraici cum latina uulgata editione Congreg.º idem remisit ad tertiam regulam Indicis sub Pio quarto editi.

Decretum de editione, et usu sacrorum libr.

Et si Regulares fuerint ultra examinationem Congreg.º censuit idem in concionibus obseruandum esse, si concionatores ab ord.iis fuerint approbati.

Diuulgantes lectiones, annotationes, disputationes, conciones, et alia similia, nec non tractatus pertinentes cum ad deuotionem, cum ad quietationem conscientiæ scrupulatorum suum, et cæterorum huiusmodi, quia sibi inuicem communicant fratres Cartusiani obligati sunt, uti uulgata editione sacræ Scripturæ juxta unum S.R.E.

De peccato Originali in fine.

Declarat tamen, circa doctrinam tenen. de conceptione B. Virginis.

Vide bullam Pij V.ti super specula publicatam 17. Decembris 1570, quae mandat quod nemo cuiuscunque Ordinis, gradus, conditionis, uel dignitatis existat in popularibus concionibus, uel ubicunque promiscua uirorum, et mulierum multitudo conuenire solet de huius controuersiae immaculatae sc. conceptionis Dnae nrae, ex alterutra parte disputare rationibus, uel Doctorum auct. alteram snam asserendo, et contraria refellendo, aut impugnando, uel de rei ipsa q. ne cuiusuis pietatis, aut necessitatis praetextu uulgari sermone scribere, uel dictare praesumat.

Qui confecerit suspensionis poenas a diuinis absque noua declarat. ipso facto incurrat, si modo fuerit in sacris Constitutus, et quocunque praeterea gradu, siue dignitate fungatur illis omnibus sit ipso iure priuatus, et ad ea, uel similia munera obtinenda, uel obeunda perpetuae inhabilitatis censurae, ipso eo facto sit obnoxius, super quibus nisi a Romano Pontifice pro tempore existen., dispensari, siue absolui non possit, et nihilo. alijs poenis si opus fuerit a Proprio Praelato pro delicti mensura infligendis subijciatur, ita Pius V.s extrauag. incip. super speculam publicat. 17. xbris 1570.

Quandiu per Ap.cam Sedem altera pars diffinita non fuerit, appositaque sentia condemnata, liceat tunis Ordinis in publicis Academiae disputationibus, siue Prouincialium Capitulorum, uel ubi alias interfsunt, qui rem capere possunt, nec scandali ulla subsit occasio de illa quaestione disserere, et argumentis utrarumque partium uel asserere, uel impugnare: dum tn. neutra illius oneris iudices, seruenturque illa omnia, quae a Sixto quarto praedecessore nro monstrata sunt. Idem Pius poenas a Sixto quarto contra facientes statutas ibidem innouat.

Constitutio Sixti extrat. in extrauag. communibus de reliquijs: et ueneat Sanct. c. graue nimis, in qua condemnantes alteram partem ipso facto excommunicationem incurrunt, cuius absolutio, sola

mortis articulo excepto, ipsi Pontifici Romano est reservata.
Quas innouat, et super huius opinionis alteratione nulle sunt Aplice lre
promulgande cum sufficiant ille Sixti 4ti

In illis Ecclesijs in quibus pręb endę] Ubi non est constituta Pręb enda
Theologalis, et viget consuetudo, qua datur à Capitulo stipendium
perpetuum Theologo, qui docendi ibi officio fungitur, ea servanda est
quod si illud ad poterit Theologum diligentiorem reddere in sui mu-
neris functione triennium eius functionis ord. praefiniri debet.

Per se ipsos] Si Theologus huiusmodi habens pręb endam legitimè obtine-
ret parolem, tenetur in ea residere amittit distributionibus
quotidianis, et alijs emolumentis, quę tm deservientib. dari
solent. In Officio autem arbitrio ordinarij alium deputari debet,
qui Legat, assignato ei competenti salario.

Eligendum] Electio verò soli Episcopo competit, quia à Concilio in
hoc decreto cum de substituto de eligendo agitur, soli Epo dat
electio adiuvat exemplum Poenitentiarij, licet sit concepta alijs
verbis.

Et alius locorum ord. eligendum] et si ord. inferior fuit negligens, puta
Prior, Abbas, Praepositi, et cęteri similes alicuius Ecclesię Colle-
giatę, potest Episcopus, in cuius Dioecesi sunt, supplere eorum
et cogere, seu eligere, si terminus praefixus ab eo fuerit elapsus.

Cogant, et compellant] Si lectores istis collegiatis inferioribus
sunt subiecti, ut mandato suo satisfaciant per Epum sunt com-
pellendi.

Episcopus potest supplere negligentiam superiorum non compel-
lentium ad legendam eos qui stipendium pro huiusmodi
Lectione obtinent, licet Ecclesia eius sit exempta quicquid Epus
id exequi moneat, termino praefixo, et eo elapso suppleat
cogendo, vel eligendo.

§. de cęteris, et quę per se ipsos] Canonicum, et magistralem prę-
bendam obtinens parroli si in ea, ut tenet resideat, fructus Canonicatus

et prebende percipere possit, ita tamen ut quotidianas distributiones amittat, atque alias preterea quas absentes iuxta alia de causa percipere non possunt, In prebenda autem magistrali idoneum virum sibi substituat, qui ex ubertate instituti propositum ipsi prebende munus obeat Sacre Scripture interpretande.

Conferant. A quo autem hec collatio fieri debeat Concilium non exprimit, ideo pertinebit adeum ad quem antea de iure spectabat.

Et alias facta provisio nulla sit. Eandem facultatem habebunt Ordinarij in Ecclesijs Collegiatis in eisdem terminis quando inferiores Ecclesiastici fuerint negligentes.

In Ecclesijs autem Collegiatis et Cathedralibus. Per decretum Visitatoris Apostolici super instituenda prebenda vacatura non fiat preiudicium legitimo Collatori cum ea vacauerit.

Ubi nulla Prebenda. Si nulle sunt Prebende, sed Canonicatus qui tamen distributiones quotidianas habent, idem servandum est, quod de prebendis, cum illarum loco succedant.

Prebenda quomodocunque. Intelligit et Prebendas quarum fructus omnes consistunt in distributionibus quotidianis, sicut et aliqui.

Quando Clericus Secularis idoneus non reperitur pro dicta Prebenda, statuerunt Pius V et Gregorius XIII Collationem dictis Canonicatus suspendendam esse donec inveniatur idoneus Theologus secularis cui fieri possit. Interim vero voluerunt esse ab Episcopo faciendum ipsius Canonicatus custodem, aut Curatorem deputandum sedens omnes Superior alicuius Monasterij tradat, qui curet unum qui idoneus Theologus est sui Regularibus publice sacram scripturam in Cathedrali doceat, et huic tandem, stipendium primis necessarium submministret ex dictis fructibus, et reliquum fiat in Monasterij usum convertat, et ita Congregatio mandavit in una [illegible] die 14 Maij 1591

Primo vacatura, non tamen in mense Ap.co quia non comprehenduntur sub hoc decreto præbendæ vacantes in mensibus reservatis, ut idem dicitur Præbenda poenitentiali sess. 24. c. 8.

Præbendæ, quæ primò post Confirmationem Concilij vacauit, eo ipso facto eiusdem Concilij decreto huius cap. verbis In Ecclesijs autem pro Lectore sacræ scripturæ perpetuò constituto, et deputata, intelligitur si collata fuit ad id munus per se explicandum inhabili, an valida sit. R. Sancti sentiens hoc decretum Concilij esse conditionatum, et requiri prius declarationem, et actualem deputationem Episcopi, ut illa Præbenda sit Theologalis valere collationem Præbendæ, quæ primo post Concilium vacauit factam personæ idoneæ ad sacram scripturam interpretandam si nondum illa Præbenda fuit alteri deputata, et creata in Theologalem. Neque est in optione Episcopi primam præbendam vacantem assignare pro Poenitentiario, licet ratione curæ animarum videatur magis necessarium. Sed pro Theologo per quem verba huius decreti, ipso facto, verum si magis expediens in aliquo loco particulari fuit iudicatum, ut prius de Poenitentiaria prouideatur habenda est confirmatio in specie à S.ta Sede Ap.ca ad omnem difficultatem collendam.

Et non debent Lectori distributiones quotidianæ pro illis horis, quibus legit ex dispositione Iuris communis Doct. post gloss. ult. in c. quia non de magistr. tamen S. D. N. Greg. xiij. audita relatione Congregationis ex gratia illas deberi eis voluit non modo pro illis horis ut si mane legit, pro horis matutinis, et Missa Solemni, sed etiam pro vespertinis, et ita sepius Consultus respondit.

Sess. V.a de Reformat. cap. 1.o

Constituta et deputata intelligat. [cuius collonem reliquit illis, ad quos de Iure ante Concilium spectabat collatio eius Prebendę, quę deinde ex hoc decreto Concilij fuit erecta in Theologalem.

Nec talis deputatio, et institutio habet locum in Canonicatibus et Prebendis S. Sedi Aplicę reseruatis idem si in predictis mensibus Card.lis haberet indultum à Sede Aplica.

Hoc decretum habet locum et in Ecclesijs Collegiatis, quamuis Prebendę sint de Iurepatronatus laicorum ut deputet Prebenda p.o uacatura concurren. omnibus requisitis prout hic, et persona non erit nominanda ante uacationem, sed electio personę spectabit ad Epum, collatio aut ad quem legitime spectabat ante deputationem predictam.

Non pot optari Prebenda, quę fuit erecta, et deputata in Theologalem pro Theologo à sequenti Canonico.

In Ecclia Cathedrali, seu Collegiata insigni quę non est numerata, uel regularis, uel quę nullas habet distinctas prebendas, ord. ut habeat omnino lectio sacrę scripturę, cum non possit in hmoi Ecclesijs deputari prebenda p.o uacatura prouideat alia ratione iuxta hoc decretum ibi, et quatenus in ipsis Ecclesijs nullas, idque erit censendum si Eccla erit exempta quod ord.s poterit facere, ob negligentiam Superioris.

An si Canonici omnes consideant in quotidianis distributionibus ipsi Prebende eiusque intelligendę R. ita, prout Cong.o Concilij censuit.

In Prebenda p.o uacatura post Conc.m locum opto non habebit, si aut de ea, quę p.o uacauit prouisum non fuit pro Theologo, relictum est ordinarij decisioni iudicio.

De Capituli Consilio [Hęc uerba enim ad proxima sunt referenda cum agat

de assignatione, et contributione.

Si in electione Theologi vacante Prebenda inter Epum, et Capitulum sit controversia, ad Metropolitanum erit recurrendum, et eius iud.m sequend.

Sacre Scripture lectio { satisfit Conc. et Scolasticam Theologiam legendo.

Det tempore hora et materia scriptorehora, et materia Scripture et Theologie, que in sacra scriptura continetur, super quam legendum sit relinquitur arbitrio Ord.j

Potest etiam ipse Lector vacare a lectione tribus mensibus, Julij, Aug.ti, et Septembris.

Saltem Magistrum habeat { An distinentur mag.ro Grammatice in Civitate, possit in ea Curatus habitans, relicto idoneo Vicario, et approbato cum congrua merc.de in par.li dummodo in Solemnibus festis intersit. S. Cong.o censuit non posse.

Grammaticam gratis doceant { An ubi est laicus, qui Clericos grammaticam doceat, si Presbyter Parr.lem Cu.lam obtinens a Civitate ultra duo milliaria non distantem, ad id deputet, qui cum Parroli sue singulis diebus festis inserviet a residentia excusetur de qua sess. 23. c. 2. S. Cong.o censuit non excusari.

Illi Mag.ro Grammatices { In collone Cathedre legendi grammaticam presupp.o qd. d.e Cathedre sint annexa duo patrimonia, quorum fructus sint pro substentatione Lectoris d.e Cathedre, pertineat simul ad Epum, et Capitulum Vz admittere Vicarium generalem haben. facultatem.

Alicuius simplicis beneficij { Ubi sunt Prebende, et Canonicus non pot. assignari aliud benefi.um pro isto Theologo, vel Poenitenti.o

Eos ad id opportunis remedijs compellant { etiam Canonici Scitiatoris clausure, comprehenduntur sub hoc decreto.

Assignenda dignioribus Magris [nec isti lectores sacrae scripturae, in Conventibus regularium sunt examinandi, et approbandi ab Epo loci, de vita, et moribus, et sapientia est infra cum Conc.m videat id committere Caplis gnalibus, uel Provincialib., sed si in Eccl.a publice populo sacra scriptura legenda erit, tunc seruandum est quod in Predicat. statuitur infra c. 2.o de munere Predicatoris.

Et ne sub spe Pietatis [ord.s non pot examinari, seu approbari de vita, moribus et scia eos, qui sacram scripturam interpretaturi sunt in Conuentibus Regularium, multo minus eos, qui tali munere fungi volunt in Claustris Monialium.

Examinatus et approbatus [Ad quod examen teneantur et ludi magri qui priuatim in domibus particularibus p.a princ. grammaticae docent, uel aliorum similium artium, qui etiam tenentur, ut supra dictum est facere professionem fidei iuxta bullam Pij 4.i Kal. 9mbris 1564.

Dum publice in scholis docuerint [Idem iudicandum de docentibus in Eccliis Cathedralibus, et Collegiatis quoad priuilegia quando legunt sacram scripturam Theologus legens quandiu legerit pro residente habeatur, et recipiat omnes fructus, praeter distributiones quotidianas, quamuis, quod adsit massa grossa, uel Prebenda.

Et scholares, qui in ipsis scholis [Non idem in scholaribus, qui in Ecclijs audiunt, scholares in Ecclijs Cathedralib. non gaudent ipso priuilegijs, sicut studentes in studijs publicis, uel academijs. Interim tamen hmoi studentes in academijs non percipiunt distributiones quotidianas.

Priuilegijs omnibus de perceptione fructuum [non excusantur a residentia in parrochijs nec possunt haec beneficia incompatibilia ratione illorum priuilegiorum

Non possunt obtineri aliud beneficium incompatibile, nec curatum, vel requirens residentiam, et legendo deseruiri per substitutum.

Et cum contumaciam in non residendo lector debet procederi iuxta decretum Concilij sess. 24. c. 12. et tempore quo cessante legitima causa, et iusto impedimento quis non residerit, debet alium substituere sumptibus illius, qui lectioni sacre scripturae loco ipsius satisfaciat.

An lector Cathedralis Ecclesiae possit obtinere beneficium curatum, vel residentiam requirens, et legendo deseruiri per substitutum, et gaudere fructibus in absentia, et an liceat una cum doctorali Canonicatu obtinere aliud incompatibile, ut seruatur multis in locis S. Cong. censuit non posse.

In absentia (nec concedenda est licentia vacandi a lectione, ut alibi munere praedicationis fungatur).

Plene gaudent, et fruuntur (Idem censendum est de docentibus in Ecclesijs, qui quamuis a seruitio Chori absentes hinc possunt percipere fructus Canonicatuum, exceptis quotidianis distributionibus, sed ex gratia diebus, quibus legunt habendi sunt sicut praesentes in Choro, et deseruientes, et declarauit S. D. N. Gregorius XIIJ. ut supra notauimus, sed non gaudent ipsi lectores sacre scripturae in Eccl.a alijs priuilegijs, quibus gaudent in scholis publicis.

Constituta, et deputata intelligatur (Posito decisione Congregationis qua declaratum fuit Praebendam Theologalem ad praescriptum Concilij erectam non subiaceri optioni, an qui eam obtinuerit eueniente casu vacationis possit illa dimissa aliam optare adinstar aliorum Canonicorum? Die 7.a Iunij 1601 in una Astoricen. fuit resolutum obtinentem huiusmodi Praebendam non posse aliam optare.

Hoc idem in praebendis poenitentiarij censuit Nauarr. cons. 14. tit. de reb. Eccles. non alien. lib. 3.º

In una Lunen. Sarzanen. Cong. die 6.a Iulij censuit erectionem praeben.

Sess. V.a de Reformat. cap. 1.

Theologi non habent locum in ea, quae uigore statuti a sequenti Can.co optat, sed illam Praebendam, quam dimiserit Can.cus qui nouissime optat huic muneri affectam, et unitam remanere.

Tempus horam et materiam sacrae scripturae, super qua legendum sit, remitti arb.o Ord.ii censuit Cong.o

In Gimnasijs etiam publicis. [Die 18 Aprilis 1595. Cong.o censuit docentes Ius Can.cum in publica uniuersitate priuilegijs de percipiendis in absentia suarum Praebendarum fructib. gaudere et potiri, quamuis Praebendae, quas obtinent, sitae sint in Cathed.li eiusd. Ciuitatis, in qua publice Ius Canonicum docent.

In Collegijs aut Metropol.nis [Die 14 Martij 1598 Cong.o censuit si stipendium pro lectore Theologiae iam ante Conc.m fuit, ut proponit, in Cathed.li deputatum non esse necesse ex hoc decreto Concilij erigere Praebendam Theologalem.

Sess. V.a de Reformat. cap.o 2.o

Per se ipsos { Epus vel debet per se ipsum predicare, vel sumptibus suis alium conducere, qui id munus exequatur.

Viros idoneos assumere teneatur { à solis Epis, solis absq. consensu Capli ut infra not. sess. 24 c. 4.

An ad solum Epum spectet Predicatoris in Cathed.li deputatio, ita quod Caplum non possit se intromittere nec aliquem contradicente Epo deputare vel admittere? R.t Cong.o deputationem Predicatoris ad solum Epum in sua Cathed.li spectare, nulla habita ratione consuetudinis et imm.lis qua competeret Caplo, vel de cons. Capli.

Teneantur. Dum dubium est, quorum sumptibus conducendus sit Concinator pro Quadrag.a debet Epus cum proprio sumptu conducere.

Epus debet cum sumptibus proprijs conducere in Ecc.a Catedr.li alium Predicatorem non obstante quibuscumq. consuetudinibus et immemorabilibus.

Si Communitas alicuius loci solet ex imm.li consuetudine de mercede Predicatoris providere ad eam de cetero tribuendam cogenda est.

Per se, vel per alios Idoneos { Ord.s debet ipse eligere Predicatores, nisi in contrarium sit consuetudo ab imm.li tempore citra et si Curatores animarum ipsi per se volunt munus predicationis obire, non debent impediri.

Se coram Epis presentare { poterit Ord.s si sibi videbitur et ab eis exigere professionem fidei.

Antequam predicare incipiant { Si Presentatus fuerit idoneus Predicator iuxta c. 3. sess. 24. ab Ord.rio non est ei deneganda licentia.

Non pot. Ord.s ad libitum, et sine rationabili causa suspendere à predicat.e in eorum Ecclesijs non suorum ordinum { supposita consuetudine Predicatorem deputatum ab Epo in aliquo Populo predicare in Ecclesijs regularium, et si esset alterius ordinis, Epus pot. regulariter compellere si voluerint admittere externum in eorum Ecc.a ad predicandum

ut servetur consuetudo, sed si Praedicatores eiusd. Ordinis haberi possunt, caeteris
paribus ab Episcopo sunt praeferendi:

Sess. 6.a de Reform. cap. p.

sup. sess. 6.a vide et infra fol. 11 ad cj.

De residencia Episcoporum uide sess. xxiij. c. i. de reformat.

sup. fol. 6. in decreto Sess. 6. de Reformat. cap. 2.
et infra fol. 11 ad id. — vide infra sup. cap. 1. sess. 23.

Epi inferiores { De residencia Parrochum vide similiter vos. nam circa residenciam accendios dispositio d. c. 1. sess. 28.

Personalem residenciam { obtinens beneficium licet id sit titulatus alicuius S.ti dummodo simplex sit non tenetur in eo residere, nec ad residendum potest eum cogere Epus.

In titulum siue Commendam { Quando abbatia caret cura, et conuentu non est Abbas cogendus residere.

Locorum et personarum qualitate pensata { nulli tamen est adiicere onus ex fundacionem beneficij aut consuetudinem.

Expediens uidebitur { Per hoc non datur facultas Ordinarijs dispensandi à residencia est quauis ratione.

Residere cogantur { Prouisus ab inferiori collatore compellendus est ad residenciam per Ordinarium.

Habens Archidiaconatum Palentin. in eo tanquam digniori loco residere debet, et ibi residens potest percipere omnes fructus Thesaurarie Legionensis, preterquam distribuciones quotidianas, in qua si 3.a pars Thesaurerie ipsius ex decretis Conc. Trid. sess. 21. c. 3. et sess. 23. c. 3. esset conclusa 3.a pars illa ab eo percipi non potest nisi inibi resideret, atque inseruiret.

Epus non potest cogere obtinentem beneficia simplicia ad aliquod personale seruicium suis beneficijs impendendum cum ex antiquitate eorius Eccl.ie consuetudine non teneantur, nisi ad officium recitandum.

Epus non potest quem cogere ad residendum in beneficio simplici.

Epus non potest quem cogere obtinentem Cappellaniam, ut ipsemet celebret, licet in eius fundatione disponatur quod rectores celebrent, nam istis oneribus missarum recte per substitutum satisfit.

Racionabilibus causis { Canonicum Capuan. fuit per annum excusatus à residencia ex declaratione Congregationis dummodo eo tempore in loco uiciniori habitaret, et quod inimicitie essent sine eius culpa orte.

Quidam Canonicus Aretin. qui fideiusserat de non recedendo ab Urbe fuit à resid-
cia fideiussore durante similiter excusatus, et inhibitum Ord.rio, ut contrà
eum non procederet.

Epo Chrismatis om̃ conferendi causa ad loca sua Dioc.nis accedente Laici, vel Ecc.dum Rectores ad illius imper. non tenent.

Non esse solum Epum̃ et Abbates ex privilio Sedis Ap.cae de consu ordinario eum hoc sacramentum conferre possunt.

Fuit dubitatum an Abbates Cassinen., quibus sp.ualia excepz.is dum tascat collatione ordinum, consecrat.e Ecc.arz, et Altarium possit chrismari? et videt, quod non per cont. Puer. q. et Tiraq. de retrau. lig. glos. 14. n.º 43. et seq. ubi requirit sp.ualis mentio in his, quae sunt privilegiata, sed in contrarium dicebat, quod excepz.io firmat regulam in non exceptis, p.rim quando casus excepti sunt sp.ali nota digni et excipiunt taxative, ut not. Dec. in l. 1. n.º 30. et 36. de reg. iur. sed dubium augetur ex eo quod dispensatio huius casus non debet concedi sine causa urgenti, quemadmodum voluit Eug. in B. Conc. flor. Ergo nunquam venit, nisi expresse concedat, et causa exprimatur. Praeterea Greg. in c. pervenit loquit dispensative ubi Epi desunt, et ita censuit Sacra Congregatio sub die 13 Martij 1574. in sess. 23. in c. de sacram. ord.

Omnis Prelati inferiores exempti exempti tenent iurisd.em Epalem si intra fines alicuius Dioc. sunt, tenent accedere ad Epum intra cuius fines existunt pro sanctis Oleis.

S.D.N. consultus respondit non posse Abbates uti facultate conferendi sacrosanctum confirmationis Chrisma, nisi ord.s Loci consenserit, et quemadmodum et quandiu ei placuit.

Qui vero est nullius Dioc., habetq. Jurisd.em ut s.a pot accersere quem voluit Catholicum Epum̃ pro ministrando Chrismatis sacramento non obstan. c. 5. sess. 6.

Sess. 7.ª de Reform. cap. p.° et 2.°   v. et fol. seq.

Ætate matura requiruntur 30. anni exacti de iur. ut c. cum in cunctis de elect. quod non procedit in alijs dignitatibus inferiorib. in quib. sufficit attigisse legitimum annum d. c. cum in cunctis §. inferiora, et qn annus inceptus habeatur pro completo vide p. Cano. in Clem. p.ª de etat. et qual. et per legist. in l. qua etate ff. de testam. et in l. cui legatur de lega. p.°

Sess. 7.a de Reform. cap. 2.o 1.o fol. antecedent

Proposita controversia in Congr.ne an habentis Eccl.am Cathedralem possit commendari alia Eccl.a fuit per aliquos dictum posse quia antiqui Canones permittentes, quod uni duae Eccl.ae una in titulum, altera in Commendam conferantur, non sunt immutati c. qui pluris et relatio cum seq. q. 1. dudum il 2.o ubi gloss. vers. in tit. in fin. de elect. et not. gloss. in c. cum te etat. et qualit. et intelligebant literam huius text. ut nemo possit obtinere plures Commendatas Eccl.as, pro quibus vide Joem Franc. in tract. de off. et pot. ... et q. 3. par. 2.a col. 4.a alij con. asserebant per antiquas rones, et Canones quibus cavetur neminem duabus Ecclesijs posse officii c. Clericum 21. q. 1. ex Calced. c. x. et l. omnio 10. q. 3.a ex Hier. 2. xiis. cum Concil. fol. 379. et c. sanctor. dist. 70. et c. quia nonnulli de Cler. non resid. confirmabant hanc opinionem, quia singula Eccl.ci Juris officia singulis personis sunt committenda c. singula dist. 89. et odiosa fuit semper apud veteres plurium sacerdotium ambitiosa cupiditas, atque simul in generalibus Concilijs damnata, ut testatur Conc. Colonien. sub Ermano de anno 1536. in tit. de muner. Epi. c. 32. nituntur verbis Concilij hic quibus expresse prohibetur pluralitas, sive in titulum, sive in commendam cum valde felix sit ille censendus, cui unam Eccl.am bene regere contigerit, ex quib. verbis colligitur, mens Concilij volentis auferre pluralitatem id clarius probatur per tex. in c. 17. sess. 24. quo cavetur ne unus officia sibi vendicet plurimorum, ideo non posse aliquem retinere, nec obtinere duo beneficia, quae personalem residentiam requirant

et id habere locum non solum in Cathedralibus, sed et in oibus aliis beneficiis cuiuscumq: tit. et qualitatis et si commendata existant. His addi qd considerando rationem finalem huius textus, quae est multiplex uitat enumerationem, quam facit Rebuff. in prax. tit. de dispens. ad plura, et per tot. fol. 280. ita prohibita est pluralitas plurium titulorum, sicut unius tituli, et unius Commendae, praesertim cum hodie Commendae, quae sunt perpetuae, et cum facultate percipiendi fructus, et eos conuertendi in usus proprios, magis participent de uero tit. quam de depositi simplici, ut testatur Gomes in reg. de idiom. q. 5ª, et melius in reg. de trien. q. 5. nº xº, et seq. ubi et addit Commendas, quae per Canones, et antiquos Doctores permittebant habuisse naturam depositi, et illo tempore, sicut non fuerunt cognitae, ita nec eas fuisse permisse Commendae nostrorum temporis, quae habent pro uero tit. ad argumenta contraria de quibus dictum est in d. tit. ad cap. qui plures ri. q. 1ª respondet per Gomes. ubi supra qui argumentat probat partem licet Franc. cons. 32. nº 39. ualde dubitet.

Sess. 7.ª de Reform. cap. 2.º

Personis dignis | stante penuria sacerdotum Epus provideat, ea ratione qua pot. meliori.

Per se ipsos curam | Parochus si eo morbi genere teneatur ut ad functionem sui Sacerdotij, aut ad res divinas per se obeundas minime idoneus esse videatur non tenetur durante illo morbi genere sacris ordinibus se initiari facere.

Sess. 7.ª de Reform. cap.º 4.º

Quicunq. de cetero { providentes beneficia contra dispositionem huius c. ex presumpta dispensatione in qua fundatur reg.ª de triennali se tueri non possunt, quia non habent locum contra hoc decretum, et c. 7. sess. 24. tamen suam provisionem tueri valeant.

De parrochialibus, que residentiam personalem requirunt, et inter se incompatibilia sunt, una tantum post hoc decretum retineri potest, quo vero ad alia beneficia residentiam requirentia, non residentes distributiones percipere non debent, quae propter servitium cultus divini assignatae sunt; non tamen procedendum est ad privationem dd. beneficiorum si ea cum legitimis dispensationibus obtinuerunt quia de his in futurum tantum statuit Concilium dummodo in uno illorum resideat ubi magis necessaria est residentia.

Plura curata { Congregatio censuit posse obtineri dignitatem cum mera parrochiali.

Incompatibilia beneficia { Parrochialis Ecclesia sunt incompatibilis cum beneficijs, in quibus assignatae sunt distributiones quotidianae, quas a divinis absentes amittunt.

Quod de incompatibilibus beneficijs dicitur, idem intelligendum est de omnibus beneficijs residentiam requirentibus, que aliquis post publicationem Concilij recepit, velutj duos Canonicatus, vel Canonicatum cum Parrochiali.

An ~~obtinentes~~ obtinentes dignitates in Cathedrali Ecclesia quarum prebende sunt admodum tenues, nec ad quotidianas distributiones (etsi presentes divinis laudibus cum alijs in Choro inserviant) admittuntur possint vacante parrochiali in ea Civitate cuius cura re servata in reliquis forma Concilij; ut si digni et idonei in examine per concursum reperiantur. Resp. censuit expectandum fore

tamen donec vacet aliqua parochialis huiusmodi, cumque [?] putem debere S. D. N.
consulere, et veros redditus dignitatis et parochialis exprimere.

Scribat Archiepiscopo V. ut N. obtinenti parochialem in Civitate, et Canonicatum in Cathedrali si possit utrique commode inservire denuo molestiam exhibere.

Hoc incompatibilitas decretum procedit et in illis, qui post Conc. Trid.m recipiunt duos Canonicatus, et retinent sine dispensatione Sedis Apostolicae.

Cappellania, et Monasterium, quorum fructus sunt tenues, sunt beneficia incompatibilia, nec possunt retineri sub eodem tecto sine dispensatione Apostolica.

Cappellania quae habet onus celebrandi certas Missas, et coadiuuandi in cura animarum Ecclesiae est beneficium incompatibile cum alio beneficio curato, vel alias personalem residentiam requirente, et licet eius rector non subiiciatur c. licet Canon: de elect. in 6., tamen comprehenditur sub decretis Conc. Trid. loquentibus de beneficiorum non tantum curatorum residentia.

Obtinenti Parochialem in Civitate, et Canonicatum in Cathedrali si possit utrique inservire non est molestia inferenda.

Habenti dignitatem, personatum in Ecclesia Cathedrali, quae de distributionibus quotidianis non percipiat Parochialis Ecclesia inconsulto Rom. Pont. conferri non debet.

Dignitates quibus a principio coniuncta fuit cura animarum sunt incompatibiles, si vero eis ex post facto coniuncta fuit, possunt cum legitima dispensatione ante Conc.m Trident. retineri.

Sive per viam unionis [Decretum hoc servatur est in his tantum Canonicatibus ac dignitatibus quibus a principio coniuncta fuit cura animarum, non autem si a principio illis cura annexa non erat, sed postea, et ut aiunt ex post facto, nam his non procedit hoc c. nec c. 17. sess. 24. de reform.

An hoc decretum habeat locum in duabis Parrochijs, quarum altera unita est beneficio simplici, uel dignitati? Ra. Cong.o censuit non habere locum, si parochialis unita est perpetuo, et auctoritate unde, et potest retineri si modo legitime utramque obtinuit.

Argumento huius text. plures sacra Cong.o censuit eos, qui ex dispensatione Ap.lica ante Conc. confirmationem duo incompatibilia, puta Episcopatum cum Canonicatu, uel duos Canonicatus obtinuerunt, non cogi alterum dimittere, sed residendo in eo, cui cura imminet in altero committat distributiones quotidianas, ac reliquos fructus percipiat.

An Parrochialis obtenta ab eo, qui à Sede Ap.lica in partibus Infidelium ad Episcopatum existens promotus, ac eod. tempore alicui Ep.o in Suffraganeum deputatus fuit uacare intelligatur die xij 7bris 1601 fuit per omnes Ill.mos Dnos dictum non uacare.

Vide annotationes infra sess. 24. de reform. c. 17.

Plura Curata et alias incompatibilia Die xxi Martij 1602 Cong.o censuit dispositionem huius decreti non obstare quominus obtinens beneficium cuius fructus uniuersi à Sede Ap.lica ad certum tempus pro libito fuerint concessi obtinere quoad fructuum concessio durauit.

Et die 5.a 7bris 1602 censuit beneficium simplex Iurispatronatus laicorum posse uel cum alio simplici simili sub eod. tecto absque dispensatione obtineri, si ita lege fundationis ab Ep.o approbata caueat. Vide infra post seq. uers. Dispensationes.

Sess. 7. de Reform. c. V.°

uide infra cap. 7.

Vicariorum deputationem [Deputatio Vicariorum] habet locum in omnibus beneficijs incompatibilib. non autem in curatis qui eas obtinentes, eis non inseruiunt.

Debitis obsequijs non defraudentur [in hoc decreto, et precedenti Cappellanias, et alia beneficia non curata requirentia ad residentiam, si tamen alias sint incompatibilia comprehenduntur.

Per hoc decretum non permittitur ordinarijs visitare Eccl.as Regulares.

Temporis longitudo non obstat quin ab Ep.o compelli possint ad dispensationes exhibendas.

Subcollectores, et alij officiales Sedis Ap.cae minime comprehenduntur neque quoad ostensionem titulorum sub hoc decreto.

Commodum quod ad sex menses in Eccl.ijs Curatis fieri poterant ab Ordinarijs c. nemo de elect. in 6. amplius post Conc. locum non habent, cum debeant in eis deputari Vicarij ad formam huius cap.

Not. quod Ep.us deputat Vicarium in uim huius cap. nam alius inferior non pot. nisi forte talis sit ord.s habens hanc iurisdictionem iuxta doctrinam Abb. in cap. cum olim n.° 2. de prescript.

Dispensationes suas exhiberi [an beneficium simplex iurispatronatus laicorum intra Cathedralem existens possit absque dispensatione cum alio simili sub eodem tecto obtineri si ita lege fundationis ab Ep.o approbata caueat. Die 2 bis 1602 fuit resolutum affirmatiue, si in limine fundationis id cautum, et approbatum fuit. Vide Gralor. de sen. cons 120. sub n.° uers. Item pone, et Lambert. de iur. patr. in q. q. pnli par. p.a q.a n.° 49. et seq. fol. 76.

A 40. annis citra (non data potestas ordinarijs per Conc. Trid. examinandi et reuidendi uniones, quae s. 40 annos ante confirmationem eiusdem Concilij decretorum factae sunt.

Per hoc decretum non excluduntur ordinarij quominus uniones reui=dere possint in casibus quibus licet de iure com.i et ultra 40. annos.

Uniones perpetuae supra 40. annos factae ab ordinarijs examinari non debent, unio uero facta ante 40. annos, et quae post 40. annos effectum est sortita cum sit casus omissus, remanet in dispositione Iuris communis.

Praetendens unionem s.a 40. annos factam ipso quaerenti tenetur eam ostendere.

Irritae declarandae (Uniones perpetuae per subreptionem obtentae à 40. annis à publicatione Conc. Trid. computandis debent ab ordinarijs irritae declarari.

Uniones perpetuae à 40. annis citra factae à die publicationis Conc. Trid. computandis ab ordinarijs possunt examinari, et irritae declarari.

In bulla in fauorem regularium edita, mandatur Episcopis, ne impediant uniones et perpetuas de beneficijs ecclesiasticis factas, uel faciendas, seu de eorum fructibus monasterijs regularium mendicantium.

Sess. 7. de Reform. c. 7°.

in dec.to cap. 2°.

Collegiatis [ord.s tam ex auct.e Conc. Trid. quàm ex bulla Pij V.i de Vicarijs perpetuis initij. ad exequend. Kler. ghis 1567. in bull. const. Pij V.i n.° 46. habet facultatem creandi Vic.os in Parochlib. Ecclesijs unitis Collegiatis, et hi Vicarij sive perpetui, sive temporanei futuri sint, debent ab ord.rio examinari, et approbari, prout et Pius V.s in d.a Bulla constituit.

Alijs Eccl.ijs [Ep.us debet constituere Vicarium perpetuum, vel temporalem in prioratu, cui curam animarum incumbit.

Vel Monasterijs [in monasterijs ab ipsorum primeva fundat.e curatis non possunt deputari Vicarij, isto ad servandum c. xj. sess. 25. de reg. quod exercentes curam sint ab ipso ord.rio approbati, si Parochls essent Monrijs unit. An Ep.i habeant aliquam iurisdictionem in Ecc.ijs exemptis, non obstan. quod sint unitae vel suppositae Abbatib. Cong.nis m. Oliveti, et quid exerceri possint R.a Cong.° censuit si hmoi Ecc.ae curatae sint, et unitae Monrijs posse Ep.os Ordinarios locorum visitare eos, et ponere in eis Vic.os perpetuos sive temporales sm dispoñem Conc. Trid. in d. c. si vero Ecc.ae hmoi sint in loco ipsorum monastorum, eisque immineat curam aiarum, posse Ep.os visitare personas exercentes in eis curam ipsarum aiarum iuxta in illam formam quam praescripsit Cong.° c. xj. sess. 25. de reg.

In Parochlibus Unitis Monrijs deputari possunt Vicarij perpetui, nisi essent in loco, in quo ipsa Monria; quo casu servan. est Conc. c. xj. sess. 25 de reg.

Concessum tamen fuit à Greg. xiij. ut aliquando et parochlib. illis unitis deputent Vicarij sed ut aliquis ex regularib. ab Ep.o tm approbatus curam animarum exercere posset, dummodo secum habeat socium ordinis eiusdem.

Sess. 7. de Reform. c. 7.°

Et vide infra sess. 23 cap. 1 et sess. 24 cap. 12.

Vicarios etiam perpetuos [Vicarij non possunt constitui absque erectione tit. Vicariæ, non obstante bulla Pij V.ti n.° 46, et hoc decreto.

Non prohibetur quominus cura animarum exerceri possit per Vicarium amovibilem, ut sess. 25. c. 2. de reg. dummodo sit certum cui principaliter incumbat, ut c. 18. sess. 24.

Congregatio censuit nominationem Vicariorum ad beneplacitos pertinere, hoc est ad eos, ad quos beneficia spectant sic et Pius V. dicta bulla citata n.° 46. addens ordinarii vel eius Vicarij prævio examine approbationem necessariam esse.

Et ex dicta bulla Pij V. de exequendo etc. in bullario n.° 46. nominatio Vicariorum etiam perpetuorum, spectat ad Ecclesias, seu loca quibus dicta Parochialis sunt unitæ.

Per d. bullam non tollitur quominus Vicarij perpetui possint constitui ex declaratione Congregationis Concilij.

Ad dictam nominationem faciendam potest Episcopus præfigere terminum decem dierum.

Nisi ipsis ordin. [ut possint dispensari cum senibus infirmis ac decrepitis, itaut eorum Ecclesijs, quæ personalem residentiam requirunt ab idoneis, perpetuisque Vicarijs deserviatur. Item cum ijs, qui propter Monialium vel hospitalium curam in Ecclesijs quas in monitibus obtinent non facile possint reddere servari quod decretum est c. 1. sess. 25. de reform. quo decreto non amplius id permittitur, quod in isto sub Paulo 3.° relictum erat arbitrio ordinarij sed omnino imponitur necessitas residendi.

Sess. 7. de Reform. c. 7.

Portione etc. in constituenda mercede inservient. alior. beneficij curatis observari debent Conc. Trid. decreta.

Que sit ista portio declarat bulla Pij V. Licet etc. ad terminos Conc. fuerit redacta in revocat. privilegior. mendicantibus concessor. facta à Greg. xiij. Kl. Martij anno p.o in bulla xv. subtit. reductio liter. et constitutionis fel. record. Pij Papae V. pro Mendicantibus, postea tñ. met. idem Greg. illam Pij V. revalidavit.

Ex fructibus Parochie unite monrio detrahenda est merces Vicarij, qui ei inservit.

Si non appareant certi redditus Sacr. Parrochialib. Cong. censuit cogendos esse posses.res ad assignan. de suo summ. 50. ipsis Vicarijs, nisi ipsimet clare, et concludenter probarent d.as Parochias nullos prorsus habuisse redditus q.n unite fuerunt Ecc. seu locis suprad.t

Super re certa assignanda incerta de quib. in bulla ordinarij taxabunt in Ecc. ijs unitis monrijs, et possunt Epi ordinarij locor. eas visitare, et pro re in eis Vicarios perpetuos, sive temporales iux. dispon.m huius decr. prout eis expedire videbitur.

In Parochialibus militie S. Joann. Hierosol. servan. est breve Pij V. editum 7bris 1571.

S. D. N. Greg. xiij. non het pro revocata in bullam Pij V. de Vicarijs perpetuis in Parochialibus unitis Monrijs regularium, ubi Epus ad nominationem monachor. deputat unum ex ipsis previo examine approbatum ad nutum ipsor. amovibilem, et cum Vicario sic deputato debet habitare unus [illegible] saltem alius monachus, ne pluris extra clausuram maneant.

Tertie partis fructuum.| intelligit S. Congregatio quod merito hec detrahatur ex fructibus Parrochie unite monasterio non autem ex fructibus monasterij: hec autem merito Capellani sufficit si sit 50. aureorum, ut Congregationi placuit, vel remittitur arbitrio ordinarij iuxta huius text. et c. 4. in fin. sess. 21.

Portio hec taxata per S. D. N. Greg. xiij. fuit ut non maior 100. ne minor sit 50. aureis computatis omnibus et incertis, et emolumentis:

Quod si Parrochialis minor sit 50. tunc omnes fructus Vicario assignandi, sed Vicarij hmoi tenentur super Vicarijs ipsis expedire lras apostolicas.

Si due sint Parrochie, que per consuetudinem 40. annis observatam tanquam unice semper sine dispensatione collate fuerunt, earum sic possessor non est inhabilitandus ex Congregationis declarat.

Parrochus Ecclesie in qua fuit institutus Capellanus cui in institutione Cappellanie imposita fuit tota cura animarum, seu Vicaria perpetua quod ad Capellanus attinerit, non tenetur Parrochus in ea rendere ...

Deputandi | quid si Vicarius fuisset deputatus, portio assignata ante Conc. an per ordinarium revideri possit, et reduci ad formam huius decreti? et videtur quod sic quia mens Conc. est ut animarum cura laudabiliter exerceatur, quo fine eluderetur lex si non procederet in Vicarijs tam deputatis, quam deputandis ut ibi apparet constat de mente verba debent et appropriari ad rem ut l. non debet de leg. 3. Bal. in l. non dubium col. 2. C. de Legib. facit tex. in d. c. 16. sess. 25. qui loquitur et de Vicarijs deputatis, et

Sess. 7. de Reform. c. 7.° 3.

de iure communi potest Epus cogere Religiosos negligentes ad deinceps subtinendum Vicarium perpetuum per Clem. de iur. patr. ubi glos. uers. oneramus c. p.° de Praeb. in 6. et per Rebuff. in tract. de congr. port. n.° 155. Capell. Tholos. decis. 149. sicut et portio assignata antiquitus Vicario perpetuo, ex ea potest minui, ut per glos. in c. auaritiae uers. redditibus ubi glos. Doct. de Praeb. pari ratione potest augeri, si non sit congrua ut per Rebuff. ibidem n.° 43. quib. non obstan. Cong.° censuit hunc textum procedere in Vicarijs deputan.s, cum quia id tm exprimit, cum quia proprium legis est praeficere futuris negotijs l. Leges C. de Leg. c. cognoscentes ubi Abb. et Felin. de constit.; et hoc stante mandauit reuocari decretum factum per Vicarium Placentiae con. quendam Vicarium deputatum cum portione minus congrua, quod decretum fundabat se super isto textu, non autem super iure communi; et in eod. casu cum postea Vic. uoluisset uti Iure com. dep. tatum non fuit admissus quia (?) quod deputatio fuerat facta ante Conc. fuerat et auctoritate ap.ca confirmata cui non poterat Vic. Epi. derogari.

Vnita, et annexa perpetuo Die (?) Martij 1594. Cong.° censuit cons. S. M.a Pij V.ti de Vicarijs perpetuis ita ee intelligendam ut omnia incumbentia Parrochi Ecc.ae, in qua fuerit erecta Vicaria, pertineant Vicarium perpetuum solum, nulla autem ex parte ad Eccl.iam, seu Monast. aut alium locum pium quib. unita fuerit ipsa Parrochia.

Et die 28. Aprilis 1594. censuit Vicarios perpetuos in Parrochiis cap.o unitis

quis concursu constituen.

Sub ead. die censuit Caplum ad libitum posse amoveri Vicarium alias per ipsum electum, aut confirmatum, teneriq intra octo dies alium constituere, alioquin deinde ius deputan. Vicm. ad Metropm. et si Eccla. ipsa fuit metropola. ad antiquiorem Epum.

Et die 5a. februarij 1595. Congo. censuit nominationem Vicariorum secularium amovibilium in beneficijs Curatis unitis spectare ad Epos, Vicariorum vero Regularium in vim certae const.is a Pio Vo. emanatae spectare ad eos, in quorum Eccl.ijs unitis ipsi Vicarij ponuntur illosq non esse quis concursu, sed tm cum examine, et approbat. Eporum deputan., et qn. dicti reg.es in vicarios deputabantur ipsos teneri cum alio regulari cohabitare.

Congo. respondit deputationem Vicariorum, sive perpetuorum, sive amovibilium in Parrolib. unitis Monrijs, alijsve locis pijs ex hoc decreto spectare ad Epum; Ceterum ex const.e S. M. Pij Vi. hac de re edita Vicarios perpetuos in eiusmodi regularium Eccl.ijs esse exemptam ab his, in quorum Eccl.ijs unitis ponuntur. Sed quoad Vicaros. amovibiles constitutionem nihil novi induxisse, ideoq spectare ad eos, ad quos ante Constem. vigore d. Decreti spectabat, nempe ad [illegible] locorum.

Item Rc. Congo. ex mente S. M. Greg. xiiij. in pd.is Parrochialibus unitis, quibus per reg.es deservit. deberi omnino duos ex ipsis regularibus habitare.

De sess. 7.a vide infra fol. cxj cū seqq.

Ses. 6 de Reformat. cap. 2.

IN Titulum, seu Commendam] Commendatarij non tenentur promoueri ad sacros ordines, p.o si monasteria carent omni prorsus cura, et Conuentu 2.o; uel si habeant etiam fundationem temporalem, 3.o uel si cura animarum sacram.lis soli Conuentui incumbit, non autem personae Commendatarij, 4.o uel si Jurisd.m, quam est conced.ne Sedis Ap.cae habent non possunt actu exercere, quia de facto prohibeantur, quia si eam iurisd.nem spiritualem actu exerceant curam aiarum habere uidentur c. dudum 2. §. licet de elect. Vbi Hostien. Io: Andr. Prilla Arch. Card. Butr. Abb. et super eo de preb. in 6. Extrauag. Ioan. xxij. execrabilis in eo quia est lata significatione ee d. Innoc. et alij in cap. cum sacerd. offic. Archid. et c. de multa di Preb. Scappil. de stat. et qualit. benef. §. ut sciri ponit n.o 20. fol. mihi 41.

Dixerò regulariter Commendij non eunt cogendi suscipere sacros ordines, sed quandoque per locorum et personarum qualitatis expedit eos ad id cogere ait.o Sanctiss.i, sed an ad Sacerdotium debeant ordinari, uel sufficiat ad Diaconatum? Vide Rebuff. in prax. benef. tit. de non promo. intra an. n.o 32. ubi intra quod tempus fol. 341.

Si uerò cura aiarum sacram.lis siue monacorum, siue personarum secularium incumbuerit personis Commend.oris tenebuntur sacris ordinibus initiari, et promoueri precise ad Sacerdotium intra annum, aliàs ipso iure priuati sunt ad c. licet Canon. de elect. in 6. ubi gloss. uers. Commendari, et clem. ne in agro §. Ceterum d.o stat. Monach; et an distinguendum sit si Commenda an anno 22. obtinuerit, teneatur promoueri ad Sacerdotium intra 25. annum d.o §. Ceterum continetur.

In Gallijs indistincte Commendatarij teneantur promoueri ad sacros ordines, et in concessionib. Commendarum Galliarum apponatur, ut intra

annum initiens, alioquin post annum elapsum vacent ipso iure Commen-
de, quarum si quae exciterint de monijs, omni prorsus cura, et con-
uentu carentibus eo casu S.D.N. aliquam Commendatariorum rationem
habebit.

Sess. 6. de Reformat. c. 2.

Commendatarij non tenentur residere p.º si monasteria carent omni prorsus cura, et Conventu, 2.º uel si habeant tantum Jurisdictionem temporalem, 3.º uel si cura animarum sacramentalis soli Conventui incumbit, non autem personę Commendatarij 4.º Vel si Jurisdictionem Spiritualem, quam ex concessione Sedis Apostolicae habent, non possunt actu exercere, quia de facto prohibeantur V.º Amplius quod eam Jurisdictionem spiritualem exerceant, non ideò tamen tenentur residere ex decreto Conc. sess. 23. c. 1. ob ea uerba quilibet existat de curatis, et alijs quibuscunque beneficijs animarum curam habentibus, quę uerba ad solam quoque iurisdictionem temporalem referri possent c. dudum, et c. de multa, et extrauag. execrabilis ut c. super eo de Preb. in 6. Tamen intelligendum est de sola cura animarum Sacramentali et ideò qui solam curam Jurisdictionis spiritualis habent, non comprehenduntur in decreto, neque poenis ibi inflictis subiacent, sed tantum poterunt cogi residere prout ante Conc. tenebantur ad terminos c. dudum 2. et d. c. super eo, et d. extrauag. execrabilis, ad quos eo uidetur Conc. alibi se retulisse sess. 6. c. 2. si uerò cura animarum sacramentalis seu Monacorum, seu personarum incumbit personis Commendatariorum, tenebuntur residere ex decreto Conc. sess. 25. c. p.º

Sess. 6. de Reformat. c. 2°.

A quo uisitari possint Commendatarij

Dicebat Concilium uideri subiecisse Commend.rios in mat.a residentie, preci decreto. Item cum de incompatibilitate agit sess. 6. c. 4 aut de cura animarum sacram.ti quam ipsimet Commendatarij exercent sess. 25 c. 22. de reg. ex istis casis Conc. nihil in spe decreuisse à quo Commendatarij possint uisitari, et corrigi considerari aut est quod cum ex hodie à princip.e receptum sit Commend.os perpetuos pro ueris titularibus haberi, et iura de Abbatibus, et Prioribus loquentia habere etiam locum in hisce Commendatarijs probat d. c. nemo de elect. in 6., Canan. in consuet. Burgund. rub. 9. § 9. Rebuff. super concord. tit. de nominat. q.e 29. et de pacif. posses. n.o 36. et 43. Gomes de infirm. resig. q.e 13. n.o 7.o, et de trien. q.e 5.a n.o 6.o consequens uidetur, et quemadmodum Abbates à Superiorib. Regularib. uisitari debent et ab his Commendatarij uisitari possint quod si hoc non omnino, conuenire, aut decere uidetur, aduertendum est nullo expresso Iure, nullaque clara constit.e Ap.ca probari Commendatarios exemptos ab ordinarijs iudicari ratione rei, contractus, aut delicti, ut sanxit Innoc. 4. in c. 1.o de priuil. lib. 6. quam Concil. innouauit, atque ampliauit in causis mercedum, ac miserabilium personarum, etiam si certus Iudex à Sede Ap.ca in partibus deputatus, esset et praeter quoque in alijs causis si certus delegatus non adesset sess. 7. c. 14. Quo uero ad materiam uisitationis uisum est plerisque non posse Commend.os nomine Commende uisitari, neque corrigi, nisi à delegatis Sedis Ap.ce non quia aliqui ordinarij hanc facultatem sibi competere credunt, et ob id urgere aliquos Commendatarios Sanctitas sua iussit, ut audiant Commendatarij, quibus nam rationibus se ab hac uisitatione tueantur, ideo eis auditis amplius

erit deliberari.

Residere cogantur. Die 8.a Junij 1593. Cong.o censuit à mandato de residendo à visitat.re edito non dari appellonem ad effm suspensiuum, sed deuolutiuum tantum.

Extra Monasterium degens { Intellige sine licentia Superioris degentes intra vide c. 14. sess. 25. de reg.

Fuit dubitatum utrum existens in aliqua domo ad creationem Monrij destinata comprehendantur in d.º Decreto R.º fuit resolutum, quod licet ibi existerent de licentia suorum Superiorum, tamen non haberent in d.ª Domo Priorem, sive Guardianum, et non viverent iuxta instituitum reg.ᵉ illius Superioris comprehenderent in d.º decreto, et ab Ord.rio puniri possent.

p. col. 7. vers. 2. et vers. 3. nam ratione causae civilis non sit aliquis subditus glos. in Clem: pa. vers. subditus de for. compet. Ancaran. in reg. ea quae de regul. iur. in 6°. n°. 17. et cum non subditum non possit procedi ad executionem quae requiritur subiectionem. c. postulasti de for. comp. ita declarant Bald. in d. c. significasti de offic. deleg. et in l. spati ubi Castr. n°. 7. et 11. C. de Epis. aud. sed ratione delicti eccl.ci tam persona quam eius bona subdita censentur Andr. de Iser. in tit. de stat. et consuet. cont. liber. eccl. n°. 11. et 12. Item dici eo in causis civilibus spectantibus ad forum eccl.cus ut Epus possit facere executionem super bonis mobilibus Laicorum, quia huiusmodi mobilia sequuntur conditionem personae ut concludit Oldr. cons. 17. in fine. et sentit Abb. in d. c. cum sit n°. 14. de for. comp. nec ob. doctrina Innoc. et Host. in d. c. significasti de off. deleg. quia exemplificant in possessorio et sic in rebus immobilibus ac etiam in mobilibus res est dubia ut in d. c. significasti tenent Io: Andr. de Imol. post principium Bal. n°. 2. Felin. n°. 4. Foller. in pract. crim. fol. 79. in vers. imo in fin. et magis in specie Specul. qui firmat contrarium tamen venius in tit. de 2°. decreto in fi. et Io: de Anania in d. c. significasti in fi. Praeterea dictum Innoc. et Host. restringuntur tantum in deleg. ut ipsi loquuntur, sed secus est in ordinario qui habet secum in exequendo firmiorem Iurisdictionem ut per Foller. ubi s.a in 4. Inquis. form.

Sess: 14. de Sacramento penitentię cap.o 7.
de casuu' reservat.s et Canone xi. de ead.

A summis duntaxat Sacerdotibus absoluerentur / Sed possunt prelati regulares in regulares sibi subiectos, et superiores inferiores, Epis seculares qui habent iurisdictionem quasi Epatem in loco, et nemini Diocesano nec ipsi nec eorum Subditi subsunt.

Atq. ideo omnes Sacerdotes / Non tamen si isti Sacerdotes essent excommunicati uel denuntiati.

Ex quem artum / scilicet mortis cum nihil possint sic et Regulares. Regulares per priuilegium quod mare magnum uocatur facultatem non habent absoluendi penitentes in casibus Epis reseruatis.

Mendicantes uigore Maris magni non possunt absoluere a casibus reseruatis ab Epis, nisi Jesuitę regulares non possunt ex priuilegijs presertim ex illo quod mare magnum appellant sibi confessis absoluere quenq. in casibus quos Epi sibi reseruauerint, nec possunt absoluere ad cautelam tam in exteriori q in interiori foro eos, qui incidisse uidentur in bullam Cenę Domini.

Omnes qui audiunt confessiones possunt absoluere a casibus Episcopo reseruatis uirtute bullę Jubilei indicti a summo Pontifice cum facultate absoluendi a quibuscunq. enormibus peccatis reseruatis ap.ce Sedi etiam in bulla Cenę Domini, sed non uirtute priuilegiorum reg.s seu Confratern.s concessorum.

Confessores ui priuilegiorum Rosarij non absoluunt confitentes a casib. reseruatis Epis nisi priuilegia ipsa talem tradant facultatem uel sint obtenta uel confirmata post Conc. Trid.

Fratres Mendicantes, et quicunq. ord.is reg.el ui suorum priuilegiorum non absoluunt a casibus Epo reseruatis

An Prelatus inferior in ea parte Dioc. que iurisdictioni suę subiecta

et habet facultatem reservandi sibi aliquos casus quemadmodum ordinarijs licet in suis Dioc. Cong.ⁿ censuit posse; si tamen habeat iurisdictionem quasi Epalem in eo loco, et nulli Dioecesano subsit, nec ipse, nec eius subditi. ..

Cong.o censuit anno 1592 die 30 Januarij Episcopum posse adversus eos qui temporibus ab Ecclesia statutis confiteri et Eucharistiam sumere neglexerint, etiam aliquando ad excomunicationem procedere, et si iure utriusque tempus de remiss. et penit. dicatur ab Ecclesia arcere que differt ab excom.ne Couar. in c. Alma mater de Sent. excom. Episcopus enim aggravare pot. penas a iure comuni statutas, et quia tales confessionem et comunionem negligentes mortaliter peccant ab Episcopo excomunicari possunt.

Eadem die Cong.o censuit Episcopum talibus pro satisfactione penas pecuniarias pio loco applicandas imponere posse cum hec magis aliquando timeantur.

Eadem die pariter censuit non expedire, ut Episcopus reservet sibi absolutionem eorum, qui temporibus constitutis negligunt confiteri, et comunicare.

77

Sess. 14. de Sacr.to Extremæ Unctionis. cap. 3.o

Presbiteros &c. Minister huius Sacram.ti non est solus Epus sed presbiter Innoc. in Ep. 1. c. 8. Damatien. c. 22. Cabiloneñ. sub Carolo magno c. 48. et in Conc.o Flor.e c. requiritur preterea de iure non de necessitate Sacramenti quod sit pp.s Sacerdos. Sum. Sacram. q.e 220. de extr. unct.

Iam periculose decumbunt &c. sicut enim sani non sunt ungendi ita nec quilibet infirmi, sed hi tantum qui sunt in mortis discrimine, quia hoc Sacramentum est medicina extrema ut patet ex eius nomine. Sum. Sacram. q. 221. et. 222.

Cum honestius ac tutius sit subiecto / Cong.° censuit per hoc decretum correctum esse c. ex tenore. et c. ad aures de temp. ordin. ampliatum itaut comprehendat quoscunq. Clericos seculares et Dignitates vel beneficia quibus annexus sit ordo obtinentes tam quo ad facultates prohibendi ascensum ad ordines quam et suspendendi ipsisq. potestates appellandi ademptam esse.

Quibq. et dictum arctatum ad ordinem recipiens ex hoc decreto non incidere in penam c. licet Canon. et c. commissa de elect. in 6. ac et si admittatur appell.° non tamen reuersus.

Censuit Cong.° die 3.ª Febuarij 1593. hoc p.m cap. habere locum tam in suspentionibus, q in prohibitionibus temporaneis vel perpetuis ac temporalem prohibitionem, et suspentionem dici eam ubi ex delicto occulto procedit extraiudicialiter Epus ad suum beneplacitum prohibendo vel suspendendo que demum tempus sue administrationis non excedunt

A suo Prelato / siue eius Vicario, vel Offitiali.

Fuerit suspensus / Cong.° censuit suspensum a ministerio altaris vel interdictum ad se promouendum contra voluntatem sui ordinarij non posse promoueri neq: habilitari.

Nulla contra ipsius Prelati / Nec etiam si concedens fuerit Metrop.s ordinarij Metrop.s enim suspensum aut interdictum ab ordinario non potest absoluere.

Sess: 14. de reform: cap. 2.°

Alterius Subditum / Limitatur nisi per triennium secum moram traxerit, et statim postea sibi beneficium conferatur ut in Sess: 23. c. 9. sic hodie nec Laici ordinari possunt sine proprij Prelati sui licentia ut per cap. alleg. 130. n.° 13. quia ad primam tonsuram Laici assumuntur de iure comuni per Tex. in c. fin. de temp. ord. in 6.

Per annum / sic 5.ª Sess: 6. c. 5. et Sess: 23. c. 10.

Eius

Epūs quoscunq. suos Clericos / Epūs non potest examinare promotos a suo predecessore, nisi post promotionem aliqua noua causa superuenit, ut in c. accepimus de eta: et qualit. Ita censuit Cong.° die 9. Maij 1597.

Quod si ipse met Epūs aliquos minus idoneos ordinauerit eos suspendere debet.

Suspensus ab Epō tamq. non idoneus a celebratione missarum per testes probantes in Vrbe idoneitatem absoluendum est.

Absq: suo precedenti examine / Non comprehenduntur examinati et promoti ad sacros ordines a predecessoribus Epīs nisi post promotionem noua causa superuenerit.

Licet semel examinatus et approbatus non sit iterum examinandus Abb. in c. accepimus n.° 67. de eta: et qual. et ibidem Butr. n.° 71. Rebuff. in praxi. tit. de rescript. in forma com: n.° 4. quia semel approbatus reprobari non pot. l. si quis de testibus l. quod si nolit. ff. infecta de edil. edict. l. sed et reprobari. ff. infectam. de off. deleg. Nihil.s Concil. hic respexit, ut minus capaces et inhabiles examinati fuerint à predecessoribus Epīs ordinarijs a susceptorq. ordinum executione arbitrio proprij Epī suspendantur, et hoc attendendum, sed sacra Congregatio in una Hispalen. sub die 22. Januarij 1593. censuit semel examinatum et approbatum a predecessore non esse iterum examinan. et approbanq. et hunc tex. intelexit procedere post c. precedenq. in eo qui est ab alijs puta à titularibus aut sine licentia à quocunq: alio examinatus et approbatus.

Sess: 14. de Reform: cap. 4.

Vide de hac materia c. 01. sess: 7. et c. 1. sess: 13.

Qualitercunq. exemptos / et in causis civilibus ubi exempti nõ habent deputatum certum Iudicem subeunt ordinarijs s.° sess: 7. c. 14. et tamq. sedis ap.^ce delegatis exemptio personalis sublata fuit sess: 6. c. 3. et aliæ exemptiones non obstant ut in sess: 24. cap: 10. et 11.

Tanquam ap.^ce sedis delegatis / quando Epi ex conc.° procedunt uti sedis apostolicæ delegati in causis quæ sub eor. iurisdictione ordin.^a comprehenduntur non potest ab alijs nisi sedem ap.^cam appellari neq. ex hoc inferioribus Iudicibus illum fit preiuditium. At quando iurisd.° delegata cumulata est cum ord.^a Epus non potest huius deleg.^nis pretextu declinare iurisdictionem metropolitanam in causis. . . . . . chis in quibus ante Concilium tanquam ordinarius poterat uti eodem iure, eademq. potestate.

Diei 27. Iunij 1596. Cong.° censuit non posse ord.^m ex hoc decreto etiã extra visitationem corrigere et punire Clericos seculares exemptos, et alteri inferiori Epo seculari intra Dioc: existenti subiectos, quam sententiam S. D. N. ad se relatam comprobauit.

Sess: 14 de Refform: cap. 5.

Insuper cum nonnullis / De conservatoribus uide s.a Sess: 7. c. 14. n.o 2. Lrę conservatorię concessę Universitatibus quas hoc decreto Concil. noluit esse saluas, non sunt sublatę altero decreto sess: 24. cap. 20.

Conservatorię Lrę / Conservatores ciuitatum non sunt in hoc decreto comprehensi neque a Conc. sess: 24. cap. 20. de reform. reformat. uel abrogat.

Ultra quinquennium / Lrę conservatorię sunt omnino sublatę nec eis potest quisq. se tueri nisi per quinquennium a die publicationis Conc: Trid. computan.

Universitates autem generales / Conservatorię Universitatum, Collegior. Regularium, et similium non sunt a Conc: sublatę neq. ex alia parte immutatę non obstan. c. 20. sess: 24. et quę causę graues sint, et quę plenariam cognitionem requirant, et ita non obstante Bulla Pij 4.ti reuocatoria facultatem quę repugnant Conc.o Congreg. censuit Tex. hunc non esse correctum.

Et reg.ria loca / S. D. N. Greg. xiiii. omnibus regularibus concessit, ut in Ciuitatibus Italię sibi conservatores eligerent coram quibus conuenirentur, semelq. electos non mutarent eorundemq. nomina intra mensem Epis locor. ordinarijs indicarent alioquin coram ipsis ordinarijs conueniri possint.

Illi qui facultatem a Sede ap.ca obtinuerint eligendi sibi conservatores, non sunt cogen. ad eligen. aliquem ex ijs qui in Sinodis prouincialibus aut Diocesanis designati fuerint ex Decreto Conc.

Sacra Congreg.o censuit hoc decretum comprehendere Conservatorias Epor. Siluest. 4. conseruat. n.o 2.

Quesitum postea fuit an Tex. iste concurrat cum c. 20. sess: 24. de causis in p.ma instantia cognoscen. coram ordinario, et fuit responsum quod ille Tex. est gnalis, hic uero specialis et generi per speciem derogatur. Qua propter Conseruatores isti de quibus in hoc cap. et p glos. in c. fin. de off. deleg. in 6. poterunt cognoscere causas suas etiam in p.ma instantia quod patet ex uerbis illius cap. per quę statuitur quod in causis ad conseruatores spectan. Ipsi non se intromittant, et sic cont. et sic detur concursus inter ipsos qui non daretur nisi in p.ma instantia, uterq. cognitionem haberet pone exemplum ut per Archid. c. p.o n.o 3. de off. deleg. lib. 6. qui exempli ficat in prima instantia, et ita censuit Sacra Congreg.o sub die 21 Augusti 1577.

Querebat.r etiam an isti Conseruatores debeant esse de illis Iudicibus de quibus in cap. 10. sess: 25. quibus causę committuntur, et uidetur quod non, quia illis committuntur tantum causę ecc.ce ex sedis ap.cę beneplacito, isti uero conseruatores cognoscunt de prophanis Ciuilibus, et ad partium petitionem conceduntur, quo casu nimis restringeretur facultas supplicantium, si alium neminem quam unum ex illis deputatis ex Synodo petere possent, Preterea Conseruatores sunt Iudices ord.rii, sed illis committuntur causę ut sedis Ap.cę delegatis, et ita ex sententia S.D.N. Gregorij 13. censuit Cong.o die 7. Aug.ti 1572. Vide Siluester Cons.or n.o 2. et 3.

Sess: 14. de Reform. cap. 6.

Habitum Clericalem] Quod beneficiatus sine habitu ammittat privilegium clericale probatur iuncto hoc textu cum c. 6. sess. 23. quod si non habet beneficium dic ut ibi.

Quia sua voluntate] Mandans homicidium committi in persona unius si committatur in persona alterius non incurrit irregularitatem quę contrahitur ex homicidio.
Omni ordine ac beneficio] Hoc decretum quod loquitur de incapacitate beneficiorum in qua sunt homicidę non extenditur ad pensiones.
Si vero homicidium non ex proposito] an is qui omni diligentia ut precaveret adhibita dum operam rei licitę daret solo casu fortuito homicidium commisit, irregularitatem incurrat adeo ut ordines suscipere, ac beneficium obtinere absque dispensatione non valeat stante hoc decreto. Rx. Cong.° censuit non incidisse, et quod Conc.m loquatur in eo qui fuit in aliqua culpa, et indigeat dispensat.e
Non ex proposito] An is qui mandavit aliquem baculo verberari eo expresso ne occideretur, si mand.s armis percusserit, ut occideret intelligatur incidisse in hoc decretum Rx. Congreg.ni censuit negative, et hanc opinionem confirmat Navar. in manua. c. 27. n.° 240. Concilium enim requirit homicidium per industriam per insidias, et ex proposito.
Et si cura non habeantur animarum.] Ideo additum ne possint hodie Epi dispensare cum homicidio voluntario ad beneficium simplex, quod antea poterant Abb. in c. fin. de Cleric. pugn: in duel. Silvest. post Hostiens. ver. homicidium 3.° n.° 2. 4. 6.

Sess: 14. de Refform. cap. 10.

Regularia beneficia ‸ probatur in iure per c. inter 4.^or de Relig. domi. glos. in verb. regu^res allegat similia, et habetur huius^di decretum in lateranen. 3. sub Leone X. sess. 9.

Non procedit in Curia hic tex. ‸ beneficia huius^di careant Cura et conuentu dumodo consueuerint commendari nec obst. textus in sess: 25. c. 21. de regul. quia loquitur de his qui suos conuentus habent.

Religiosis tantum ‸ Preter Papam ordinarij collatores eam possunt conferre regularia beneficia in titulum regularis professis prouideri consueta eam secularibus qui illius ordinis habitum omnino suscipere, et professionem emittere, quia hoc cap. loquitur generaliter, et Intelligitur de ordinarijs, nam quando uoluit intelligere de Papa illum nominauit ut in c. 21. sess: 25. quia loquitur per dictionem, uel uidetur aequiperare hos duos casus.

Quin vero Regulares] In huius decreti observationem emisit Pius V. bullam quecunque sacrarum pridie Idus novembris 1569. An. 4.° cum amplissima derogatione, et abrogatione omnium privilegiorum locis quorumcunque regularium, et Militiarum retinendi fratres Monachos Canonicos et alios et Laicorum ordinum professores quorum opera in curandis infirmis, gerendisque locorum rebus et negotiis utuntur Sess: 25. de reg. c. 4.

De uno ad alium ordinem] omnes cuiuscunque religionis legitime translati ad Cartusianos, possunt in eadem Cartusianorum religione in Claustro Priores, et extra Claustrum Procuratores esse.

Sess: 14 de Reform: cap: 12.

Nemo etiam [uide Sess: 25. cap: 9.

Aut Capellam de nouo fundauerit [Si fundatio Capelle stet sub his uerbis testatoris, quod Capellanus debeat celebrare diuina officia die noctuq. sicut ceteri Capellani faciunt, An Capellanus hic debeat esse presbiter. S. Cong.° censuit ex his uerbis positis in fundatione huius Capelle non inferri necessario quod Capellanus debeat esse presbiter.

An cap.m hoc intelligendum sit de Patronalibus beneficijs nunc uel in futurum erigen. an de iam errectis et institutis S. Cong.° censuit Intelligendum esse de iuris patronatus acquisitis ante Concil. sed legitime. Ideo eorum titulos ostendendos ordinario, etsi apparuerint Iurispatr.° humiri recte ac rite concessa fuisse nec esse ex illis que a Conc.° reuocata sunt Sess: 25. c. 9. et data fuisse ea lege expressa, ut presentatio fieret capitulo seu dignitatibus Cathedralibus ecc.e solum adhuc manere istud ius presentationis ex decreto Conc. Sess: 7. c. 27. et Sess: 25. c. 9. si uero de non simplicibus beneficijs agatur seruandam esse formam prescriptam Sess: 24. cap. 18.

Ius patr.s impetrare aut obtinere [Hoc cap. intelligitur de iuribus patr.s in futurum acquirendis, loquitur enim de acquiren. post Conc. non aut de acquisitis.

Hoc decretum loquitur de iuribus patr.s de nouo acquirendis nam in illis factis ante Conc.m si fundatio ex eor. institut.e non Ep.o sed alteri facien. erit, nihil innouatum est.

In Eccl.ijs non potest reseruari institutio alteri quam Ep.o nisi Rector

illius loci fuerit ordinarius, ordinariaq. fungatur iurisdictione.
In casu aut. fundi^nis^ / Intellige de cettero nam si alias institutio ex
fund.^ne^ ad inferiorem pertineret habebit locum quod dicitur
in sess. 24. c. 10. in vers. cum vero. et sess. 25. cap. 9. qd
si ad inferiores.

Sess: 14. de Refform: cap. 13.

Privilegij preterea quoniam Sess: 24. c. 18. et Sess: 25. c. 9. dicitur quod presentatio fiat ei qui habeat ius Instituendi videtur quod sit contrarium huic Textui. Sed dicemus quod Lex nova corrigit hanc veterem, vel ad evitandum legum correctionem quod hic tex. procedat continuative ad tex. preceden. et habeat locum quando de ceteris cessat. reservatur. quia dictio preterea est repetitiva qualitatum precedentium et continuativa Cur. Sen. cons. 603. n.º 2. vers. cum illa dictio preterea, vel dic quod iste tex. procedit quando ab initio institutio competebat Episcopo, sed per aliquod privilegium fuerit sibi sublata, nam cessante privilegio revertitur institutio ad Episcopum ad quem pertinebat, vel dic quod iste tex. procedit in presentatione ad effectum ut examinetur ab Episcopo quia in quolibet beneficio etsi simplici iuris tamen patronatus pertineret ad Episcopum examen vide. cap. 13. Sess. 7. ubi vide not.a nam alias Abbas potest instituere etsi presentatio fiat per personas exemptas c. in lateranense ubi Abb. de preben. c. cum saeculum de iur. patr. in 6.

Intelligitur hoc decretum de iuribus patr. ante Conc.m acquisitis legitime, seu eorum tituli ostendendi sunt Episcopo ord.rio etsi apparuerint huiusmodi patronatus rite ac recte concessos fuisse nec esse ex illis qui revocati sunt a Conc.o Sess. 25. c. 9. et datos ea lege expressa ut presentatio fieret Capitulo seu Dignitatibus Cathed.lis ecclesie salvum manet adhuc ius istud presentationis ex decreto Conc. Sess. 7. c. 13. Sess. 25. c. 9. si tamen de beneficijs simplicibus agatur examen faciendum est ab Episcopo ord.rio ex dispositione d. c. 13. Sess. 7. et Sess: 25. c. 9. si vero agatur de Parochialibus servari debet forma prescripta c. 18. Sess. 24.

Item intelligendum est quod examen duntaxat ab ordinario facien. de persona presentati sm aliud decretum eiusd. Conc: sess: 7. c: 13. non aut intelligendum est ut censeatur ablata institutio quam idem Concilium voluit esse saluam omnibus Epo inferioribus ad quos ptinet ut apparet sess: 25. c. 9. vers. quod si inferiores.

Iur. iurispatr.tus i Intellige de acquisitis ante Concilium ut s.°

Nisi Epo Loci ord.° An approbatio faciendi ab Epo et si institutio pertineat ad inferiores iuxta cap: 9. sess: 25. et c. 13. sess: 7. debeat fieri et in beneficijs quorum institutio pertinet ad Monacos R. Cong.° censuit et in istis beneficijs fieri debere.

An d.a approbatio requiratur tm in beneficijs simpliciter quorum collatio libere pertinet ad inferiores.

An in beneficijs tm Curatis vel et in alijs quibuscunq. Cong.° censuit in istis beneficijs siue sint iurispat.s siue libere collationis examen facien. esse ab Epis ord.ijs sm dispositionem Concil. sess: 24. c. 18.

Item censuit requiri in quibuscunq alijs beneficijs ad que pntatio seu electio aut ordinatio facien. sit quibuscunq alijs psonis Ecc.cis inferioribus Epo prout statutum est a Conc. sess: 25. c. 9.

Ubi ex consuetud.e institutio beneficior. ad Archidiaconum spectat etiam in inferiori Germania nihil eis per hoc decretum derogatum est in earum fundatione dumodo tamen hos alias eis legime conueniat ita ut ipsi hoc non dependeat ab aliquo iure patr.s quod decretis Concilij sublatum sit et prout disponitur c. 13. sess: 7. et c. 18. sess: 24. et c. 9. sess: 25. de reform.

Fundationes sublatae non sunt veluti si fundator reliquerit fundationem Capitlo Idem dicendum est si ista institutio ad alios inferiores legime pertineat.

Hoc autem presens decretum sic intelligen. est ut presentatio soli Episcopo fiat ad effectum examinis duntaxat non attenta quacunque consuetud. contraria immem.li ut sancitum est c. 13. sess. 7.

Alias institutio ac presentatio / Dubitatum fuit an obtinens beneficium vigore presentationis factae ab obtinente legitimum ius presentandi, et non secuta postea institutione per tunc temporis Episcopum nec demonstratione contrariae voluntatis eiusdem. declarari sit per ordinarium successorem present.em putandum esse nullam vigore Conc. hic. et sess: 25. c. 9. et pro ut videtur disponere c. illud. et c. relatum ex de iure patr. An vero declarandum sit tam presentatum quam presentantem in excom.nem incidisse pro ut disponit c. preterea il 2.o et c. si quis deinceps. et seq. eo til. Rx. Cong.o censuit Conc.m non derogare d. c. preterea, et alijs similibus. sed quae in hac mat.a disposuit, voluit addere iuri communi.

Quid de illis qui presentati et instituti et obligati fuerint expedire bullas app.cas tunc enim obstaret bulla Iulij 3. edita adversus eos qui possessiones beneficiorum adipiscuntur non expeditis bullis.

An presentationes factae coram inferiori scilicet cap.o Collegiatae loci ex consuetud. sive ex privilegio deinde factae coram ordinario sint dicendae continuatae pro ut Concil. requirit c. 9. sess. 2. maxime quia ad premissa inter utrumque interponitur scilicet resignatio causa permutat.s in curia facta cum derog.ne iuris d. iuris p.s Rx. si ante Concil. present.e sint factae sunt validae, sive ex privilegio sive ex consuetud.e secus si post Concilium quod quidem in hoc c. 13. substulit privilegium non aud fund.nem.

An mortuo Epõ Vicarius gnalis sede uacante nullum ad iure habens speciale mandatum potuerit instituere. Rx. Non potuit iuxta ea que scripsit Pavinus in suo tractatu.

Quid de illis qui nullum certum habent beneficium sed solum cure legati relictum fuit a quibusdam, ut certe misse in hebdomada celebrarentur, et eorum heredes facerent electionem sacerdotis qui huius legato satisfaciat. Rx. Satis est si ipsi heredes elegerint sacerdotem aliquem ex approbatis ab ord.° .

Supposito quod aliqui ex ipsis inciderint in censuras ut in d. c. preterea de cur. patr. An celebrando facti sint irregulares indigeantque dispensatione. Rx. Cap. illud preterea non excomunicat ipso iure sed dicit excomunicandum esse, quod etiam Glos. ibi uers. privetur annotauit ab ord.rio excomunicatus, et postea celebrauit certum est eum incidisse in irregularitatem, ac ideo dispensat.e egere, et est etiam animaduertenda ad eos qui laicorum electioni consenserunt quia ex eo solo creditur fuisse factos irreg.res glos. d. c. preterea uers. privetur.

An tollerantia Epõrum qui pro tempore fuerunt, et ignorantia ipsos excuset maxime cum ipsa beneficia sint ualde tenua. Rx. Neutrum excusat Vide Innoc. 3. in epla ad Epm S. Andree fol. 14. lasi.a

Conqueritur Epõ Pacenti quosdam suos Can.cos obtinere beneficium nec expedire bullas uisum est respondendum. ut privet qui ita obtinent, adhibitis Vicarijs qui inserviant ecc.e donec admonitus Sanct.s providere potuit.

De Possore Triennali quod non teneatur docere de tit.° vide s.a Sess: 7. cap. 4.

Nihil pro collatione / Consuetudo percipiendi ab ordinatis ad p.ᵃˢ tonsuras forbices pectines et mapas, preter sacculos: pariterq. a presbiteris mapas perinde ac corruptella reuocata intelligitur, nullaq. eo nomine oblatio percipi potest preter ea que quis dum sacris initiatur Pontificali Rom.ᵒ permittente consueuit offerri.

Pro Collatione et institutione ecclesiarum curatarum uel per deputationem Vicariorum in illis Cancell. potest in singulis accipere mercedem suo labori conuenientem, que tamen scriptura sigillo, et ceteris omnibus computatis unum aureum non excedat, et dumodo isti Cancellario salarium nullum pro officio suo exercendo prestitum sit, et ex pecunia quam acceperit prorsus emolumenti collatores aut institutores ullo modo directe uel indirecte percipiant. Ita declarauit S. D. N. Greg.ˢ 13. hoc decretum uendicare sibi locum in collatione beneficiorum. presertim non curatorum.

Etiam sponte oblatum / olim quod accipiebat a uolente non tenebatur ad restitutionem, sed ad contritionem tantum peccati Cap. alleg: 36. n.ᵒ 2. quis quis tamen per premium ad sacrum ordinem accedit ipso honore priuetur ut in Concil. Cabilonen. cap. 16. et aliter facta ordinatio, uel electio, uel postulatio nulla erit ipso iure, et omnes incurrent ipso facto excom.ⁿⁱˢ sententiam Mart. V. in Conc. Constan. sess. 43. Sed Greg. lib. 4. c. 44. ingestis Sinodi ante finem permittit posse dari aliquid post acceptum ordinem, dumodo non extortus nec petitus, nec extra placitum hodie ex isto textu, nec operas notarius locare potest, nec et aliquid postea accipere et sponte datum cum addat Conc.ᵐ ad ius coe ut per Glos. in c. p.ᵒ uers. uendere de Simon.

Ne quis deinceps Clericus Secularis] Nullus Clericus regularis aut secularis non professus debet ad sacros ordines promoveri sine sufficienti titulo ex bulla Pij V. Rom. Pont. dat. pridie idus octobris 1564. anno 3°.

Sed an quis possit promoveri ad titulum seminarij cum promissione victus donec aliud ille habuerit Re. Cong.° resp. negative, quia Conc.m non permittit promoveri nisi ad titulum beneficij. Item seminarium ad pauperum non professorum comoditatem institutum est; Item aufertur locus ei, qui subrogandus esset, ac semin.io dissoluto remaneret ille deceptus. Ad aliquod tamen beneficium seminario unitum ordinari potest, vel etiam ordinari potest sub certa assignatione fructuum a seminario facta causa inserviendi beneficio unito semin.° ut ei inserviat donec aliter ei provisum fuerit de congrua substentatione.

Cum ordinis dedecore] Ex hoc prohemio colligitur causa finalis huius lex. hinc est quod provisus de beneficio aliquo vel pensione ante Conc.m si est constitutus in sacris ordinibus non potest ei beneficio vel pensione renunciare licet non fuerit promotus ad illius titulum, ratio est ne cogatur mendicare.

Ad sacros ordines] Sed numquid ut quis possit promoveri ad sacros ordines sufficiant narrata in presenti Cannone dic quod non sed requiritur ut sit probatus in minoribus ordinibus et probatio facienda est in Ecclesia in qua adscriptus est ubi sacris fungatur muneribus c. 6. 13. 14. 16. 17. sess. 23. quod enim hic dicitur victum respicit, ne quis cogatur per sordes mendicare nec tamen tanta ratio habenda esset de tit.° quanta haberi debet de probatione cum Conc.m hic non requirat titulum

nisi in promouendis ad Sacros ordines probationē uero requirat in promouen. ad quecunq. ordines, quare omnino expedire videt. ex verbis et mente Concilij qd singuli admitterentur in sacris ordinis ad titulū beneficij simplicis uel p.s pensionis uel patrimonij sufficientis ad vitam, dumodo afferrant fidem quod in susceptis ordinibus in aliqua ecclesia publica laudabiliter se exercuerint. sic enim meliores et magis probati admitterent.r et eccl.ijs melius consuleretur, et maior esset num.s ministror. deseruien. et lz ex hoc cap. uideat.r requiri alius tit.s in quo se exerceat tn̄ satis est si exercuerit in adscriptione minor. ordinis ālr maḡ daret.r difficultas pro istis titulis

Nisi prius legitimē constet | Ob penuriā sacerdotum quandoq. conceſsū est ordinari sine beneficio, uel patrimonio dumodo quis sp̄ondeat se necess.o ordinan. ministraturū.

Beneficiū ecc.cum q. sibi | Quale dicatur beneficiū ecc.ae sufficiens, et quę consideretur in hoc sufficientia not. in c. cum ab eo de rescript. cuncta glos. ibidem §. Rot. decis. 445. ālr 16. de .. in nou. n.o 3. uide Archid. in c. 1. epūs post glos. in uer. tit.m de preben. in 6.

Beneficij tit.m | Quid si nō ad tit.m huius beneficij sit promotus sed illud habeat in comendam? dic idem esse J.J ea que voluit Gomes. in reg. de Idiom. q. 5. et melius in reg. de trien. q. 4. n.o 20.

Quid si habeat regreſsū ad pingue beneficiū? dic non posse ordinari quia nondum habet tit.m et in Signat.a coram S.mo quidam nō potuit obtinere gratiam dispens.nis qui fuerat ord.tus ad tit.m regreſsus lz postea consecutus fuerat beneficiū, ut posset exercere ordines susceptos, quia Sanct.i suę videbatur falso fuisse ordinatum ad titulū beneficij ad quod non habebat nisi regreſsum.

Idcirco

Is cuius beneficium resignari non potest / fuit dubitatum an pro forma traditum esset ut resignans teneatur facere mentionem, sed ad titulum illius fuisse promotum, adeo quod per equipolens adimpleri non possit? fuit resolutum pro forma traditum esse stante clausula annullatiua et quod Concilium negatiue loquitur Jas. in L. si quid nominatim. ff. de liber. et posth. Felin. in c. cum delicta sub n.° 21. vers. amplia 21. de rescrip. quo stante per equipolens non potest adimpleri.

...re casu forma ...it adimpleri ...olens tenuit ...una Toletana ...inis coram ... die 22. ...ij 1595.

Beneficium semel a se alienans quia illud resignat in manibus ordinarij non potest illud amplius recuperare presertim si resignatio facta est post bullam Pij V. 6. idus Aug.ti 1567. que huius resign.es beneficiorum fieri prohibuit in manibus ordinariorum ac si factę essent, statuit beneficia ista uere uacare, et a sede ap.ca uel a superioribus ordinariorum istorum posse conferri. Neque uero ab isto ord.o eadem resignatio fuerat admittenda si Resignans cum presbiteratus ordini esset adscriptus nihil aliud preterea habebat, quo uitam suam comode sustentare posset cum id. S. D. N. altera bulla ędita Kal. Aprilis 1568. huius resignationes prohibuerit admitti, et quia ord.s huic interdicto non paruit S. sua hac in re uoluit resignantem ab eodem ordinario alendum esse, aut alia ratione illius comodo prouideri, eiusque ipsum beneficium resignatum omnino ad eum et in eo constitueretur eum qui fuerat a principio presentatus.

Resignare non potest / qui beneficium ad quod ordinatus fuit resignare curauerit per Penitentiariam est absoluendus si resignet.

Cum habens Parochiam iurasset non reuocare procuratorem constituerat ad resignandum petijt ut absolueretur a iuramento, quo loco uisum est procuratorem posse reuocari.

Neque ea resignatio admittatur / Et secus admittentibus imponit Pius V. in bulla Kal. Aprilis 1568. incip. quanta Ecc.e Dei.

Et aliter facta resignatio nulla sit / Ideo quia dispositio huius cap. est fundata sup. publica honestate, cui ordinatus nõ potest renunciare Abb. in c. cum secundum leges. p.ri de preben.

Hoc autem non procedere in permutatione Eqr.potenti Cong.º censuit.

Presupposita suff.te resignationis parochialis de qua agr a D. Gaspare in favorem D. Joannis de Minori facta cum reservatione pensionis eisd. D. d.º Gaspari solven. Et quod in ead. suff.te d. D. Gaspar narravit quod per quinquennium d. parochialem possederat an in casu de quo agitur intret Conc. Trid. hoc capite Cong.º censuit Concil. intrare.

Patrimonium vero / quantitas patrimonij ad quod quis promoveri possit non tereat.r sed remittit.r ad terminos iuris communis.

Si quis ante Conc.m est promotus qui tam erat subdiaconus ordin.s absq. tit.º poterit ille postea a tit.º promoveri modo ad titulum patrimonij promoveatur.

Videa Bullam Pij V. Rom. Pont. ann. 3. 1568. ubi extendit hoc cap. ad Clericos regulares professos.

Multi Romae ordinati fuerunt ad titulum Patrimonij postea fuit talis ordinatio prohibita forte quod titulus non est aiti in spiritualibus, ut c. sanctorum. distinct. 70. vel quia benef.a sola sunt propria ut per Cass. alleg. 9. n.º 3. Et ideo negatum fuit in sacra Congregatione sub die 23. Iulij 1572. quibusdam petentibus promoveri ad tit.m seminarij, quia non est verus titulus ut dixi supra hoc eo c. licet quis possit simpliciter ordinari ad tit.m hereditatis paternae. c. Epus de preben. et c. eius. eo tit. idem erit si Epus permittat alimenta super mensae suae fructibus qui post hoc facere

ut habetur in c. cum secundum. ubi Abb. de preben. et c. 2. eo. tit. c. accessimus de Stat. et qualit. ordin. ad que, et suc.or tenetur d. c. cum secundum. Felin. in c. ad audientiam il 2.o n.o 4. uers. ex deductis de rescript. Rom: cons. 303. omnipotentis. quia prestatio alimentorum non est titulus, et ideo non potest fieri sine necessitate uel comoditate Ecclesie sicut dicimus de Patrimonio uel pensione ut hic in text. Idem si talis Pensio assignetur Clerico per Laicum Rot. decis. 2. de preben. in antiq. et decis. 39. de rescript. in anti lat. Felin. d. c. postulasti.

Sacra Cong.o sub die 4. 7bris. . . . . Censuit hoc ult.o casu licet ad tit.m patrimonij alieni posse ordinari dumodo caueat.r iux formam concilij, sed titulum benefitij alieni uel mense Epatis prohibuit fieri, ne hac occasione Epi uel benefitiati grauarent benefitia causa consanguineor. uel suor. familiarium.

Ad titulum donationis alienius potest et quis ordinari si ita Epus mandauit assumen. pro necessitate, uel Ecc.ar utilitate, et ista donatio est realiter uera, et non ficta que deinceps alienari non possit absq. licentia Epi donec benefitium sufficiens adeptus fuerit uel aliunde habeat unde uiuere possit.

De promotis ante Conc. ad tit.m non sufficientis patrimonij uel benefitij Resp. Cong.o non esse promouen. ad ordines superiores nisi consecuti fuerint unde congrue sustentari possint.

Vel pensionem) Quare ad tit.m benefitij possit quis ordinari simplr ad titulum uero pensionis non possit nisi ex comoditate uel necessitate Ecc.a uide Felin. in c. postulasti n.o 37. et seq. de rescript.

Vel aliunde habeant) Satis est ergo si habeant unde uiuant, ex quo quesitum fuit An possit quis ordinari ad titulum benefitij

alieni? et videtur quod sic per Dep. in c. postulasti ubi glos. de cler. patr. et in c. per tuas il 3° de Simo. ubi Abb. Felin. in c. in ura n° 124. correl. 35. de rescript. sed vere iste non habet titulū sed substentationem quare non est ordinan. nisi ex necessitate vel comoditate ecc.e ut dr̄ in textu.

Ad tit.m Patrimonij possunt etiam ordinari familiares Triennales. Georg. iuxta formam c. 9. sess. 23. sed tn̄ debent adscribi Ecclesijs pro quarum necessitate sunt ordinati iuxta formā cap. 16. sess. 23.

Pro necessitate vel comoditate / An per bullam Sixti V. cont.a male promotos intelligatur derogatum consuetudini quorundam locorum ubi propter penuriam sacerdotum ad sacros ordines promoveri solent qui super alicuius bonis assecurationem habent victus et aliarum rerum necessariarum cum cautione certa sine alio tit.o beneficij vel patrimonij? et in locis inopea laborantibus suffi ciens patrimonium dici possit quod habet annuum redditum scut. 25. Responsum est quoad p.m quod S.tas S. Consulta nō approbat talem consuetudinem, sed vult patrimonium ad cuius tit.m ordinandus promoveri debet esse rem certam fructiferam de qua ipse disponere valeat, ac propterea omnino prohibet talis consuetudinis observantiam. Quo ad 2.m vero ordinarij arb.o relinquit hoc iudicium, an tale patrimonium sufficiat propter diversitatem locorum cum in uno sufficiat quod alibi non erit sufficiens dumodo animadvertatur bona esse ipsi ordinan. propria ac ab omni contractu simulatione et cetris que ab amicis et coniunctis fieri in huiusmodi casibus solent libera et aliena.

Unde vivere possit / Quo ad Iesuitas cum post sacerdotium exire

non possint, à Superioribus ejiciant providéatur illis de redditibus sal-
tem uiginti aureos annuos ex bonis religionis quo ad alios qui arb.°
suo exire quandocung possunt, ne detur alijs occasio exeundi ut fru-
antur illo redditu, caveantur prius ut intelligatur quo alia uia
deinde maturè deliberari.

An Clericus alioquin idoneus habens beneficium insufficiens de per se,
sed in iuncto patrim.° habeat quod sufficiat ad honestam vitę sub-
stentationem possit promoveri? Cong.° censuit posse, servata forma
huius cap. 2. sess: 21. non obstan. d. bulla Sixti V.

Quid si cum beneficio aut Patrimonio insufficienti iungant.ʳ pitantię
elemosinę anniversaria, aut alia emolumenta quę ex celebrat.ᵉ
missarum et exercitio sacrorum ordinum si ad eos promoveantur
percipere solent quę omnia ad victum honestum sufficiant,
an possint promoveri? Cong.° R. Non posse et si hęc omnia
cum beneficio aut patrimonio insufficienti iungantur.

An possit promoveri si nihil predictorum vel minus sufficienter
haberet, sed Eps obliget se suppletionem quo ad alimenta sufficiat
quousq habet unde se substentare possit. Cong.° censuit non posse
et si Eps se ad id obliget.

Quid si tantum habeatur quod ex industria vel honesto labore lu-
cratur puta, quod sit medicus magr Gramaticę, pictor, vel alt.
licite professionis, eoq sit sufficiens ad substentationem vitę an
possit promoveri censuit item Cong.° de industria et honesto
labore non posse.

Alienari, extingui, aut remitti nullat. possit et si alienatio huius.
de Patrimonij Iuramento confirmetur Sacra Cong.° censuit die 22.
Aprilis 1599. tenuit Iuramento non confirmari tamq contra bonos

mores prestito ne in ordinis opprobrium cogatur mendicare aut sordidum aliquem quaestum exercere.

Ordinat. contra formam huius decreti ordinarius non est per hos suspensus nec aliquam poenam incurrit, sed cogen. est taliter ordinato providere iuxta c. cum sm̃ ex de preben. et si solus Canon. a Concilio reservatus est.

Clerici tamen regulares qui ante professionem factam ad sacros ordines promouentur ipso facto suspensi sunt, et ita ordinum susceptorum actus exercendo fiunt irregulares ita Pius V.s in extrauagan. Pont. Max. Rom. sacrorum. Edita pridie Idus octobris 1568. ab hac Pij V.ti Constit.e Greg. xiij. exemit Clericos de Societate Iesu aut potius declarauit in ita eos non comprehendi.

Antiquorum Canonum poenam super his innouando [?] quaesitum fuit qui Canones per haec verba sint innouati aliqui dicebant innouatos esse c. i. et 2. dist. 70. in quibus decernitur quod ordinatio non fiat sine titulo sub poena suspensionis, alij negabant quia Canones illi fuerunt correcti per c. 2. et c. cum secundum ubi glos. de preben. et Doctores, et Canones correcti non allegantur ut per Felin. in c. 2. n.o de const.e fuit conclusum canones illos 70. distin. non fuisse innouatos quia ibi requirebatur tit.s ad effectum ne quis in incertis vagetur sedibus sed sit habeat in quo se exerceat. Concilium autem hic requirit tit.m Patrimonij beneficij seu pensionis, ne cogatur mendicare et ad hoc innouat Cannones qui faciunt ad propositum Concilij ut d. c. 2. et c. cum secundum, et c. cum Epus eu de preben. ita responsum die ij februarij 1575.

Id vero ad beneficium resignare non possit [?] die [?] Iulij 1593

Le Hauar. c. 14. n.o 3. temp. ordin.

in una Camerinen. Cong.º censuit tutum esse incostienti cum qui
beneficium ad cuius titulum erat promotus resignauit et aliud
ex causa permutationis obtinuit tacendo in resignatione quod erat
promotus ad tit. beneficij p.i dummodo 2.m benef.m sit equi-
ualens primo.

Pro necessitate uel comoditate / die 13 februarij 1595. Congreg.º
censuit posse Epum in summa Clericor. penuria ob necessitatem
Ecclesie ordinare ad subdiaconatum suos Clericos cum assigna
tione perpetua fructuum aliquor. bonor. quor. fructus suffici-
ant ad eorum substentationem.

Sed uero beneficium resignare non possit / an dispositio huius ca-
nonis quod non possit quis resignare beneficium ad cuius
titulum fuerit promotus nisi de hoc facta mentione habeat
etiam locum in permutatione sed super hoc dubio sacra Cong.º
consulta ab Aud.bus Rote in causa [illegible] Can.tus coram R.P.D.
Litta ueritate rei diligenter examinata respond. die 10 Iulij
1602. Cons.m habere locum etiam in permutatione. sed dein. fuit reuoc.ta ut
in alio decretorum l.o et fol. 454

An regula de publican. resignationibus que simpliciter loquitur
de resignatione locum habeat in ea que fit ex causa
permutationis uide Sarn. in reg. de publ. resig. q. 3. qui
hanc q. ad utramq. partem disputat sed nihil resoluit.

Differt hoc cap. ab alio in sess. 22. cap. 3. quia deducit.r ibi Cap. 3.
[illegible] portio non solum ex dignitatibus personatibus et officijs ut hic
[illegible] sed ex canonicatibus et portionibus ut hic item quia in hoc
textu deductio fit ex necessitate, cum distributiones uel nulle
sunt, uel ita tenues ut facultatem prebeant negligen. in illo
fit sine necessitate in odium dignitatum et prebendar. siue eas

obtinen. non residentium, Item quia hec portio sic detracta applicat.r et dividitur inter deservientes, et qui divinis interant illa vero appli-catur fabricę Ecclesię vel alteri pio loco arb.o ordinarij et sic necesse in qua tertiam partem distributionum ex prebendis non fuerit deductę volebat applicare Sem.s Cong.o censuit debere dividi inter deservientes et divinis interessentes mense octobris 1569.

Hinc est rescriptum fuit Ep.o Firmanen. ne in eius Ecclesijs tertias partem separare vellit cum constet in illis tolerabiles esse distributiones quo-tidianas, et verisimiliter non negligen., sed iterum proposito dubio in Cong.ne An possit Ep.us deducere minus 3.a parte hoc de qua habetur in hoc textu Cong.o censuit negative propter verbum de-bere quod necessitatem importat, verum ubi verisimiliter nec adeo tenues, nec negligendę distribut.es essent, ita ut pars minor 3.a sufficiat debere ab hoc ab Ap.ca sede exposci quę pro ut res pos-tulerit providebit: sub die 9 Iulij 1575.

Cong.o quoque decrevit non posse Ep.um dignitatibus personatibus et offi-tijs statuere certi servitij et offitij formam preter solitam pro bo-cranda 3.a parte prebendę in distribut.es conversę.

In quibus nullę sint distribut.es / In Ecclesijs in quibus distributiones non sunt regulariter tenues imo pingues, licet aliquę sint horę quę nullas habeant distributiones aut tenues debent ei ratio-nabiles assignari detrahendo aliquam partem fructuum a prebendis non autem ab alijs distributionibus ceteris horis assignatis Cong.o ena censuit non licere distributiones assignatas alijs horis Canonicis di-videre in eas horas Canonicas quę nullas aut adeo tenues habent distributiones et verisimiliter negligant.r sed accipiendi esse ex cor-pore prebendar. Cuiuscunque Can.tus tantam redditium portionem

quanti sufficiat congruis distributionibus earum horarum.
Cong.° tamen Ill.ᵐᵒʳᵘᵐ Card. super negotiis Epõrum proponente Ill.ᵐᵒ Montis regalis in eod. Parruaten. ubi nullę erant distribut.ᵉˢ in p.ᵃ 3. 6. et 9. et completorio, statuit, ut p.ᵃ uniatur matutino, 3. 6. et 9. missę, et Completorium vesperi, itaquod q. non intervenientes primę, amittant fructus Cont.ᵘˢ matutini, et sic de singulis, et sic declaravit hoc Cong.ᵒ illam decisionem Concilij non procedere in hoc casu, quia adest maius servitium: Non residentes quamvis amittant tertiam partem fructuum in distributiones convertam compelli nihil. possunt ad residentiam alijs iuris remedijs et presertim ex decreto c. 22. vers. ptā obtinen.
Vel ita tenues et verisimiliter negligantur q. dic quod ista verisimilitudo quod distributiones negligantur, et ob id 3.ᵃ pars fructuum prebendarum in distributiones quotidianas sit convertenda considerari debet habita ratione numeri omnium Canonicorum tam residentium q. nō residentium, et ita censuit Sacra Cong.ᵒ
Item additur quod ubi distributiones quotidianę non sunt adeo tenues ut prebeant materiam, et occasionem eas negligendi non potest ordinarius aliquam partem fructuum prebendarum aut dignitatum illis amplius adhibere, et sic censuit Sacra Cong.ᵒ
Tertiam partem fructuum q. Ista tertia pars fructuum intelligenda est deductis pensionibus et alijs oneribus legitime impositis et quamdiu illa duraverit et antequam ista detractio fiat deducenda prius sunt pensiones et alia onera legitime imposita quamdiu duraverit.
Ista detractio facienda est de illis solis beneficijs in quibus quis residere tenetur per multa iura.

Sess: 21. de reform. c. 3.

Non excusantur ab ista separatione tertiæ partis quod Canonici non essent in sacris.

Quando locus est detractioni istius tertiæ partis facienda est ad certum verum valorem beneficij non autem sm̃ taxam.

Ne distributiones quotidianæ tenuiores fiant pensione gravari non possunt nisi expressis verbis fuerit a Papa concessum.

Absentia causa studiorum et obtenta licentia a Sede Aplica non excusat ab amissione istius tertiæ partis, sic nec sicut, nec excusat ab amissione ceterarum distributionum quotidianarum.

De fructibus alteri reservatis non fit ista detractio donec reservatarius vixerit sed si beneficij titulum habens neglexerit residere privandus est eo titulo alteri illud postea conferendo.

Tam dignitatum q̃ Canonicatum fructus distributiones quotidianæ pro quibus dignitates ex hoc decreto contribuunt 3.am partem inter ipsas dignitates ita proportionaliter dividenda sunt ut qui plus attulerint plus ad ordinatam deserviendum percipiant portiones non deservientium deservientibus accrescant.

Hec tertiæ partis detractio et huius decreti dispositio locum habet contra omnes Canonicos et Dignitates obtinentes.

Omnes Canonicatus et Canonicatus aliasq. dignitates obtinentes tenentur residere et contra eos locum habet hec detractio, et huius decreti dispositio.

Cong.o censuit dignitates in Cathedralibus et collegiatis posse compelli ad residendum personaliter penis prescriptis decreto Conc. Sess. 24. c. 12. S. preterea non obstante quod vellint dimittere 3.am partem fructuum pro distributionibus quotidianis applicatam.

Habens plures Canonicatus residere potest in eo in quo ipse maluerit licet unus sit in Collegiata, alter in Cathedrali et metropolitana.

Verius tamen est quod plures Canonicatus habens in digniori resi-
dere tenetur, et licet quis plures habeat Canonicatus legitime
tamen acquisitos residendo in uno percipit fructus alior. distribu-
tionibus duntaxat exceptis
In distributiones quotidianas converti / Distributiones quotidianae
distribuendae sunt tam illis qui habent prebendas quam non haben(tibus)
licet Canonici tales distributiones percipientes nostro prebendis
careant C. de distributionibus vero contribuere non debent Sem.
Proportionabiliter / qui plus attulit plus acceptturus est ad ratam.
Unusquisque percipere debet tantum de distributionibus quotidianis
quantum de sua prebenda detractum fuit, et qui plus con-
tribuit tandem recipiat per quotidianas distributiones, cui
vero nihil ablatum fuit, nihil dandum est, nec pro distri-
butionibus quotidianis Canonicor. Cathedralis vel Collegiatae
Ecclesiae auferens. quinimmo est de beneficijs quae sunt ex Ecclesiam
Cathedralem vel collegiatam nisi talia beneficia essent effectus
unita Cantui ipsarum Ecclesiarum a quibus beneficijs ex ipsas Ecclesias
existens si quid ob eam tam exactum esset debet restitui, et
de cetero ab huiusmodi exactionibus abstineatur.
Distributiones debentur proportionaliter Interessentibus. sed non admittunt
distributiones totius diei qui vesperis tantum, vel aliqua alia
hora non deservijunt, sed dic quod attendenda est consuetudo illius
Ecclesiae, et applice fructuum qui veniunt distributiones quotidianae
Cassad. decis. unica post med. de Cler. non resid. Scohed. decis. 107.
Rebuff. de congr. port. n.° 45.
Non obstantibus exceptionibus / Congregatio censuit fundamentum non esse derrogatum.
Et Immemorabilibus / An excusetur qui residentia ex immemorabili

consuetudine S. D. N. et ex sententia Congnis declaravit immemorabilem consuetudinem non excusare in Ecclesijs Cathedralibus et Collegiatis aut non insignibus posse excusare dum tamen sint rurales, proventus distributiones aut quibuscunque antea hominum memoria solitus est residere aut ubi adeo tenues redditus essent aut Canonicos aliunde non habentes unde vivant, alere non possint.

Ordinarius potest cogere procuratores Capituli ad reddendas rationes distributionum quotidianarum.

Divinis Interessentes, inter presentes nimirum 7. horis Canonicalibus distributiones quotidianae quae acceptae fuerunt ex tertia parte fructuum dignitatum alicuius Ecclesiae assignari debent non duobus horis tantum Canonicalibus sed et reliquis omnibus alijs et hic qui eis non interfuit distributionem ammittat.

Portiones absentium ex hoc decreto factae accrescunt deservientibus secus si ex c. 3. sess: 22. tunc enim fabricae vel pio loco nec distributiones absentibus ademptae debent inter presentes dividi, sed ordinarij arbitrio debent applicari fabricae vel alicui pio loco, quod intelligitur de distributionibus quae detractae fuerunt ex tertia parte fructuum dignitatum, Reliquae vero distributiones quas absentes non faciunt suas debent attribui his qui statutis horis interfuerunt.

Et qui perpetuo absunt non solum ammittunt tertiam partem fructuum quae distributionibus attributa est, sed etiam beneficijs privari debent.

Liceat contra eos procedere, non solum per ablationem 3.ae partis fructuum de qua hic, sed alijs poenis precipue statutis in decreto Conc. sess: 24. c. 12. vers. praeterea, et ita censuit Sacra Congregatio.

Posita decis. Congnis quod Canonicus ob infirmitatem Choro non interveniens percipere debeat distributiones quotidianas perinde ac si interveni ret fuit quesitum, an percipere et deberet portionem earum distributionum que a Canonicis absq. legmo impedimento a Choro absentibus amisse presentibus accrescuntur, et die 29. novembris 1600. sacra Congo respondit etiam eas que presentibus accres-cunt infirmis pro ratta deberi:

Tertiam partem fructuum / Die 3. Iulij 1591 Congo dicit scribendum esse ad Archiepum Eboren. a decreto quo Epus executus hoc decretum sive aliud cap. 3. sess: 22. 3am partem fructuum pre-bendarum in distributiones quotidianas convertit non dari appellationem ad effectum suspensivum.

In una Ilerden. Congo censuit vigore Concilij non posse converti in distributiones 3am partem redditum beneficij simplicis.

Detractio 3e partis fructuum prebendarum ac dignitatum con-vertenda in distributiones quotidianas fieri debet non ex una et altera tm prebenda pinguiori, sed ex omnib. prebendis ac dignitatibus Eccle. et unusquisq. percipere debet tantum de distributionibus quantum de sua prebenda fuit detractum et ille cui plus ablatum est de prebenda pinguiori, plus de distributionibus percipere debet, et illi cui nihil ablatum est nihil dandum.

Ex hoc decreto non licet Epo Parochias unire, sed tm nouas constituere.
Quod hoc cap. continetur olim Rector matricis facere poterat ut in c.
ad audientiam de Eccles. Edif. Lap. alleg. 66. n.o 6. Et qd Epus
potuerit hoc facere cum detrimento temporali Rectoris habetur ex
Inno. 3. in Epla ad Epm S.ti Andreę fol. 20.
In quibus prop.r ita numerosus sit / Hinc Cong.o decreuit quod Epus
ob multitudinem populi potest compellere rectorem ad sibi iun-
gens alios sacerdotes quibus atq. alijs offitijs diuinis celebran-
tes ministrans. Sacramentis cum moderatione multitudinis mis-
sarum sed petitio Conchens. obtinen.d parochiam cco. sent. ut
liceat diuidere et facere simplex beneficium reiecta est.
Diuisio parochiaz si fieri contingat proportionaliter fiat ut qui 500.
fam.as prius habebat in diuisione totidem uel paud minus accipiat.
Parochus pot. sibi aliud presbiterum ad curam animaz adiutorem reci-
pere modo sit ab ordinario approbatus
In iis uero / Vide Abbas in c. 2. n.o 7. de decim. et in c. 1. de reb.
Ecc.e non alien. Nauar. in manual. cap. 25. n.o 137.
Ob locorz distantiam / Ss parochis ecclia in eo sit loco ubi minor
pars parochianorz habitat, et maior pars longius habitet in alijs
oppidis, Nihil.s Parochus habitare debet prope Ecclam sed succurrez
est illis qui longe habitant per huius decreti dispositionem
Parochiani / Parochia si intra Ciuitatem sit est, et qui ex ciuitate habi
tant ob locorz distantiam seu difficultatem patiuntur incomoda
in percipiens sacramentis et diuinis offitijs audiendis succurrens
est remedio pntis decreti et c. audientiam de Eccles. Edif.
Nouas Parochias / Et inuitis Rectoribus possunt institui noue paroc.
ut in hoc decretum statutum est.
Quando Epus procedit ad aliquem actum uigore decretorz Concilij

sess: 21 de reform. cap. 4.

Trid. que est quo ord.us iure facere poterat et in decreto dat. ei facul-
tas procedendi est tamq. Sedis ap.ce delegato et si vellet dividere par-
chiam ex hoc cap.o qd est potenti ... tex. in c. ad audientiam de eccles.
edit. An si appelletur possit app.o in 2.a inst.a iudicij interponi et
prosequi coram Metrop.o, vel sit, ne et prosequenda. S. D. N. est ex
sententia Cong.nis Concilij declaravit non esse hoc casu necesse ad ap.cam
sedem appellare et ita censuit Cong.o die 3. Iulij 1575.

Ex fructibus ad ecc.am matricem | Intelligen. est est si esset Cathedralis,
et quomodocunq. matrix.

Licet Ep.o assignare sacerdotibus qui erant effect. novis parochijs sed
hoc decretum competentem portionem arb.o suo ex omnibus fructibus
ad matricem pertinen. non distinguendo magis decimas q.e alia
corpora redditum.

Ord.s in erectione paro.lis ecc.e facta iux.a formam Conc.il. triden. c. 13. sess.
24. de reform. poterit vigore eiusd. Conc. in c. seq. 15. unire eid.
par.li in actu ipsius erectionis unum ex 4.or Can.bus haben. curam
animarum annexam existen. in eccl.ia non colegiata que erat par.lis
loci in quo nova parochia fuit erecta.

Novas parochias | que dicat.r parochia not. glos. et Abb. in c. cum
in cunctis de elect.

Iuxta formam Constit.is | qnd in d. c. ad audientiam de eccles. edit.
ad quod se refert Conc.m fit presentatio de Rectore, et sequitur
Institutio que in perpetuum durat quesitum fuit an possit alio
modo providere efficiendo, seu deputando Rectorem vel Vicarium
ad nutum amovibilem et dic quod sic ut ... cas. alleg. 66. n.o 2
quem vide ad intelligentiam huius cap.

Et si necesse fuerit compellere possit | De iure cogen. sed de facto in
Regno non licet, nisi per manus laicales, et an cessan. sit potius a

divinis, dici venius quod non est per Rebuff. de congr. port. n.° 94. cum glos. in c. omnis Christianus d. cons.
Populum ea subministrare] Si populus in singulis victum Parocho suppeditare nō possit provideat ord. ex decreto Conc. sess: 24. c. 17.
Decime que dabantur antique eccl.e possunt huic Parochie nove applicari ut concludit Lap. in d. alleg. 66. n.° 5. quia ex hec nova erigit.r non ex devotione, sed ex causa nec.ria et sic non obstat c. quicunque cum seq. 16. q.ne 3. neq. glos. in d. c. ad audientiam.
Non licet Ep.o loco errectionis facien. potius certam partem populi separare ab antiqua Parochia et alteri comodiori applicare s. vel exiguus num. populi vel inopia, vel alia causa impediat aut certe non postulet erigi novam Parochiam.
Assignatio facienda pro nova Parochia prius fit ex fructibus ad Eccl.am matricem spectan. et si ea non sufficiant tunc demum Populus compellendus est s. non pos. populus ob paupertatem Ep.us debet de suo providere cuius stat.
Ad Succurren. Parochianis foris habitan. ut supra dictum est erigat.r nova Capella ex Civitatem que non sit eccl.a p se sed in statum matricis eccl.e in qua ponat.r Sacerdos amovibilis approb.s ab ord.o qui administret Sacram.ta illis qui sunt ex civitatem quibus nō pos. de nocte succurri, quia porte Civit.is claudunt.r cuius alleg. Lap. 76.
Sibi tot Sacerdotes ad hoc munus adiungere] die 20. aprilis 1594. Cong.o censuit Epum si cum huius decreti non posse exigere coadiutoriam, sed utiq. cogere Rectorē ad adiungen. sibi tot Sacerdotes quot sufficiant Ecclesijs in Sacramentis administran.
Ob locorq. distantiam] die 22. 7bris 1596. Cong.o censuit quod si Eccl.a Par.lis Rectoris habitatione careat debeat utiq. et possit cogi Rector habitare intra limites Parochie in loco propinquiori.

Hoc cap. quo disponitur posse Epos facere uniones perpetuas quarumcunq. ecclesiarz. parochialiū, et alior. beneficior. cum Curatis propter earum paupertatem non comprehendit.r beneficia iuris patr.s

Et si necessitatibus parochialium provideri non possit unionibus permissis ipso hoc cap. tunc adhibenda sunt remedia que posita sunt in c. 13. vers. in parochialibus Sess: 24. Et sic est satis nō providdeatur habet Epus remedia iuris com:is quibus uti potest adversus patronos illor. Ecclesiarz que sufficientes redditus non habent pro cultu divino, et substentatione Rectoris ut prestent illis congruam substentationem, vel patiantur illos uniri Abb. in c. ad audientiam de Eccles. edif. nº. 4. et 5. et glos. not. in c. quicunq. 26. q.re 27.

Juxta formam iuris | qua preterita nulla erit unio hoc est de consensu Capli iuxta Clemen. si una de reb. eccles. non alien. cap. 3 servat. nº. 5. Thare. de excell: Prelat. Socc: l.º 2. de Visit. cap. 2. nº. 9. et cap. 26. per totum.

Uniones perpetue | Episcopus parochias tenues unire potest invicem vel alijs parochiales.

Ecclesiarz. Parochialium | Parochiales que sunt de iure patr.s non comprehenduntur in hoc decreto.

Vel non Curator. | Non tamen Hospitalia est quod darentur in titulum, in quibus nulla exerceatur hospitalitas ex c. 11. Sess: 29. vers. quod si hospitalia

Non comprehendunt.r hic beneficia ad Inferiorum colationem spectantia.

Parochiales [illegible]

Que uetustate

Quae vetustate vel alias collapsae sint [Non enim debet ord. sine causa profanare Ecclesias vel Capellas, et si aliquam causam profanandi habeat earum. clementiae potius attribuendum. sunt Ecc. que est caput dictarum Cappellaniarum. quam alteri ex Congreg.nis sententia.

An Ruina Ecclesiae in Edificia publica vel privatas domus converti possint ad usus non sordidos, Congreg. censuit hoc totum relinquendum arb.o ord.rii

Et an pecunia ex dictis Ruinis collecta convertenda sit in bona stabilia pro ecc.a vel erroganda in pios usus. Congreg. censuit convertendam esse in utilitatem Ecclesiae arb.o ordinarij.

Quid si per antiquissimum tempus Ecclesia quae fuerat Par.lis caruerit divina, et habeat curam habitu non actu forte quia proprius recessit, responsum fuit, quod iudicabitur ut simplex quia per 40. annos mutatur de regulari in secularem, et sic de curato in non curatum Felin. in c. in nostra n.o 41 circa med. de rescript. et ibidem est in corel.a 40. n.o 112. attenditur enim ult.s status Felin. in c. eam te n.o 62. de rescript. Feder. de Sen. cons. 135. casus talis est, nullum beneficium presumitur ab initio curatum nisi probetur Staphil. de qualit. et stat. benef. n.o 2. vide not. ad d. c. 17. sess: 24.

Ob earum inopiam [Si populus nollit Ecclesiam quae minatur ruinam restaurare ea penitus debet dirui

An huius Cap. dispositio procedat est in Ecclesia quae non prorsus est collapsa sed maiori ex parte vel ruinam minatur Congreg. censuit affirmative, sed voluit pstam declarationem valere in casu tantum proposito.

Ill.mi Ad. noluerunt quod procedat generatim, ne Epi sumpta tali occ.ne Ecc.as transferrent, etsi Ecc.e non essent ita collapsae, et ruinam minantes.

In Matrices [Matrix est ea quae regenerat glos. in Clem: p.o vers. matrix

de sent. excom. Lap. alleg. is n.° p.° et ex eius ass.te uenit Cathedralis in c. uenerabili de uerb. signif. Sarn. de visit. lib. 2. c. 2. n.° 4.

Et oneribus prioribus ecc.ys impositis / Nec per Epum. nullus onus nouus imponen. est ex Coniecturis uel inueri similitudinibus.

Parochiales uero ecc.e / Paro.les dirutas restaurari aut transferri Epus curare debet seruata forma precise huius decreti.

Idem censuit Cong.° de domibus Parochialis intelligen. esse quod de ecc.iis parochialibus dictum est.

Instaurari ex fructibus procurent / Pro hac instaurat.e non sint sequestrandi fructus necessarij per parochi victus ex Cong.nis sententia Quantitas autem pro humori victu statuen. est arb.° boni viri, considerata qualitate Patriae, Personae, Ecclesiae, situs, et temporis, ut per Glos. in c. cum adeo uer. sufficiente de rescript.

Contrad.e remota / Item intelligen. est in instaurandis, reficiendis uel edificandis domibus pro necessaria parochi habitatione.

Quod si nimia egestate omnes laborent / An facultas transferen. ecc.s collapsas nimia egestate laborantes competentes Epo vig.e huius cap. uers. qd si competat sic q.nti Cong.° censuit negatiue nisi ex speciali mandato habuerit.

Diruta possunt ex Cong.nis sentia conuerti in profanos usus nō tamen sordidos, erecta tamen Cruce ibi, et ad matricem seu uiciniores ecc.am transferri ubi erigen. est altare sub eadem Inuocatione illorum Sanctorum ne memoria eorum supprimatur imposito onere titulari ut curet sibi celebrare festiuitatis Sacerdotem idoneum Cimitenum, quod a titulari construatur eo in loco quo magis populo placuerit.

Permissum fuit Epo Sassien. plures simul par.les unire quae adeo tenuis erant redditus, ut nec ad reparationem sufficerent, et

comodius transferri possent ad matricem quarum Ecclesiarum unitarum cum ex eis aliquae ruinam minarent demolitio cum erectione cuius fuit et ei concessa dummodo per hoc Civitas non deformaretur praevisio tamen quod prius transferrantur ad aliquam ecclesiam ut ibi erigatur Capella cum invocatione illorum sanctorum et sic translata humoris simul cum onere curae transfertur et rectio. Ferret. cons. 61. n. 2. et seq.
Ad matricem seu viciniores quando Ecclesia diruitur onus mittans ad matricem Ecclesiam transferrenda est, et in ea eosdem potest ad istam Ecclesiam dirutam erigendum et Altare sub nomine illius sancti cui Ecclesia fuit dicata.
In profanos usus non sordidos qui dicantur usus sordidi relinquitur arbitrio ordinarij.
Sacra Congregatio censuit Cardinales in aliena dioecesi non habere auctoritatem consecrandi Ecclesiam profanatam nisi de licentia Episcopi.

Ex hoc decreto licet Ep̃o visitare oẽs Eccl.ᵃˢ et Reg.ˡᵉˢ subiectas dumodo illarũ ministri sint Seculares.

Comendata Mon.ʳⁱᵃ / ut divinus cultus in eis observet.ʳ ut augeat.ʳ Ep̃us non debet se ingerere in Mon.ʳⁱʲˢ in quib. viget reg.ʳⁱˢ observantia.

Non habet locum hoc decretum ubi viget reg.ˡⁱˢ observantia licet Monasterium sit comendatum.

Comprehenduntur in hoc decreto et illa Mon.ʳⁱᵃ comendata unita perpetuo alijs vel pijs locis et si ipsa pia loca essent sub regum iurisdictione ut infra c. 8. sess: 21.

Fuit declaratum a Sanct.ᵐᵒ quod Militibus Hiero.ⁿⁱ non sint ab ordinarijs visitandi, nisi prout possunt alij religiosi habentes suos superiores iuxta decretum Conc. Trid. cum ipsi et sint professi, et praeceptores non comendatarij, et habent suum priorem seu superiorẽ totius ordinis iuxta decretum c. 20. sess: 25. de regul.

Prioratus / Prioratus Militum Hier.ⁿᵒˢ non sunt ab ord.ʳⁱʲˢ visitanˡ cũ ipsi sint praeceptores non Com.ʳⁱʲˢ et visitan.ʳ a capitulis sui ord.ⁱˢ ut sess: 25. de reg. c. 20. nisi prioratus habeant coniunctam curã animarũ et ministrarũ sacramenta ut sess: 7. c. 8.

Tam curata q̃ non curata / Ep̃us Ecclesiam Parochialem visitare debet eiq. de parocho providere qui sacram.ᵗᵃ et alia Populo administret.

Etiam exempta / Quid de Collegiatis quae sunt p̃ Dioecesis? dic q̃ ordinarij sunt in quasi possessione eos visitanˡ salvo tñ remanente iure inspectionis ex Cong.ⁿⁱˢ sententia

Visitentur / Quid si Ep̃us visitet ut Abbas non tanq̃ Ep̃us: Cong.ᵒ censuit q̃d Ep̃us non propterea acquirit possessionem.

Dubitatum fuit, An possit visitare Abbatię seu Mon.ʳⁱᵃ monachorũ S.ᵗⁱ Basilij, religio ista cum sub regulari observantia dicenda est iuxta c. 8. sess: 25. de regul.

Et Curam animarum. Lic. quae illis vel eorum annexis. § Eccl. ubi cura animarum exercetur visitari possunt ab ordinarijs etiam si illa esset militum Hierosolymitanorum adhibita tamen moderatione quam in sua Bulla Pius V. expressit quae est ut illis duntaxat visitent quo ad ea quae animarum curam illiusque exercitium et Sacramentorum administrationem respiciunt quae bulla incipit, Ex Iniuncto pastoralis, edita die 22. Septembris 1571.

Ubi Equites Hierosolymitani habent iurisdictionem spiritualem et temporalem ibi se ordinarij non intromittunt ad visitandum.

Per Sequestrationem fructuum § Fructus ecclesiarum quae renouatione indigent ab ordinarijs sequestrari possunt ut eccl. reparaventur etiam si ipsae essent militum Hierosolymitanorum.

Aliaque debita obsequia § Quoniam haec debita in hoc decreto posita non licet Episcopo maius seruitium, et onus imponere beneficijs quae illis ex antiquissima consuetudine vel illorum fundatione aut institutione dentur.

Prouideant Episcopi § Sed quomodo prouidebunt, si regulares nollunt aliquo modo eos vel eorum visitatores admittere ad explorandum ea quae correctione indigent quorum plura latent intra ipsorum claustra et conventus, quae nisi inspiciantur non possunt notari, et significari superioribus Religionum, et sic vana est prouisio huius decreti. Alij dicunt quod Episcopus inquirat extra claustra et de ijs quae ad suam notitiam deuenient superiores admonebit et in casu negligentiae postea mentes corriget c. 1. de off. ordin.

Eos visitare possit et corrigere § Visitare scilicet loca, et corrigere personas nam licet Episcopus non concurrat cum Abbate ut sit locus preventioni circa correctionem monacorum. defectum tamen Abbatis potest supplere Abb. in c. ad audientiam. de cap. monac. et in c. monachi de sent. excom.

An Hospitale Orphanorum Civitatis Neapolitanae cuius administratio et gubernatio fuit concessum Clericis regularibus Congregationis Somaschae possit visitari ab ordinario tanquam Sedis Apostolicae delegato. Die 01. februarij 1601. Censuit Congregatio Hospitale praedictum posse ab ordinario visitari non obstante privilegijs Clericorum Congregationis Somaschae quae solas clericorum et illis inservientium personas eximit.

Curent ijdem Episcopi Commendatarios remedijs die 19. Octobris 1596. Congregatio censuit Commendatarios Abbatiarum curam animarum habitualem tantum non autem sacramentalem habentes nullo Concilii Tridentini decreto ad residentiam adstringi neque si non resideant poenis ab eo in non residentes constitutis coerceri.

Pravos elemosinarum quaestores abusus / Pravi huiusmodi quaestores prohiberi et severe castigari debent, non illi qui collectas elemosinarum in pios usus convertunt. De istis vide c. cum ex eo et de poenit. et remiss. et c. Rom.[o] eo tit. et c. abusionibus eo tit. in Clem. unde hic etiam Navarr. in miscell. de oratio. miscell. 66. n. 2. et infra.

Sacra Cong.[o] Censuit ut Epus deputet viros ad colligen. elemosinas ad usum pauperum in Hosp[li] commorantium, qui sint bonae existimationis et spectatae pietatis et religionis eiusdem ordinis habitio compositos neque istarum elemosinarum participes atque tale onus subeant recte, apte et decenter sine ulla fraude ac sine ulla bonorum offensione et scandalo nec quaestorum ullo modo habeant nomen sed elemosinarum collectores simpliciter appellentur, propterea nullas indulgentias divulgent nec concionentur nec sua privilegia aut sacras reliquias circumferrant ne precationibus aut minis elemosinas ab hominibus exprimant aut extorqueant, non campanas aut alia instrum[ta] huiusmodi quae ad erant quaestorum insignia deferant et pulsent, ad homines excitandos, nec tale quidquam petant ut debitum, aut usitatum nec ullo artificio aut specie commemorent orationem S.[ti] Antonii aut alterius sancti, vel alio perverso more utantur ut pecunias extorqueant sed simpliciter pie ac modeste elemosinam petant ad inopiam Hosp[lis] sublevan. et quicquid talis elemosinae nomine collectum fuerit nullam ad rem aliam nisi ad usum hospitalis transferatur Et per haec verba restringitur Episcopis circa huiusmodi facultates Idem rescriptum fuit Seniarum. esse in colligendis elemosinis pro societate Rosarii

Facultas quaerendi elemosinas a Sede ap[ca] sub forma tamen suprascripta Hos[b]:

conceditur si in eis realiter hospitalitas exerceatur.
Gratia spu sub cond. phs quandocunq et nonnullis religiosis mendicantibus conceditur.
Non tamen hoc decretum refertur ad ordines mendicant. ut p bulla Pij V. et Cong. censuit mendicantes prohiberi non debere nec teneri ad petendum licentiam ab Epis pro Elemosinis perquirendis non solum ad ordinarium uictum, sed nec ad extraordinariu puta Messis tempore, pro Bladis et frumentis, et tempore uendemiarum pro uino, ac pro oleo, lanis aut pro pecunijs transmittant, ut in una Cosentina fuit rescriptum 1581.
Indulgentias uero etc. p huius decreti posteriorem partem no possunt ordinarij prohibere quin Religiosi Indulgentias olim a summis Pontificibus concessas publicent nullo eo uerbo cum eis facto At Indulgentias sibi ipsis de nouo concessas absq ordinarij licentia publicare non possunt, Vide decretum de Indulgentijs c. un. sess: 25. de refor.
Deinceps p ordinarios locorum etc. Nec aliquis sine eorum licentia uel auctoritate poterit publicare non obstante quacunq exemptione etsi regularis sit, aut in Ecclesijs ipsorum Regularium eo praetextu priuilegiorum et confraternitatis Rosarij sed per ordinarium adhibitis duobus de capitulo, debitis temporibus populo publicari debent.

Decretum de observan. et evitan. in celebratione Missar.
Vel avaritia § Nec avaritia solum arcenda est ab eo qui celebrat, sed ab eis et qui a celebrante aliquid exigunt, ut illi faciat licentiam celebrandi.
Vel Irreverentia § Ubi est consuetudo quod sacerdos per Ecc.am paratus idem paramentis sacerdotalibus indutus eleemosinam accipere licet dummodo apud Altare maneat nec per Ecc.am vagetur, que vagatio hic spatio tollitur.
Parochus aut Ecclesiam circuire potest at simplex sacerdos, nec ad Pop. se vertere, nec eo circuire potest. Ita Congreg.ne facto verbo cum S. censuit.
Pro Missis novis § Qui missas novas celebrant possunt se ad populum vertere, et oblat.a sponte factas recipere, non tamen circuire Ecc.am
Missales eleemosinarum exactiones omnino prohibeant § Non est obligationis post enim accipere eleemosinam inter actos stabilita pro missis celebran. et promittentes solvere possunt conveniri Car. et in sum. ver. sermonia reg. 5.ta et Sotus de Iust. et Iur. lib. 9. q. 6.
Ad divinum Cultum dedicata oratoria § Licentia celebrandi missas in oratorio alicuius Laici revocari non debet sine causa.
Oratorium art.o ordinarij extrui potest in aliquo loco Palatij vel domus vel domo honesto, et opportuno loco qui occlusus et observatus ad sacrum missae usum modo d. d. Palatij domus etc. aut eius nomine aliquis ex familiaribus ad audiendum a pssto. Parocho in parochia sacrum accedat audituros monitiones et denuntiationes pro matrimonijs et ceremoniis et alia huius que inter missar. solemnia consueverunt a Parochis in Ecclesia proponi. Et ita ex Cong.nis sententia S. D. N. declaravit sub die 22. octob. 1565.
Fuit Sacre Cong.nis decreto concessum Oratorium Marchionissa Sorani que propter eius etatis et valetudinis incomoda Ecclesiam que longius aberat audiendi missae cum adire non poterat ut in litteris Archiepo Tarracon. 20 Aug.ti 1566. scriptis
Item censuit Sacra Cong.o ut in privatis domibus non permittatur celebrari missas nisi propter necessitatem, et tunc fieri debet in oratorio et altari congruo

Quale sit Oratorium privatum, et de differentia quae est inter ipsum et eccl.am vide Jo. Andr. in c. 1. ducens Lap. alleg. 41. n.o 2. nos. Suet in c. unicuiq. de consecr. dist. 1. et an privilegia eccl.e distendantur ad Oratorium vide Jul. Clar. lib. 5. sent. q. 30.

Ab eisdem Ordinarijs designandis et visitandis. Licet facultatem celebrandi in privatis domorum Oratorijs ab Ap.ca Sede emanatam, Epus Impedire non possit, Verum Oratoria ipsa visitare ordinario permittatur et corrigere quicquid corrigendum invenerit. Licentias et ab Antecessoribus ordinarijs concessas revocare aut limitare eorum permittitur arb.o

An possit ordinarius restringere Licentias iam concessas celebrari faciendi in privatis oratorijs vigore huius decreti, Cong.o censuit non posse, si Licentiae ab Epis concessae fuerunt, posse eas restringere prout convenire videbitur.

Dedicata Oratoria / In oratorijs ep. ecc.am dedicatis celebrare licet dummodo nullum Parochiæ damnum inferatur

In privatis oratorijs celebrandi facultas ab Ep.o concedi non pot. quod procedit et in locis destinatis oratorijs formam habentibus id: de Principum domibus [illegible] est, nam hoc casu illa privata censentur. Idemq. de Palatijs Baronum ord.rij arb.o. Permisit Pontifex personæ et infirmitatis qualitate pensata per infirmorum commoditate in privato oratorio vel Altari ad id deputato facultatem celebrandi concedere litteris Archiepi. Januen. querentis quid agendum sibi esset in praxis Januen. [illegible] quam [illegible] ægr. [illegible] calentes passim cont. decretum Conc. Trid. missas domi audiant, cuidam respondendum est, ut nemini qui possit ad ecclesiam venire id permittat in casu tn. necessitatis concedat arbitrio dummodo celebretur in oratorio vel Altari ad id ministerium opportuno

Infans nobilissima mulier Portugaliæ cum propter conatum non posset ipsa [illegible] eius familia exire domo ad missas petijt ut liceat sibi et fam.e in oratorio eam audire concessum fuit, sine tn. præiuditio Parochiæ

Licentia celebrandi missam in ecc.a vel oratorio de novo fabricatis dari non debet nisi cum clo. salvo iure, et sine præiuditio ecclesiæ Parochialis hoc autem præiuditium intelligitur in ijs quæ spectant ad sacramentorum administr.em et ad alia quæ ipsi Parochiæ de iure debita attinent, in alijs vero non.

Oratoriam ab ordinario visum atq. recognitum si constat. durandum in quo honor, et cultus Deo tribuatur quem missæ sacrificium requirit debet ab eodem missa celebretur, quæ permissio durare debet donec duraverit causa permissionis.

Deambulationes strepitus / Iudices et ecc.ci qualis est hic eam adiunctis non possunt intra corpus ecc.æ Iuditium exercere infra c. 2 de [illegible] 20.

Alijs quam debitis horis celebrent / ante diem et horis indebitis celebrari nulli liceat et vigore privilegiorum a Sede Ap.lica ante conc. Trid. concessis.

Ne autem reg.res possint d. diebus [illegible] missas [illegible] in ecc.a [illegible]

cantatum fuerint prefati d. Cong.° censuit nullo decreto Concilij sancitum id esse, et ne processiones faciunt ex Claustra, vel publicent monitiones per quasuis bullas sine Epi licentia sic declaravit, Istud est contra bullas in Cena Dni, et alias Constitut.es Pontificum.

Placuit confirmari Florentię confraternitati S.ti Francisci et B. Marie Magdalene facultatem celebrandi missam ante lucem, sed ita ut missa non incipiatur nisi duabus horis ante solis ortum.

Prelatis, Capitis, Clericis, et fratribus mandat Pius V. in sua Const.e que est sexta in bull.° ne quocunq. pretextu, vel quauis facultate presumant celebrare vel celebrari facere deinceps missas uespertino tempore.

Et Preces § licet nove, aut non receptę preces in missa prohibeant non tn̄ salutatio dummodo ob illas nihil ommittatur in missa

Per hec ed. verba non prohibetur quin ubi consuetudo vigeat confessiones generales vulgari sermone dici possint.

Moneant ed. § Populus monendus est ut Dominicis diebus et festis maioribus Missas in suis Parochijs audiat non est tn̄ ad id per Censuras ecc.ca cogen. ut sacra Cong.° scripsit ad Epum de Cuior. 4. Kal. Ianuarij 1567. uide Lap. alleg. 47. n.° 2. et 14. ubi dicet quando ad propriam Ecclesiam eundum sit diebus et solemnib. sed contra eum censuit Cong.° ut dixi que voluit.

Quod neq. penis neq. mulctis possit Epus Populus astringere neq. in casu notabilis negligentię aut contumatię non modo ut Pop.s accedat ad audien. missam et sacram Concionem ad discen. etiam doctrinam Xpianam ed. si hoc fieri voluerit in oppidis villis, et alijs locis extra Ciuitatem.

Cum Tex in hoc decreto dicat qd Epi moneant Pop.m Reprehensus fuit a Cong.ne Ill.mo Archiep. Card. qui populum sub pena Anathematis accedere ad propriam parrochiam coegit cum Excom.° non nisi grauis ex causa ut cautum est in c. 3. sess. 25. ferri debeat ita die 20 Iunij 1566.

Et quod Conc.m non precipiat sed moneat tenet Nauar. in Manual. c. 21.

n.° 5. praeterea quando quis ex aliqua iusta causa vadit ad Parochiam alienam pro missa non pot. eici ut H. Ostien. et Abb. in c. 2. de Paroch. Sbruell. in verb. missa 2.° n.° 4. tit. Lex. in c. Omnis cum seq. q. 2. et q.d Parochiani teneantur audire in Parochia Extravag. vas. Omis de Treg. et Pace.
Monenz est et Populus diligenter teneri unam quemq. Parochie sue Interesse ubi commode id fieri potest ad audiend. verbum Dei ut habet.r in sess. 24. c. 4. et quod possit ad suum Parochum opponi exceptio omissionis divinor. vide Lap. alleg. 66. per totam.
Nec ex ex hoc decreto prohibentur mendicantes in suis Ecclesijs populum recipere, nec prohibetur populus ad mendicantium Eccl.as festiuis diebus accedere, et ita censuit Leo X.s ut refert Nauar. in manua. c. 20. n.° 5. ubi intelligit hunc Tex. de cons.° non de precepto.
Et quia prius Cannonis rigore prohibebant Ep.i ne Regulares ipsis celebrantibus accederent celebrare, item nec Campanas pulsare antequam Campana Cathed.lis pulsare inciperet omnia reformata fuerunt per bullam Pij V. ad fauorem regularium Editam.
De Rectore Monoculo, qui vult se dare religioni ac celebrare missam negatum est quia captus toto oculo, neq. eius dispens.nis reperit.r exemplus ne Populo sit Scandali.
Fuit dubitatum an ex hoc decreto de missis in priuatis domibus sit derogatum priuilegio Epor. de quo in c. ult.° de priuil. in 6. et fuit ab omnibus Cardinalib. decisum negatiue. Ita resolutum in una Eboren. die 9. septembris 1592.
Fuit et dubitatum An Ep.i possint in illo priuilegio propter ualetudinem, et fuit decisum ab omnibus affirmatiue, nam infirmitatis et ualetudinis causa equiparatur.
Eodem Priuilegio possunt uti Ep.i ex imminenti periculo nam in c. concedimus de conse. dist. 1. conceditur celebratio missae propter necessitatem extra Ecclesiam
Rursus fuit dubitatum an stante declaratione alias Edita a Sacra Cong.ne

quod licentia celebrandi in privatis oratorijs sit petenda a Sede Ap.lica
Episcopus non valens comode ad Eccl.am accedere possit absq. d.a licentia domi
celebrare, vel celebrari sibi facere, et fuit decisum quod sic ex c.
missarum solemnia de conse: dist: i.
Rursus quaerebatur an stante pred.a declaratione quod licentia sit petenda
a Sede Ap.lica An Episcopus possit concedere alijs et fuit decisum nega=
tive ex hoc textu, et ex dicta declaratione ad tollen. aliubi licet
de iure possit. d. c. missarum solemn:

Sess: 23. de Reform: cap. 6o.

Clericorum vita | Inter alia que ad vite honestatem pertinent illud in primis quesitum fuit an Monacus factus Epus liber sit a delat.e habitus et a tribus votis substantialibus: Dic quod non c. clerici officia. de vit. et honest. Cleric. post alios Couar. in c. 1o. n.o 10. de Testa:

Nec app.o executem suspendat | Sic app.o non est necessaria ad finem suspenden. sed bene operatur devolutionem per ea que voluit Innoc. in c. dilectus de appell. Lap. alleg. 1. n.o 01. et reg.ter in causis correct.is non datur app.o nisi corrigens excedat modum Host: de sta: monac. in summa §. de visitat.e Abb. in c. irrefragabile de offic: ordin. dici s.o sess: 13. cap.

Sess: 22. de Reform: c. 2.

Ideoq. antea in Uniuersitate studior. s. huic Canoni inhereret Pius V. qui in sua Constit. sancivit eos qui a Comitibus uel a Cortis officialibus Rom: Curie uel ab alijs quibuscunq. quib. ab alijs Pontificibus facultas decorar. fuit concessa promoti fuerit quoad dignitates ceteraq. Ecc.ca beneficia nulla gradus prerogatiua frui et gaudere posse uel debere et hic per quoruis Iudices uide Bullam editam mense Ianuarij 1568. an. 3.o

Mag.r aut Doctor s. an sentis dignitas in Collegiata Ecc.a exempta cui ordinaria Iurisdictio cum omnibus iuribus quasi Epi libris compe- tit necessario conferri debeat licentiato uel Doctori ut sentit dignitas in Cathedli.

Cong.o censuit negatiue Concilium enim qd loquitur de dignitatibus c. 12. sess: 24. hortatur ut conferrantur doctorib. nõ autem precipit, quia hoc nullibi cauetur esse necessarium.

Ex fructibus et proventibus &. Dum tamen sit fructus illius ecc.^e in Choro cuius sedem habent hę dignitates, secus vero si nullos fructus percipiant istę dignitates ex illis ecc.^iis in quibus sedem habent tantum in choro, et in quibus nunquam fecerunt residentiam, et habent proprium districtum in quo suam iurisd.^em exerceant.

Omnium dignitatum &. non comprehenduntur dignitatesque et si habent locum in Choro, nullas tamen habent distributiones quotidianas nec sufficientes prebendas vel fructus tenues que retineri possunt cum Canonicatibus ut est consuetudo absque alia dispensatione ut in c. p.^o de consuet. in 6. nec illis unire ecc.^as Par.^les ad augendum fructus distributionum quotidianarum Epus potest.

Si aliquibus dignitatibus que sunt de iure patron. laicorum in fundatione concedatur aliquod tempus longum per quos illas obtinentes concedatur ab esse possint sine fructuum et proventuum amiss.^e per hoc decretum nihil est istius modi concessioni derogatum.

Dignitates que sunt de iure patr.^s detractioni tertię partis fructuum obnoxię sunt iuxta c. 3. sess. 21.

Obtinens in Cathedralis et collegiatis dignitatem licet vocem in Capitulo non habeat, nec de distributionibus quotidianis cum alijs participet, residere tamen tenetur, et ac detractioni illius 3.^e partis fructuum est obnoxius.

Obtinens legitime duas dignitates in Cathed.^lis in diocesibus residere debet et nihil.^us fructus lucratur nisi tantum distributiones quotidianas et cum 3.^a part. prebende, que auctoritate huius decreti in quotidianas distributiones est conversa.

Totę distributiones quotidiane que accepte fuerunt ex 3.^a part. fructuum dignitatum alicuius ecc.^e debet assignari non Canonicis tantum sed et reliquis omnibus alijs, et qui non interfuerit distributione ammittet nec distributioni absentium Abbatię debent interesse presentes diuidi, sed fabricę ecc.^e aut alteri pio loco ordinarij debent

applicari, quod intelligatur de 3.a parte fructuum detracta ex dignitatibus reliquę vero distributiones quas absentes non faciunt suas debent attribui eis qui statutis horis interfuerit, Et qui perpetuo absunt non solum ammittunt tertiam partem fructuum quę attributa est distributionibus sed eo beneficio privari debent ex Cong.nis sententia.

Quod si Episcopus constituat ut nemo ad distribut.es admittatur nisi fuerit examinatus, dic quod si talis constit.o non fuit confirmata a Papa non ligat eos qui habuerunt collationem a Papa ut censuit Cong.o

Non datur facultas per Conc.m partem aliquam fructuum parrochialium ecclesiarum uniendi prebendis et distributionibus suę Ecclesię Cathed.lis

3.am partem in distributiones I. Cong.o censuit hoc non procedere quando distributiones sunt sufficientes.

Hec deductio facienda est ex fructibus non secundum taxam antiquam prout in libris Cam.ne seu alijs sed secundum ualorem currentem. Differentia inter hoc cap. et cap. 3. sess: 21. de reform. est quod hoc cap. loquit. de dignitatibus tantum a quibus Ord.s 3.am partem fructuum in distribut.es quottidianas convertend. separare potest dato eo quod distribut.es quottidianę non sint tenues, et in odium obtinendi dignitates et negligentium residere, et quando 3.a ista pars sic subtracta per non servientes ammittitur, locis pijs est applicanda. At uero cap. 3. sess: 21. loquit.r solum quando distributiones ita sunt tenues et negligantur, et hoc casu 3.a fructuum pars ita separata, et in distributiones ab ordinario conuersa si ammittitur per non servientes proportionabiliter servientibus accrescit, Et ita declarant v. ista Canones ex sententia sacrę Cong.nis uel ista Ep. loquitur de extraordinarijs ut per Nauar. de horis Cano: c. 2. n.o 90. Dantur tamen absentibus causa Ecc.e uel infirmis ut in addit. ad Abb. in c. ex parte sub. de preben. Sarn: de Visit. lib. p.o cap. 20. n.o 26.

Archiepiscopus Panormitanus uolens creare distributiones quottidianas in Cathed.li iuxta formam huius cap. dimisit liberas prebendas, distributionesque constituit, ex redditibus eiusdem Ecclesię prouenientibus a mortuarijs

et administratione

et administratione Sacramentorum. Sed Conc.^m decrevit ut ex 3.^a parte prebendarum iterum constituerentur humoi distributiones quotidiane ...

In Ecclesia Abulen.^a quotidiane distributiones a fructibus prebendarum separate non sunt, et Capitulum pretendit D. Episcopum non posse 3.^am partem omnium fructuum prebendarum d.^e Cathed.^lis Ecc.^e separare pro quotidianis distributionibus assignare sub pretextu quod ex consuetudine immem.^li dignitates Can.^ci portionarij, et ceteri prebendati d.^e Ecc.^e Abulen.^a solent lucrari grossam prebendarum suarum residendo et interessendo quolibet die una hora duntaxat v3 ad p.^am vel 3.^am vel aliam iuxta determinationem a Capitulo pro tempore amoditatis faciendam, nec ad maiorem residentiam et divinis interessentiam ~~quolibet die una hora duntaxat ...~~ ad compelli posse, sed nihil! D. Epis dici posset et debere ex omnibus fructibus prebendarum d. Ecc.^e pred. 3. partem separare, et pro distributionibus quotidianis illam dividere per omnes horas canonicas diurnas et nocturnas proportionate pro divinis tantum interessendo iuxta decretum Conc: Trid. sess: 21. cap. 3. de reform. vel saltem illam grossam prebendarum dividere per omnes horas, et non pro unius hore assistentia pro ut hactenus, sed pro servitio et assistentia omnium horarum proportionabiliter concedantur, et lucrentur, nec ad id obstat quecunque prefata imm.^lis consuetudo, quia Conc.^m in dd. decretis illam tollit, et abrogat, grossa, aut prebendarum que pro unius hore assistentia datur, non habet vim nec effectum distributionum quotidianarum et satisfit Conc.^o quia Conc.^m loquitur de illis distributionibus que per omnes horas nocturnas et diurnas dividuntur, et lucrantur, sed non de illis que in una tantum hora lucrantur, et absentibus ex causa conceduntur pro ut pred. grossa, nam he distributiones de (sic) magis pro fructibus prebendarum habentur quam pro distributionibus quotidianis Setravag. cum nonnulli. §. preterea cum in aliquibus de preben. Glos. Pragmat. Sanctio: tit. quo temp. quis debe: esse.

in c. l. in uer. distributiones. Pauis. cons. 32. n.° 01. lib. 4 et plures resoluit Rota, et trad. Couar. uar. resol. lib. 3. cap. 12. n.° 21 Ubi Capitulum contendit grossam hanc pro quotidianis distributionibus computare posse tenetur illam proportionaliter distribuere per omnes horas tam diurnas quam nocturnas pro interessentibus tantum et non per interessentia unius horae, ne Chorus et ecclesiae sint in alijs horis et diuinis offitijs debito seruitio et ministroru[m] penitus destituta contra decreta et mentem Concilij. Quare super declarari Episcopum Abulen. posse separare 2.am partem quorumcunque fructuum prebendarum ecclesiae Abulen. et eam assignare et diuidere proportionabiliter per omnes horas interessentibus tantum peruenatur non obstante consuetudine et statuto ecclesiae Abulen. quod quis lucretur grossam prebendarum interessendo quolibet die una hora tantum uel si magis placet declarare Episcopum posse illam grossam 3.e partis fructuum diuidere pro distributionibus quotidianis per omnes horas. Sacra Cong.° censuit per grossam quam istis illi hic lucrifaciunt interessentes quolibet die uni tantum horae non esse satisfactum Concilio per sess: 21. et 22. cap. 3. Episcopum tamen non debere d. grossam accipere, et inter alias horas diuidere sed potius ex reliquo corpore prebendarum si non 3.am partem saltem tantam portionem detrahere quanta sufficiat ad constituendas distributiones quae singulis horis uerisimiliter non negligantur.

Iuxta formam ab eodem Episcopo prescribendam] Episcopus non potest dignitatibus personatibus, et offitijs statuere certam offitij et seruitij formam praeter solitam pro lucranda 3.a parte prebendae in distributiones conuersa.

Seu fabricae ecclesiae] In his tribus capitibus hoc habet locum idest dignitatibus personatibus et offitijs non ergo comprehendit Canonicos uel aliud distributionum genus, habet eo locum quod hic disponitur quando non adest illa ratio quod nullae uel ita tenues distributiones essent

in c. 3. sess: 21. sed in odium non residentium applicandę fabricę, sed non pot Epus pro lucranda 3a parte prebendę in distribut. es conuerse dignitatibus personatibus et offitijs imponere certum seruitij et offitij formam ex hoc decreto preter solitam

Arbitrio ordinarij applicetur / Et eo non obstante quod dimitterent istam 3am partem possunt ab ordinario compelli ad residen. penis prescriptis a Conc. sess: 24. c. 12

Iuxta Sacrorum Constitut. prouidentur / Nec consuetudo immem.lis excusare pot a resid. in ecc.ijs Cath. et ita declarauit S. D. N. Greg. quis.

Cura animarum iminent / Secus si tn. unitis, si uero unita tunc est locus c. extirpandę, si qui uero de preben.

In Ecclesijs Cathed. et collegiatis / Non comprehenduntur Can.ci habentes ecc.as parochiales, non tn. unitas Canonicatibus qui si resident in parochialibus et fuerint priuilegiati ad perceptionem fructuum excepti distributionibus quotidianis.

Iuxta Bullam Pij 5. uel ex Indulto ap.lico non possunt optare neque domos Canonicales, neque Canonicatum presbiteralem et similia cum non habeantur pro presentibus, sed tn. sunt priuilegiati ad percipiendum fructus et id quod est extat consuetudo uel statutum quod absentes non possint optare.

Non obstant consuetudinibus / Cong.o Censuit hic non esse derogatum fundationi.

Fuit dubitatum an hec dispositio mutet uel quocumque modo inuertat dispositionem c. extirpan. si qui uero de preben. et Card. Aleiat. dicebat quod sic et ita plures interim. Alij uidentur et consentire, quia hic non decipitur alicui ut potius in parochiali quam in dignitate resideat, sed in qua ecclesia uoluerit in ea incumbere possit, et habeatur pro resid. in cathed.li, sed per hec non infertur partem esse digniorem cum sit uoluntarium quod olim erat necessarium, non tn. pot negari quin dispositio cap. illius

sit alterata saltem in hoc ut qui cogebatur residere in parochia tamen totum hoc est sublatum per bullam Pij V. per quam obtinens parochiam et canonicatum uel aliud beneficium personalem residentiam requirens cogetur residere in parochia uide bullam edita mense Iulij 1568.

Declaratum inde fuit quod obtinens canonicatum cui unita sit parochialis ecclesia ad uitam obtinentis tenetur in parochia residere sic habens canonicatum et parochiam extra ciuitatem in parochia residere tenetur nec potest dum in ea residet priuari canonicatus, sed solum distributiones quottidianas eius amittit ut censuit Congregatio amittant, et si quid preterea absentes certa de causa non percipiunt alias nec priuari possunt. Idem in eo qui obtinet duos canonicatus nam in digniori residere debet, et solum alterius in quo non residet distributiones amittit.

Si quis uero in eadem ciuitate, parochiam et canonicatum obtinet in Cathedrali uel Collegiata utrumque retinere potest, modo resideat in parochia nullus officio necessario desit, et si potest eidem canonicatui debitis horis interuenire percipiat omnes fructus, et comoda que illi munera sunt attributa; si uero interuenire nequeat distributiones solas eorum dierum quibus non interest ammittit, neque alio damno affici potest ex decretis sacre Congregationis.

Sic Episcopus modo in Episcopatu resideat solutus est a residentia dignitatis quam cum cura animarum obtinet in aliqua Cathedrali eamque retinere eiusque fructus percipere potest exceptis peruentionibus et distributionibus quottidianis et alijs si que sunt, quas absentes iusta aliqua de causa non percipiunt ex sententia Congregationis.

Ita obtinens canonicatus et prioratus in comendam liberum a cura animarum in canonicatum residere debet, Episcopus quoque residens in Cathedrali liber est a residentia monasterij monialium regularium quod per dispensationem Papae obtinet licet illi annexe sint aliquae ecclesie curatae post creationem

Monasterij, et presertim si in tali mon.rio non sit fons Baptismalis
neq. aliqua animarū cura similiter residens in Prioratu qui habet
curam animarū potest retinere canonicatū et beneficium simplex sed
beneficio p alium seruire debet.

Item habens tres Can.tus dignitate pares residens in Eccl.a cui altera eam
in qua habet canonicatum est unita, alterius Canonicatus non
perdit nisi distributiones quotidianas, et si quae aliae sunt quae
absentes iusta aliqua de causa non percipiunt.

Item habens duos Archid.tus dignitatis pares potest residere in quo
sibi placuerit, si vero alter est dignior in eo tenetur residere
si parochia ex fundatione sit unita Can.tui sine fundationis cui
non est derogat. p hunc tep. potest residere in Can.tu iux. c. extirpan.
§. qui vero de p ben. deput. primis vic.o idoneo in parochia ab Epô
approban. iux. c. 7. sess. . ut censuit Cong.o

Tamquam pns sit et sic percepit fructus et quotidianas distribut.s
quae consistunt in massa, sed non eas quae horatim distribuuntur
servientibus et ita censuit Cong.o die 4. Iunij 1573.

Habens Can.tum et par.lem in qua nō pōt sine discrimine vitae residere, sed
ei permittenū est ut in Can.tu resideat ex Cong.nis decreto.

Obtinens duos Can.tus tenetur in digniori residere eius vero in quo
non residet distributiones perdit in quib distribut.s etiā ligitur
etiam comprehensa pars prebendae quae ex decreto Conc. trid.
conuersa fuit in distributiones quotidianas

Obtinens Can.tum prebendae mag.lis et Parochialem cum dispensatione vel
ant. Concilium legmē obtenta tenet.r in parochia residere ag atque
in magli prebenda idoneum virum substituere, qui munus sacrae
scripturae interpretanū obeat.

Archid.s qui pro deffensione iurium sui Archid.tus in alia Ecclesia
moratur p residente interim haberi debet iux c. ex parte il 2.do

de cler. non resid.

Archiepo Vlixbonen: fuit rescriptum in Gasparem de Faria resi-dentem in Canlia ecclie Vlixbonen. non esse cogen. ut resideat in monrio Sti Petri de Aquila ordinis Cistercien. quod obtinet in comendam.

3am partem in distributiones. Die 10 Aprilis 1592. Congo censuit si Prepositura Cathedlis a qua post Conc. 3a pars fructuum detracta et in distributiones quotidianas conversa communiter non sit de corpore capituli id quod ex da 3a parte Prepositus non inter-veniens amiserit fabricae ecce si indigeat, vel alteri pio loco arbo Epi iuxta hoc decretum esse applican.

In subdiaconatus ordine q. qui sunt in sacris, et maxime in presbiteratus ordine nullo statuto videntur prohiberi quin vocem in capitulo habeant. Libere fuit conclusum q. non modo in omnibus nelibus expedien. qui capitulo expediuntur sed et in electionibus.

Prebendas q. Can.ci qui ordines sacros debitos post mon. sumere recusant ab ordinario privari debent.

Archid. ad quem de consuetud. Ecclesie spectat absente Decano convocare capitulum, et in eo proponere, ac resolutiones nec facere id pot. et si non sit in sacris constitutus, et ad Decanum non spectat ratione ordinis, sed antiquitatis et superioritatis.

Vani onera sunt annexa q. in fundatione velut q. fund.m expressit quod si provisus de tali benefitio vel capelania tenentur per se missam cellebrare, tunc non valebit collatio talis benefitij si fiat ei qui non sit in tali etate vin concordat s. sess. 7. c. 3. et c. 13. et sess. 24. c. 1. Roch. de curt. de iur. patr. vers. honorificum n.o 21.

Quando ex fund.ne non apparet de voluntate disponen. tunc in talibus benefitijs non requiritur ordo sacerd. nec etiam sacris ordinibus deputata ut per Roch. ubi s.o cum addit Lap. alleg. 5. n.o 07. alleg. 116. et 117. Card. cons. 3. sequitur Rebuf. in forma beneff. tit. de non promovens infra annum n.o 117.

Et ad effectum istius lex. qui promotus est ad sacros ordines licet promotus sit ante etatem, debet tamen habere vocem in cap. ut per Jo. de Sylva tract. de benefitijs par. 2. q. 6. n.o 6. Petr. de Bollin de elect. c. 17. par. p.a n.o 3 tom. 7. pot. tunc qui non habet vocem in capitulo optare domum vel prebendam dummodo non obstet sibi Ecc.e statutum vel consuetudo cum iste optans sit collegialis et competat ex canonica, non ex voce capituli sicut post delegatus clar. Bacci. de potest. sed. vacan.

precedd. s. n.° 13 tom. 2 et ibi vide quod possit alia facere.
Ut alij omnes ∫ . An Can.ci teneantur per se ipsi cantare missas in omnib.
festis Dominicis Adventus, et Quadragesimæ, an tn̄ solemnis R. C.
cogen. esse ad personaliter canen. missam illis diebus quibus ep̄o insti
tutis et legimā consuetudine illius ecclesiæ debent.
Infra annum ordines suscipere requisitos ∫ Ex hoc decreto et c. 12 sess:
24. ∫. neminem et non est sufficiens quis Can.us qui intra annum non
sit promotus ad sacros ordines g tn̄ 10. annos natus sit, nec per
decretum Conc. sess: 23. c. 12. ante 22 ann. sacris initiari possit
qui ꝑ hoc decretū non cogitur nisi in legimā etate constitutus.
Declaravit vero quod pena huius canonis prescripta ijs qui infra annum
sacerdotium non susceperint, non habet locum in Rectore, qui
infra annum a die adeptæ possess.nis vel infra tempus ei legimē
prorogatum comparuit, et se promoveri petiit offerens quantū
in se est separatum sacerdotium suscipere, sed ord. noluit eū
ꝑter litteraturā vel aliam causam promovere et ita sacra Cong.
declaravit. Habebit autem locum in eo qui obtinens quandam
ecclesiam per provisionem Sedis Ap.cæ habet liberum eius exerci
tium, et omnium bonorum fructium et proventuū d. par.lis ecclesiæ
percipiens ad possessionem licet in limine adeptæ poss.nis sibi mota
ei fuerit lis ꝑ aliquem in petitorio tenetur tn̄ se promoveri
facere infra annum lite pendente, et ad residendum in d.a ecc.a
et presupp.o quod non teneretur residere, eo casu debet deputare
Vicarium idoneum partemq. fructium ei pro sufficient. dicta
assignare iux. Conc. Trid. et ita censuit Cong.o vide Clem: 1. de eta.
et qual.
Quæ incipit ut ij ∫ . Quia Clem: ut ij. de etat et qual. habet
locum in Cathedralibus et Collegiatis inter Can.cos et alios Cleri
cos seculares tn̄ visum est sacri Conc. Trid. sub die p.o 7bris

1570 hunc cap. non habere locum inter reg.les in monas.rijs eligentes ut illi qui sunt in sacris non habeant vocem in cap.lo, et sic dispositio hec restringitur tm̃ in Cathedralib. et Collegiatis secularibus cond. ea que scribit : . in ver: electio §. n.o 3. et in fin.

Qui cam. etatem / declara ut in sess: 24. c. 12. s.i remined ibi aut in tali etate.

Nullo aut Conc. Trid. decreto statutum est, que requirat.r etas in eis qui Can.tus in ecclijs collegiatis consequi velint sed idem relictum cond. illos terminos qui ante Conc. Trid. prescripti sunt ex c. statutum de elect. in 6.

Vocem humus in ecclesijs / die ult.o Augusti 1593 . in una Ostinaten. Cong.o censuit Canonicum in sacris non constitutum in Synodo uti Canonicum vocem habere non posse.

Committantur ordinarijs / dispensationes in forma gratiose impetrate que vulgo dicuntur sine causa debent fintari ordinarijs ut ab eisdem cognoscant.r iux decis: huius cap. nec ante partes illis uti possunt.

Sed quesitum fuit an possint ordinarij earundem dispensationum cognitionem sicut processum facien. committere Vicarijs eorum foraneis, et videtur quod sic quia hoc casu sunt delegati Principis, ergo possunt subdelegare c. pastoralis ubi Abb. n.o 6. de off. deleg. Et hec facultas tribuitur ipsis a lege etiam in Crimin. Dec. in L. p.a post n.m 24. de off. eius cui mand. est iurisd. Lap. aut alleg. 45. distinguit inter delegatum et ordinarium, ut ille non possit, iste possit, Abb. vero distinguebat dicens quod qui iure ordinario pot absoluere is et pot committere absolutionem, quod secus est si ex commissione sibi competat ut in summa de off. ord. v. quod pertinet prope fin. Sed Socin. cons. 93. col. 3. vol. p.o concludit delegatum a Principis non posse subdelegare si sibi sit onerata consc.a sed nec cognitionem quidem committere.

Proposito hoc dubio in Sacra Cong.ne fuit per Ill.mos DD. conclusum quod delegatus possit subdelegare in omni casu, qui committitur in forma dignum et si eiusdem conse.a oneretur ut per Abb. in c. fin. n.o 7. et ibidem Felin. n.o 6. de offi deleg. et fuit alleg. decis. Rote 5. de concess. prebend. in non. Sed si bene legat.r Felin. distinguit quod aut conscientia oneratur ad tenorem de legimis loco monitionis et potest subdelegare, aut ad decisionem et non potest, et videat.r d. decisio in fin. quia multi tenuerunt contrarium.

Summarie tamen et extraiudicialiter / requiritur tamen citatio.

Ep^us pot alienos Clericos ordinare si habent dimiss.^as iux. c. 01. infra ubi Ep^us admittens ex alia leg.^ma causa q^m aegritudinis sit impeditus.

Dimiss.^as aut l[itte]ras Ep^us quandoq. absens dare potest, ac ordinandos etiam suo examini subijcere si ita uidebitur, et si absentes sint eos ad se uocare et eos examinet si comodum erit alioquin eorum examen committere ordinario loci in quo illi degunt.

Iam probatos et examinatos / dandam esse licentiam diocesanis a suo ordin.^o Cong.^o censuit, ut ad sacros Ord.^es ab alijs Ep^is promoueri possint cum testimonio tñ uitae et moribus proprij Ordinarij ut habetur infra hac sess: cap. 01. cui in hac part. nō aduersari hoc cap. 3. eadem Cong.^o censuit.

Si egritudine / In una Calaguritana die 27. Aug.^ti 1592. censuit Ep^um posse alienos Clericos ord.^re si habeant l[itte]ras dimissoriales proprij Ordinarij ubi Ep^us huiusmodi l[itte]ras concedens alia leg.^ma causa q^m egritudinis expresse in hoc decreto fuerit impeditus

Sess: 23. de reform. cap. 4.

Pa. tonsura 1 An hac pa. tonsura sit ordo, late disputat Lap. alleg. 130. uide Doct. in c. cum contingat ubi Panor. n.o po. de Etat. et qualit. D. Thom. in 3. par. q.ne 40. ad 5m in fin. Aetas idonea est post septennium ut habetur in Clem. 2. de Etat. et qualit. de qua uide Siluestr. in uer. aetatis. s. po. n.o 3. et in uers. ordo. 4. n.o po. in fin. Sunt enim suspensi ipso facto a Collate. ordinum qui ante septimum annum conferunt pam. tonsuram c. nullus ordo de etat. et qual. lib. 6. Siluester uers. etas. q. 3.

Qui Sacramentum Confir.nis 1 Nauar. in Manua. cap. 12. n.o 9. de Sept. Sacr. Eccles. tenet nullam censuram incurrere qui ante confirmationem ordinari se fecerit, nec peccaret mortaliter nisi faceret ex contemptu clauium, quia de necessitate Sacramenti ordinis est ut sit baptizatus non tn. confirmatus, sed cum hodie ex hoc Texti sit de necessitate precepti dubitarem q. scienter hoc faciens puniri posset et peccaret.

Ad minores ordines § An regulares promouendi ad ordines inter alia teneantur eorum nomen et desiderium eorum in Eccl.ª proponi facere, et testimonium deferre ad propositum huius cap. Cong.º censuit non teneri, sed sufficere testimonium a suis superioribus allegatum.

An Eps sine attestationibus et inquisitione quae in hoc decreto iniunguntur aliquem promouere possit, si ipsum omnes qualitates praedictas habere sciuerit. Cong.º censuit posse, sed non debere respondit.

Similiter ab inferioribus posse concedi litteras testimoniales Epis illas requirentibus quando scilicet Eps tamen Vicinus, uel Dioecesanus ordinat subditos inferiores, qui eorum essent nullius Dioc.

Et literas testimoniales § An ex Bulla Sixti V. cum male promotis Epus ordinans circa clericos alterius Dioc. ordinandos testimoniales literas a suis Ordinarijs habentes de requisitis ad ordinem alia diligentia uti teneatur quoad ipsos examinandos quo ad sufficientiam S. D. N. de sententia Congregationis respondit mentem esse suae Sanctitatis Ordinarios cum suis subditis dimissorias petentes teneri adhibere diligentiam debitam super omnibus requisitis circa ordinandos iuxta Conc. trid. et Sacros Canones, et si ea ipsos habere constiterit in ijsdem dimissorijs iuxta conscientiam suam de eis fidem facere, et tunc cum talibus dimissorijs habentibus non opus esse Epum ordinantem nouam adhibere diligentiam super dd. requisitis nisi in examine super idoneitate, et literatura.

De ipsorum ordinandorum natalibus § An propter nouam formam contrahendi matrimonij a Concilio praescriptam filius qui mortem Parentum eorumque tamen Coniugum decennalem cohabitationem probauit aliquid praeterea aliud probare teneatur ut doceat se esse legitimum uel sufficiant humanae probationes, quemadmodum ante concilium sufficiebantur die 29. Martij 1601. Sacra Cong.º censuit hodie sufficere illas probationes quae ante Concilium sufficiebant.

Ant. 14. annum | Per haec verba Concilij Trid.^ni non prohibet.^r quin ille qui iam 7. etatis suae annum attigerit quamvis nondum expleverit, possit benef.^m simplex obtinere, et collatio facta infra hanc etatem nullum tribuit ius nec poss.^em ferret. cons. 59. in fin. nec sufficit qd necessitas adsit, et operet.^r effectus, quia hodie lex scripta est et ita cum S. Thoma concludunt Canonistae ut ap. Silvestr. in ver. ordo 40. n.^o p.^o in fin. et eadem etas requirebat.^r de iure coi in simplici beneficio per c. indecorum de etat. et qual. ord. Card. et Abb. in c. super inordinata de preben: silvestr. vers. etas. n.^o 7. vers. tm.

Hoc est cap.^m intellige nisi in fund.^e aliter statuat.^r quia non est ei derogatum.

Beneficium | Cong.^o censuit idem esse in pensione

Is est fori privilegio | Hoc decretum cum Clericos qui forum seculare declinare intendunt non habet locum nisi a die quo publicatum fuit in illis partibus lz Conc.^m Romae iam esset publicatum. Clerici qui ex hoc Conc. decreti privilegio fori privant.^r privilegio tm Canonis non intelliguntur privati.

Aut Clericalem habitum | Provisio in 13. etatis anno de Canonica in Eccl.^a colegiata ubi iuxta statuta Eccl.^e provisi ante realem poss.^em et fructuum perceptionem tenentur portare habitum et tonsuram per triennium, obstat hoc decretum; Ita censuit Congregatio.

Clericus in minoribus non beneficiatus nisi incedat in habitu quamvis sit adscriptus non gaudet privilegio fori lz non esset monitus.

Alicui Eccl.^e | Haec verba important et Clericus qui die sine habitu et tonsura incedens alicui Eccl.^e de mand.^o Epi non deservit, ipso facto sine aliqua monitione precedente ammittit fori privilegium attenta mente Concilij quae ad tollendos penitus abusus huiusmodi voluit hoc abolere lz hoc etiam prohibeatur a iure coi ut censuit Covarr. lib. pract. quest. c. 33. n.^o 2. et ita censuit Cong.

An Clericus in minoribus ordinibus constitutus et in habitu et tonsura incedens ut mandato Epi inserviens Capellae quae in Eccl.^a existit et ab ipso Epo cum fraternitat. Laicorum per triduo assignata est gaudeat privilegio fori ex hoc cap. Congreg.^o censuit gaudere, et dato quod gaudeat an idem censendum sit si servitium non continuatum, sed aliquo impedim.^to necess.^o interpellatum extiterit: Cong.^o censuit gaudere.

Sess: 23. de reform. cap. 6.

De iure comuni fuit dubitatum an Clericus non deferens habitum vel tonsuram vel simul utrumq. propter delicta privetur privilegio Clericali. Hic distingue si est in sacris retinet privilegium, sed punitur Innoc. in c. p.° n.° 3. de apostta. Si est in minoribus et delinquit non privatur privil.° fori nisi post trinam monitionem c. in aud. de sent. excom. c. ult. de vit. et honest. Cler. Innoc. d. c. p.° Ferret. cons. 194. n.° 6. nisi se immisceat enormitatibus puta quod sit seditiosus, quo casu ipso facto privatur privilegio per glos. in c. perpendimus. eo. tit. Idem si gerat tonsuram vel habitum, sed in reliquis vivat ut secularis ut not. sing.r Innoc. in d. c. p.° de apostta. in fin. nec sufficit tonsura sine habitu sed copulative utrq. requiritur Clemen. in c. si Iudex vers. Idem de sent. excom. in 6.° Habitus quoq. debet esse decens usq. ad talos iuxta Sacros Canones ut 21. q. 4. per totam. Hodie vero ex huius cap. prescripto nec monitio requiritur, nec habitus et tonsura sufficiunt, nisi et alicui Eccl.e inserviat, et ita censuit Cong.o in una Neap.na et in altera Adicen.

Clericus non beneficiatus qui incedens in habitu et tonsura inservit alicui Eccl.e si fuerit cum Armis deprehensus diu nocte absque habitu et tonsura non caret privilegio fori sic fuit decisum ex c. in audientia de sent. excom.

Cui fuit reservata pensio cum Clerico si non incedit in habitu et tonsura non gaudet privilegio fori, sic fuit decisum ex eo quod Conc.m corrigit ius coe, et tres casus excipit per dictionem Nisi.

An Clericus p.e tonsure presentatus ad Capellam Sacerdotalem qui super tali presentatione obtinuit a Papa novam provisionem et in eum motus processus possit in suis causis civilibus gaudere privilegio fori qui possessionem beneficii non habeant propter intrusum in quem litem movit. Cong.o censuit gaudere.

An Clericus vero Coniugatus. Cong.o censuit Clericum coniugatum qui

post dimissum habitum, et tonsuram clericalem pro delicto aliquo in curia Laicali citatus, et in contumaciam condemnatus fuit si deinde reassumpto habitu et tonsura, modo in fraudem non fiat, licet inserviat ecclesie hoc decretum non posse a Iudice Laicali propter idem delictum in carcerem conijci aut pecuniario distringi fuit. c. si Iudex laicus de sent. excom. in 6. Dec. cons. 4. ampliat etiam si fuerit merus laicus de clericis coniugatis uide cap. alleg. 40. per totam et alleg. ibi. Couar. pract. quest. cap. 31. n.º 7. et seq.

Quidam Clericali Caractere insignitus beneficium licet cum obtinuit cum postea animo ducendi uxorem una cum clericatu renuntiauit, deinde non sequuto matrimonio clericalem habitum reassumpsit, et aliud beneficium exigui redditus adeptus est, dubitatum fuit an gaudeat priuilegio fori? Cong.º respondit gaudere, quia Clericali priuilegio renuntiari non potest cum in fauorem totius ordinis introductum sit c. diligenti, et ibi glos. de for. comp. dec. in c. sua de apost. Rol. cons. 4. n.º 9. uol. p.º

Epus auctoritate sua ord.ria cum sibi subdito uiro bigamo qui alias cum duabus virginibus successiue matrimonium contraxit et consumauit et modo defunctę sunt dispensare non pot, ut primam tonsuram et beneficia simplicia a se uel ab alijs accipiat; Ita censuit Cong.

Et etiam fori priuilegio / hec uerba importaut, ut Clericus qui diu sine habitu et tonsura incedens alicui Ecclie de mand. Epi destinato non inseruit ipso facto sine aliqua monitione precedente ammittat fori priuilegium attenta mente Concilij que ad tollen. penitus abusum huius uoluit hoc addere iuri comuni, Et ita censuit Cong.º sub die 16. men. nouembris 1591.

Et die 21. 7bris 1595. Censuit clericum pr.ª tonsura insignitum habitum clericalem et tonsuram deferentem sed alicuius licet seruitio de mandato episcopi deputatum licet fori priuilegio nō

Sess: 23. de reform. cap. 6.

gaudent gaudere tamen beneficio cap. Odoardus de solut.

Hisi beneficium ecc.um habeat / die 01. xbris 1595. Cong.o censuit obtinentes pensionem haberi pro Clerico beneficiato ad effectum privilegij fori.

Ante 14. annum / die 16. Martij 1596. Cong.o censuit ad obtinendum beneficium simplex sufficere 14. annum inceptum licet non completum.

Alteri Ecclesię ex mand.o Epi. / fuit dubitatum An Clericus Inserviens alteri Ecclesię, quia illi cui fuit adscriptus gaudeat privilegio fori et die 20. xbris 1586. Cong.o censuit gaudere et ita resolvit bo. me. Card.lis Caraffa Archiep.o Neap.no ut Statr. Synodis Archiepalis Neap.ni cap. 4.

Ordinandorum genus | Non excluditur filius Neophiti.

Investiget et examinet | Qui subdiaconi, diaconi, vel presbiteri sunt, sectuntur admitti ad Cathedralis Ecclesiae Canonicatus ipsis in forma dignum a Sede Apostolica collatos, ut cum ordinem habent quem dicti Canonicatus requirunt, non opus est quod examinentur causa explorandi eorum litteraturam, Illi vero qui nondum sacros ordines susceperunt examinandi sunt, an illam doctrinam habeant quae ex prescripto Concilii Trid. necessaria est illi ordini sacro, qui Canonicatui quem consequi volunt erit annexus, quesitum fuit quid respondendum de ordinatis ante etatem legitimam ab Episcopo qui ante ordinem Ecclesiae protestatus fuerat publico edicto quod non intendebat ordinare nisi eos qui legitimam etatem habeant, presupposita attestatione Decani eiusdem Ecclesiae asserentis audivisse ab ipso Episcopo quod diceret huiusmodi ordinationem fieri ad tenorem, ceterum habere se intentionem conferendi simpliciter ordines, videtur eos esse ordinatos, et ab executione ordinum esse suspensos usque ad debitum tempus Sed quia in contrarium inclinabat maior pars dicendo quod non sufficit unus testis, ideirco determinatum est ex uno ore ab Illustrissimis ut res refferatur ad Papam.

Sess: 23. de Reform. cap. 01.

Cap. hoc locum habet tam in minoribus quam in maioribus ordinibus et in utroq. casu opus est beneficij collatione.

Privilegium suscipien. ordines extra tempora, per hoc decretum non est sublatum.

Reducta fuit bulla ad terminos Concilij, nec includit eos Clericos qui habuerunt beneficium ab ordinante et quod facti sunt sibi subditi Innoc. in c. p.o de Cler. peregr.

A proprio Ep.o / Qui dicatur proprie Prelatus uide per Glos. in Clem. p.a uers. proprij de reb. Eccles. non alien. Barb. cons. 40. col. 3 n.o xi. uol. p.o Franc. in c. p.o col. 3. uers. 2. uero bona de ... in 6. et quot modis dicatur proprius Rebuff. in concord. fol. 125. in uers. proprium Abb. in c. p.o ubi alij omnes de for. compet.

Ab alio promoueri petat / Et est concedendum cum praeuia probatione qualitatis et morum tamen, nec aduertat. c. 3. supra positum, nec c. 8. eiusmet sess.

S.D.N. Greg. xiij. statuit ut regulares suscipiant ordines sacros ab Ep.is in quorum Diocesibus sunt Monasteria in quibus tunc degunt uel dimissorias ab eis accipiant circa hoc decretum.

Cuiuslibet qualitatis rescripti / Ex a sede Ap.ca obtent.

Huius cap. autem qui a sede Ap.a obtinuerit ut possit ordinari ab alio quam a suo ordinario debet nihil.s probitatem suam et mores ordinarij sui testimonio comprobare, et ideo uoluerit illos etiam a suo ord.o uel de eius licentia cuius testim.o mores et uita o[mn]is comendentur, et a quocunq. alio antistite et ita fuit resolutum die 20. Aprilis 1575.

Nisi eius probitas / Sed in casu ubi quis absens per plures annos ab ord.o fuit qui tunc ord.s comendare ipsum de uita et moribus non potest, credo quod sufficiant eius lit.e dimissoriae, sed informatio de uita, et moribus habenda sit

in loco inviolatus, et ita observatur. dimissorie vero contribuant quod non sit excommunicatus vel contumax sed legitimis natalibus ortus, et ita censuit Cong.ne die 20 Aprilis 1579.

Sebastiano S. Stefani thes.ri petenti, ne aliquis Epus possit ordinare subditos Baliui absq. ipsius fide et testim.o de vita et moribus ordinandi; Cong.o respondit nihil, et ad rones q Epi ordinarii non possunt habere notitiam de moribus et vita eorum, qui sui subditi non sunt, et subditos non inuenire Epos qui ordinare vellint absq: testim.o et fide sui ord.rii. Resp.t reqrentibus Epis posse.

Epus Vercellen. anteq aliquos subditos Abbatis ihon.di S. Mariae ordinis S. Aug.ni Canonicorum regularium ordinare vellet decernebat nomine suo proprio edictum ut in Eccl.o d. Monasterii publicentur. 1. quod ord.es maiores assumendi essent iuxta c. 7. sess: 23. Cong.o censuit debere Epum mittere edicta ad Abbatem cum lris in subsidium iuris, Abbatem aut debere curare ut illa publicentur nomine suo proprio in Eccl.is paruchiis sibi subditis.

Erat Abbas quasi in possessione ab emm.e et in eius Eccl.e aut oppido nō publicarentur aliqua Edicta decreta ab aliquo ord.o nisi in subsidium iuris Cong. censuit in casu quo aliquis fuerit absens p plures annos ab ord.o ita ut illum comendare de vita et moribus non possit sufficere lras dimissorias ord.ii continentes q.d non sit excommunicatus vel contumax, et de legitimis parentibus. Informatio aut de vita et moribus habenda est ex loco in quo fuit versatus.

Testimonio comendentur; sed si essent absentes, et ad titulum pensionis vel patrimonii assumendi essent, sed non testimonio Ecclesiarum gratis nisi haberet speciale mandatum concedendi dimissorias

Per lras quas Epus absens a sua diocesi potuit dari suis diocesanis absentibus, potent examen illorum demandari Epo loci in quo degunt.

Si secus fiat, et clericus ab alieno Epō sine ord.rij sui dimissorijs ordinatus et ministrans efficitur irregularis ex Cong.nis senta.

A susceptos ordinum et absoluere a suspensione eos qui nullius diocesis existentes sine lrīs dimissorijs ordinati fuerunt, spectat ad Epum ad quem ex Cone.o pertinebat illis dimissorias concedere.

A proprio Epō et filius legitimus ordinatus ab Epō originis paternę legitimę promotus censeatur, tametsi pater tempore natiuitatis ipsius filij ad aliam diocesim iam transtulisset domicilium. Die 16 decembris 1599. Cong.o censuit ordinatum ab Epō orig.nis paternę fuisse bene ordinatum.

Circa hoc dubium vide Io. And. Domin. Franc. et alios in c. cum nullus de temp. ordin. in 6.

Quesitum fuit an sufficiat aliquem obtinere in aliena diocesi beneficium simplex ut ab Epō loci beneficij ordinari possit, vel potius requiratur ut tale beneficium non sit simplex; Die 26. Maij 1594. Cong.o censuit sufficere quod beneficium sit simplex.

Cōmendentur/ Censuit Epum quamuis absentem posse litteras dimissorias dare et ordinandos et suos subijcere examini, si ita sibi videbitur, et si absens sit ad se eos examinandos vocare, si cōmodum erit, alioquin eorum examen comittere ordin.o loci in quo illi degunt.

Episcopus familiarem suum. habeto locum hoc decretum et in minoribus ordinibus ut teneatur Episcopus eis conferre beneficium.
Quaeritur an prelatus Cardinalis possit ordinare familiarem suum non subditum et videtur quo ad minores ordines quod sic quia ea possit alijs conferre ut not. hostien. et Jo. And. in cap. de suppl. negleg. prelat. Mart. Laud. in suo tract. de Cardin. q. 32 et in tract. 2. q. 19. et reg. tom. 2. fol. 135. ergo fortius familiaribus suis, cum nec fam. Card. subsint, ordinarijs quo ad confessionem illum sacram. de confess. q. 154.
Et benef.m Episcopus ordinat familiarem suum ad titulum pensionis si pro necessitate vel comoditate suarum Ecclesiarum iudicat ordinandum.
Nisi per triennium. Ex identitate rationis sufficit quod triennium inceperit antequam esset Episcopus familiaris illius Episcopi de quo loquitur hoc decretum. Potest eum ordinare ad titulum Patrimonij si illud sufficiens habuerit, et si Episcopus ita iudicauerit pro necessitate aut comoditate suae Ecclesiae iuxta decretum c. 2. sess. 21. quem per hoc non tollitur ratio finalis illius Cap. quae est ut nemo cogatur per sordes mendicare alias deterioris esset conditionis familiaris non familiari, et ita censuit Cong.o die 14 Aprilis 1575. modo certe seu particulari Eccl.ae adscribatur ubi suo munere fungi debeat iuxta cap. 16. infra hoc ead. sess.
Ex hoc cap. restringitur dispositio cap. 2. 5.a sess. 14. prope fin.
Sed fuit quesitum an huiusmodi familiarem possit dimittere ut ab alio ordinetur? dic quod sic quia qui potest ordinare multomagis potest dimittere, et ita fuit sub die 5. Martij 1573. responsum per rationem cap. 3. 5.o ead. sess. 23. et c. 01.
Quicunque per decem annos sunt in Curia qui alibi resederint possunt ibidem a Vic.o Sanct.mi aut ab Ord.rio loci de licentia Sanct.mi ordinari, familiares vero, seu officiales Papae ac familiares Cardinalium, etiam si Card.les non habitassent Romae, atque et Eporum

Sess: 23. de reform. cap. 9

in curia residentium qui saltem per triennium habitaverint in Urbe possunt de licentia ipsorum Ordinariorum a Vic.o Sanct.mi promoveri dummodo sufficientem titulum et alia habeant requisita.

Dubitatum fuit an Episcopus qui hoc decreto illo familiarem suum sibi non subditum, et per triennium secum conviventem ordinavit, collato statim ei re ipsa beneficio possit postea cum eodem quo ad temporum interstitia dispensare in casibus tamen comprehensis in cap. xi. 13. et 14. eiusdem sess. et die 26. Maij 1594. Cong.o censuit posse.

Abbatibus et alijs quibuscunque. / Abbates tonsuram aut minores ordines praeterquam suis subditis regularibus alicui conferre non possunt, non obstante quacunque contraria consuetudine.
Quidam Laicus annis elapsis suscepit primam tonsuram et ord.es minores ab Abbate Cassinen. eius in temporalibus et spiritualibus superiore credens illum habere potestatem. sed cum sit contra dispositionem huius cap. dubitatur, egeat dispensatione, vel necesse habeat capiens esse clericum iterum ordinari ad dd. ordines tamquam ex nulliter collatos, Congreg.o censuit indigere dispensat.e sed non esse necesse ut iterum ordinetur.
Abbates regulares habentes ius baculum deferendi, et Mitram postquam Sacerdotalem ordinem et munus Benedictionis acceperint possunt tonsuram et ordines minores secularibus Epi iurisd.ni subiectis conferre, modo ipsius Epi consensus accedat, et ad.o Epo qui se quoque lras dimiss.s ita ut satis non sit, id generatim ab Epo concessum esse, sed hac concessione semper opus sit singulari
Si non est bened. Abbas potest suis subditis ordines minores conferre si id fuerit ei ex privilegio concessum.
Abbas qui est benedictus vel ex privilegio sedis Aplicae habet pontificalia recipere potest ac si esset bened. quod omnia sacra benedicere, illis exceptis in quibus unctio requiritur.
Possunt eo dd. Abbates eosdem ordines conferre alijs regularibus qui dimissorias expetierint suorum superiorum, nec non expressum consensum Epi loci in quo ordines acceperint, habuerint.
Tonsuratus vero ab Abbate non bened. vel non habente hanc potestatem ex privil.o sedis Aplicae debet iterum tonsurari
Praeterea ijdem Abbates sacerdotes et Bened. dd. ordines conferre possunt secularibus alioque Epo iurisd.ni subiectis modo attulerint superiorum suorum litteras dimiss.s et expressum consensum Epi loci in quo ordines huiusmodi capiunt suscipere. Quod enim tunc possint ordines conferre probatur exemplo Epi qui alienos Epos ordinat

tunc enim ordo confertur excom. suspend. ep. defectu iurisd.^nis uerum ubi adest consensus Epi loci, non est defectus iurisd.^nis et sic nec excom. suspenditur Archid. in c. gnli district. by. Lap. alleg. 130. n.o 6. et per totum, et ita censuit Cong.o die 26. Iulij 1572.

Olim hoc erat permissum Abbatibus benedictis non bened. simplic., sed soli ut not. in c. c. gnli district. by. idq. ep. consuetud. uel indulto ap.^lico ut in c. cum contingat de etat. et qual. et in c. Abbates de priuil. in 6. Lap. alleg. 130. n.o 6. Olor. cons. 14. n.o 9. Abb. in c. inter monasterium n.o 25. de reiud. Felin. in c. eam te. n.o 12. de rescript. Innoc. in c. i. n.o 2. de supplen. neglig. prelat.

Quantumuis exempti &c. Nam licet Preposito terre Prati Florentie Dioc. concedere litteras dimissorias et idem de Archip.ro terre collis qui est exemptus et habet iurisd.^nem ordinariam, et de Archipresb.^ro Rauen. habente multa priuilegia Ap.^ca et exemptiones.

Ex hoc textu censuit Cong.o in ijs locis que nullat. esse dicuntur residere, ut etiam nullatenus dioces. esse dicat.^r committatur ord.^rio infra cuius Dioc. fines existat, si uero ep. fines alicuius Dioces. existit uel in dubio sit, an existat, committatur Epo uiciniori.

Et immemorabilibus &c. Ex hoc decreto non licet fratribus S. Ioannis Hier.^ni concedere aliquibus clericis secularibus litteras dimiss.^as ut ab epis ordinent.^r

Inter Archimandritam et Archiepum Messanen. super collat.^ne ordinum. et concessione literarum dimissorialium, circa hoc cap. controuersia uertente; Cong.o censuit Archimandrite non licere ord.^es conferre.

Subditus non sit &c. Hoc uerum est si uero proprio, tali liceat ut in c. Abb. de priuil. in 6. secus est si ep. priuil.o Ap.^lico

Nec isti Abbates &c. Nulli Abbati etiam quibusuis priuilegijs munito licet concedere dimiss.^as cuicunque clerico seculari ad ord.^es cuius directus

Presupposita declaratione Congreg.^nis alias edita quod sup.^es regulares dimissorias et ordines suscipiendos concedere possunt regularibus sibi subiectis ad Dioecesanum, An possint concedere litteras dimissorias pro omnibus

ordinibus operarijs regularibus, seu Monasterij. Cong.° censuit posse.
Et alij exempti (de iure com. Abbates exempti poterant dare lras dimiss.ᵃˢ
quibuscunq. subditis ut p. Nave. in rubr. de Cler. Peregr. n.° 3. Hodie
vero nulli Abbati quibuscunq. privilegijs munito licet eas concedere
cuiq. Clerico seculari et ad ordᵐ eius directas, ut censuit Cong.°
Licet fratres S.ᵗⁱ Io.ⁱˢ Hier.ᵐⁱ sint privilegiati et circa Clericos qui in
eorū monasterijs et domibus serviunt, non possunt tn̄ lras dimissorias
ad ordines suscipiendum alicui concedere nisi fuerint sui or-
dinis professi.
Qui com̄ (Sess. 7. c. 10. in reliquis iurisd.° competit. ut per Silvest. in verbo
absolutio. 2. n.° 6. c. cum olim de maior. et obed. et in c. p.° eod. tit.
A Capto Ecclae sede vacante (Cong.° censuit die 5. Iulij 1575. nō licere
Capto lras dimissorias concedere ex hoc decreto quantumuit habeat
territorium districtum et exemptum ac immemorabileᵐ poss.ᵉᵐ etsint Iu-
dices ordrij. Non impediuntur tn̄ Capta Cathedralium quin sede vacante
Vicarium creare possint, si alias ad Captum hec electio spectabat.
Penam eorū impositam (eadem pena eorum impetrantes dimissorias
ab Abbatibus et similibus.
Ab officio et beneficio (Censetur per hec suspensus a iurisd.ⁿᵉ spirituali
et conferendi beneficia et legendi post alios vide Siluestr. in sum-
ma verbo suspensio. n.° 5. glos. et Doct. in c. cum dilectus de
consuet. et in casu huius Canonis non pot Eps dispensare
per tabus. in c. cupientes de elect. in 6. et Clem. p.° de Heret. Siluest.
ubi s.ᵃ n.° 11. vers. hoc 3.° fallit vide Ant. in 3. par. tit. 27.
cap. 4. de suspens. Nicol. Plat. tract. de excom. cap. 4. n.° 3.
et 6. tom. 3.
Sed an hec pena suspensionis ab officio et benef.° p annum habeat
locum cont ordinantes non observata forma huius decreti! Cong.°
respondit quod non, quia in penalibus non fit extensio ex
iuribus vulgaris. Decr. enim hic expresse loquitur cont concedentes

dimissorias preterea ex alijs decretis Concilij est statuta pena contra male ordinantes scilicet suspensionis ab exercitio Pontificalium, quae an vero illa habebit locum ut sess: c. 5. sess. 14. c. 2. et sess. 23. c. 8. que pena erat ex iuri contra cognita per tex. in c. eos. ubi glos. in ver. ordinum. et c. fin. cum glos. et Doct. de temp. ordin. in 6. et ita obtinui declarari pro Abbate S.[ta] Marie de Succursu Aquilan. ex Sacram Cong.[nem] de mense octobris 1573.

Litteras dimissorias die 24. Maij 1591. Cong.[o] censuit ordinandum pro obtinendis dimissorijs posse adire ad eum Episcopum in cuius dioe. beneficium obtinet Ecc.[cum]

Stante declaratione Sacre Cong.[nis] Concilij ex mente fel. rec. Sixti V.[ti] facta scilicet quod sup.[res] regulares possint suis subditis qui habentes qualitates requisitas ordines suscipere voluerint literas dimissorias concedere ad Episcopum tamen diocesanum, et si is abfuerit ad quemcunque alium Episcopum dum tamen ab ipso Episcopo qui ord.[es] contulerit examinentur quo ad doctrinam quesitum fuit quid observandum esset si Episcopus quidam adfuerit sed minime ordinationes habere voluerit. Re ad S. D. N. Clementem 8.[m] relata censuit in casu quo Episcopus fuerit pns, et noluerit habere ord.[nes] idem prorsus observandum esse, quod declaratum fuit servari debere si Episcopus fuerit absens, ita tamen si susceptio ordinum data opera non fuerit delata in id tempus quo Episcopus diocesanus nullas esset habiturus ordinationes.

Nisi aliud. An per hanc Clausam possit Epus hodie conferre omnes simul ordi-
nes minores, sicut poterat de iure com. ex Glos. in c. de eod. de temp.
ordi. Navar. in manua. cap. 25. n° XXI. tenet quod sic, de quo valde
dubito quia Concm dat facultatem Epo dispensandi circa temporis
interstitia non circa num. eorum ordinum. praeterea hoc videtur repugnare
menti Sacri huius concilij in hoc capite, ubi mandat exercitium functionis
singulorum ordinum in Ecclesia.

Nisi quia necessitas etc. ut quia provisus de benef° curato tenetur enim se
promoveri facere ad sacerdotium intra annum, et quod providetur non
est necesse ut sit in aliquo ordine.

Iudicij Epi etc. Non potest Epus ad quem dimissus est ordinandus hoc iudicium facere.

Latinam linguam intelligant etc. Die 20. 7bris 1591. in una Sebenicen. Cong.° cen-
suit Homines Religiosos Illirici quamvis Latini Idiomatis rudes sint tamen
linguam Illiricam intelligant posse ad ordines promoveri nisi aliud
Con. cum obsistat impedimentum non obstante hoc decreto et Const. Sixti V.

Cum aetate etc. Die 20 Maij 1592. in una Cressaten. Cong.° censuit nullam
esse a Concilio praefinitam aetatem tonsurae et 4or minoribus ordinibus sed eam
attendendam quae a Sacris Canonibus praescribitur.

Per temporum Interstitia etc. Die 31. Maij 1592. Cong.° censuit remissionem Inter-
stitiorum et quoad regulares ex causis tamen a Conc.° expressis faciendam pertinere
ad Epum ordinantem eum tamen in hac re debere quoad causas
deferre iudicio et attestationi Superioris regularis ordinandi et ita
demum epum posse interstitia minorum ordinum remittere si ei
magis expedire visum fuerit, sed alicunque satius esse putaverit
illa remittere non aliter posse 4or minores ordines eadem die
uni conferre, quam si ita in loco hodie consueverit.

Epus interst. tacite remi- nondum esse t... tempus.

Sess: 23. de Reform. cap. 13.

Si saltem diebus Dominicis / Si isti Diaconi et Subdiaconi in missa solemni ministrantes essent Sacerdotes, melius est ut isti post vel ante missam celebrent, quam Eucharistiam solum recipiant de manu Sacerdotis cui isti ministrauerint.

Si per annum saltem / Ob eminentiam doctrinę ac bonum test.m eorum consensu ordinarij Sum. Pontifex concedit, ut qui omnes ordines et presbiteratus breuiori tempore sumere possit etiam extra tempora, sic responsum fuit Epo Placentino.

An per Bullam Sixti V.i contra male promotos in interstitijs seruan. annus qui interponi debet in promotione ab uno ad alterum sacrum ordinem 12. mensium completus esse debeat vel sufficiat tantum esse quatuor interstitia, que aliquando propter varietatem festorum mobilium occurrunt priusquam 12 menses compleantur. S. D. N. ex sententia Congregationis dicit esse attendendum curtum quatuor dd. interstitiorum aut tempus 12 mensium completorum et ita ead. Cong.e censuit in una Valentin. 5. februarij 1593. An per d. Constit.em censeatur reuocatum seu restrictum arbitrium Epi concessum ut possit ordinare infra annum a promotione unius ordinis sacri ad alterum iuxta decretum Conc. Trid. hoc cap. Sua Sanctitas respondit non esse suę mentis alterare dispositionem decreti quod vult remanere in sua pristina validitate, ac vigore absque ulla innouatione aut restitutione.

Ad altiorem gradum / nisi esset prouisus de stauti ut s.o c. 2.

Duo Sacri ordines non eodem die / qui ex consuetud.e illius regionis quatuor minores et subdiaconatum eodem die susceperant non sunt suspensi.

Annum integrum

Annum integrum / Intellige ecclesiasticum, quoad interstitia quatuor.
Sed est ad Populum docenda / An Subdiaconi et Diaconi qui carent doctrina hic requisita in ordine presbiteratus sint ad ordinem presbiteratus promovendi in eo loco in quo maximus est defectus sacerdotum, et ubi propter tenuitatem prebendarum nulla est spes habendi exteros sacerdotes; Congregatio respondit nunquam ignaros promovendos esse ad sacros ordines, sed iam promotis posse conferre parochiales quae litteratiores inveniri non possent, idcirco ad quesitum idem dicendum, sed Episcopus diligenter curare debeat ut discant et pro ut profecerint tunc promovere, ideo ex sua conscientia et iudicio rem totam conficiat, imo illud tu magis scire potes, Interea quando si adsit penuria sacerdotum secularium utatur opera regularium.
Curet Episcopus / adhortationibus et monitionibus cum suis presbiteris agere debet ut diebus Dominicis, et festis solemnibus celebrent, sed non potest Episcopus sub penis ac censuris monere, ut legitime non impediti debeant celebrare ac alias quam ratione onerum et stipendij Navar. c. 25. n.o 101. uers. 21. Pet. de Sot. de lett. sacr. lect. 13. in fin. de sacr. euch. et Domin. de Sot. in 4. distinct. 13. q. 2. uers. dubium autem.
Tam frequenter ut suo muneri satisfaciant / missas celebrent.
Cum promotis per saltum / An ea solum intelligenda sint de promotis per saltum aliquo sacrorum ordinum omisso, an uero est de promotis ad maiores omissis minoribus siue omnibus siue uno tantum, et quid de ommittentibus primam tonsuram Congregatio censuit habere locum hoc decretum Conc. Trid. in omnibus casibus propositis.
Si non ministrauerint / Nam si ministrauerint scienter contrahunt talem irregularitatem solus Papa dispensare potest. c. si celebrauerit. et c. si celebrat. ubi Card. de cler. excom. Lap. alleg. 101. n.o p.o

Sess: 23. de reform. cap. 14

Quamvis Presbiteri pot. S. H. audita relatione Congregationis declaravit Episcopos vigore privilegij de quo in C. fin. de poenit. et remiss. non posse sibi eligere Sacerdotem sibi non subditum, qui a proprio Ordinario non fuerit adhuc iuxta formam huius decreti Concilij admissus seu approbatus ad audiendas confessiones.

Nullus et regularem § et S. D. N. declaravit tempore Iubilei posse omnes regulares confiteri peccata sua sacerdotibus approbatis ab ordinario ad audiendas confessiones nec in bulla eius fit mentio, nisi de ordine regulari qui audiunt confessiones non aut de ordin. poenitentiam.

Nullus praeterea Episcopus pot. se ingerere in his quae spectant ad probandos Sacerdotes Facere Confessionis Ministros ex Congregationis sententia.

Mendicantes fratres semel examinati et ut idonei approbati pro audiendis confessionibus non debent iterum ab eorum ordinario nec et successore examinari.

Confessiones secularium § Hinc infert non prohiberi regulares audire confessiones secularium, si ab Episcopo sint approbati, quae non sunt ita districti sunt seculares ut et Navar. in manua c. 4. de pot. confes. fol. 62. In precibus et domibus ex urgenti causa velut infirmorum et senum qui ad Ecclesiam commode accedere non possunt, nec huius casibus Constitutiones Synodales et aliae prohibitiones obligare possunt.

Praefati Regulares sive alij religiosi confessores non possunt audire confessiones secularium, qui sunt de familia, aut deserviunt ipsorum Monasterijs absque approbatione vel licentia Episcopi.

Ab Episcopis et examen § Regulares ac fratres mendicantes semel examinati et approbati pro confessionibus audiendis ab Episcopis in Civitate ac Dioecesi sua ab eodem Episcopo iterum non sunt examinandi, ab eius vero successore possunt examinari iuxta bullam Pij V. in cap. Rom. Pont. publicatam 10. idus Aug. 1571. Adijciens nihilominus semel approbatum ab ordinario posse ab Episcopo eius successore pro maiori conscientiae suae quiete examinari, quae bulla non est revocata per reductionem privilegiorum regularium ad terminos Concilij per S. D. N. Gregorium XIIJ.

Semel admissus per Episcopum semper in eadem Dioecesi habeatur pro admisso

nec ibi amplius examinari nec presentari debeat, tam quoad predicationes faciendas, quam confessiones audien. vide Bullam Pij V. et Conc.m Lateranen. sub Leone X.mo sess. 10. Tom. 4. fol. 603.

Sed quesitum fuit An Card.les possint eligere confessorem, nec requirat.r approb. Ep.i; videtur quod sic per tex. in c. fin. de penit. et remiss. cum ipsi sint Papę tm̄ subditi, unde et familiares ipsorum de eorum licentia videt. sibi posse eligere confessorem approbatum, juxta ea que refert Silvester in ver. confessio 3o. n.o 3. Sed hoc hodie non habet locum ex hoc decreto in quo decernitur quod Confessor sit approbatus ab Ep.o et ita Romę passim observatur ut nemo nisi approbatus possit confess.es audire ad c. fin. respondet.r verum, quod illud causa iminente necessitatis concedit.r quod alias regulariter non concederet.r vide Sot. in 4. dist. 18. q.e 4. art. 2. post med. et Caiet. in sum. verb. absolutio post. Hostien. in sum. de penit. et remiss. n.o 16. et Reg. sum. Sacram. de confess. q. 15.

fratres ordinum mendicantium a suis generalib. vel eorum Ministris Provincialibus ad audien. confessiones approbati hoc Conc.i decreto non comprehenduntur juxta extravag. Pij V. et si mendicantibus publicatam anno 1567. Sed hanc facultatem idem Pius Quintus revocavit volens ab his fratribus decretum Conc.: observari in d. Extravag. Rom.i Pontificis.

An absolutio data a Sacerdote vigore facultatis generalis a Sum. Pont.e vel ipsatis a Parochis concessę, si ab Ep.o is Sacerdos examinatus et approbatus non fuerit valida censeat.r quo ad eos presertim qui tali Sacerdoti bona fide confessi sunt rati esse approbatum, vel ignorantes approbationem requiri Cong.o censuit nullam censeri eam, et si confitens quo ad Deum excusari censeat.r ubi tm̄ resciverint reiterandas esse confessiones.

Privilegijs, et Stirne est quod exemptus habens subditos non potest approbare ad confessiones audien. Sed Ep.us in cuius est terr.io

approbabit. secus si inferiori ab Epo non exemptus, sed pleno iure habens in subditos temporalem et spiritualem iurisdictionem ordinariam sit nullius Dioecesis quia tunc approbabit aliquem ex suis qui audiat inter subditos et extraneos non Dioecesanos illius Epi.

Confessiones secularium. Die 30 Martij Cong. censuit in Monasterijs ac Collegijs Regularium, ubi viget regularis observantia, minime posse Prelatos regulares sive alios Religiosos Confessores absque licentia Epi audire confessiones eorum secularium qui sunt vere de fam. et continui Commensales, non tamen illorum qui tantum deserviunt in Monasterijs.

Sess: 23. de Reform. cap. 16.

Nullus in posterum ordinetur] Hoc spectat in ipsa promotione, nam postea fieri non potest.

Illi eccᵉ aut pio loco] Clericus qui certo loco non est ascriptus ab Epō non ad-potest invitus retineri in loco Dioecesi ut nox . . .

Pro eius necessitate uel utilitate] Clericus iuxta hoc decretum certe Ecclesiae ascriptus a nullo Epō recipien. est sine Ordinarij licentia. Secus si nullum beneficium habeant, aut nulli loco sit adscriptus, quia tunc ab exemplis Epis recipi. pot. et ei ordinatus dimissorias concedere debet . . .

Non admittitur] Quod etiam locum habet in familiaribus Triennalibus Episcoporum qui ad titulum patrimonij potuit promoveri, nam et illi debent alicui alicui ecclesiae ordinari iuxta not. s. c. 9. et c. 2. sess: 21.

Nec incertis] Requiruntur ergo quo ad sacros ordines duo tituli unus ratione victus iuxta c. 2. sess. 21. alter ratione exercitij in aliqua ecclesia faciendo ne incertis vagetur sedibus ex hoc tep. sed tit. quo ad victum requiritur quo ad sacros ordines hic vero etiam quo ad minores quod parum observatur in Urbe, et apud Sedem Aplicam quae undecunque confluentibus Indulta ad se promoven. concedit absque eo hac.

Nullus praeterea Clericus Peregrinus] Nec potuit cogi ordinari ad titulum Patrimonij qui incertis sedibus vagantur, unde deserviant alicuius Ecclesiae velut diebus festiuis

Sine Comendatitijs sui Ordinarij] Abbas non pot. huiusmodi litteras concedere.

Sed non sunt denegandae litterae comendatitiae ab Epō Sacerdotibus et Clericis qui non habent beneficia in titulum requirenda ecclesiastica

Quaesitum fuit An Epus loci Ordinarius prohibere potest ne Regulares in eorum Ecclesijs Sacerdotes seculares exteros diuina offa celebrare permittant nisi prius ab ipso Epō visis litteris Comendatitijs ipsi Sacerdotes admissi fuerint. et die 17. novemb. 1594. Congregatio censuit posse.

Nisi per Constitutos in dd. ordinibus] munus Acholiti aut Thuribularij et hec similia non possunt exerceri nisi per constitutos in illis ordinibus quod est notandum cum hoc ut plurimum, et passim non obseruetur.

Exerceantur] Etiam si essent fratres Laici qui talibus ordinib. nō essent insigniti.

et Parochialib.] Hoc habet locum in prioratibus qui curam animar. exercent.

Cum Adolescentium / De Seminarij Institutione idem ferme statutum fuerat in Late-
ranen. 3° sub Leone 10° sess. 9 cap. de reform. Conc. Aquisgran. sub Ludovico
cap. 135. tom. 2. fol. 702. Toletan. 4. c. 23. Cabilonens. 2. cap. 3.
Ut singulae Cathedrales / Et si duae erunt unitae in unaquaque earum Seminarium est
erigendum, et si non possent erigi in unaquaque earum erunt deputandi duo
magistri unus Grammaticae et alter Rhetoricae sumptibus separatis cuiusque Civitatis.
Pro modo facultatum / In contributione Seminarij debet observari decretum
Congnis Concilij Trid. de Seminarijs.
Certum puerorum numerum / In hoc Seminario non debent admitti plures pueri
quam qui ex pecuniis ali possint quae ex dimidia decima tunc antiquitus
taxata fuit
Vel alio loco convenienti / Locus seminarij et edificatio deputanda de sententia
civitatis et eorum quorum interest debet approbari.
Ab Epo eligendo / In hanc sententiam scriptum fuit Archiepo Salernitano
qui sacrum quendam locum Seminario applicaverat ut sibi factum
licuisse sciat quod de sententia Civitatis et eorum quorum privatim
interest agatur die 14. 7bris 1569.
In hoc vero Collegio / In Seminario collocari debent Pueri qui sunt pro-
cliviores ad vitam Ecclesiasticam et dum in eo manent ecclesiasticis praeceptis
et moribus imbuendi sunt.
Pueri qui in Seminario collocabuntur sint tales qui servituti Dei se dicare
velint atque pauperes.
Ex matrimonio legitimo nati / Sicut spurij et qui essent legitimati.
Tonsurae statim / quo modo aut quis possit ex fructibus Seminarij nomine
tituli sibi assignatis promoveri ad sacros ordines vide not. 5° c. 2.
sess: 21.
Quae omnia atque alias / tenetur Epus cum consilio eorundem tam circa
institutionem disciplinam ac mores clericorum quam circa temporalium rerum
administrationem ac omnium rerum quae exprimuntur providere et sufficit
illud consilium requiri tamen postquam per Epus eorum consilio
adhibito statuere ipse et deliberare quae pro prudentia sua magis

expedire iudicauerit.

Cum consilium duorum Canonicorum] hi Canonici electi ad custodiendam educationem puerorum in Seminarijs non possunt mutari nisi ex certa causa, et legitima ut censuit Congr. adhibebit quoque Episcopus consilium ipsorum in constituendis regulis Universalis Seminarij loco et similibus, ac etiam simul esse in singulis rebus ut puta electioni puerorum singulorum introducendorum, electione magistrorum librorum legendorum Confessorum Discolorum punitione, expulsione, visit. et similibus.

Et quia ad Collegij fabricam] Ante erectionem factam Seminario nihil eo nomine est soluendum.

An Episcopus vigore huius cap. vere et quia potuerit dismembrare Canonicatum a Collegiata, in qua sunt septem Canonici et applicare illud Semin.° Congr. censuit Episcopum ex hoc cap.° non potuisse id facere.

Ultraeaque] Ne verba haec videantur aduersare ijs que infra eodem cap. dicuntur cum excipiantur collegia in quibus seminarij discentium ad commune bonum habentur intellige quod hic dicitur habere locum ubi actum erectum est collegium nec seminarium actu habetur quia tunc redditus ei ipso applicata seminario censebuntur secus vero ubi actu disciplina puerorum exercetur, quia illud non tollit, sed tantum ex suis accrescentibus fructibus portio detrahitur ut in ea Vercellen. censuit maior pars pro Cap.lo die 27. Iulij 1570.

Duorum de Cap.lo] Episcopus quatuor deputatis Seminarij debet adhibere in cons.m pro tota Status adm.e ipsi Seminarij excepta exactione que ad proprium Episcopum spectat, Episcopus autem tenetur adhibere ipsos in consilio sed non tenetur eorum sequi consilium.

Itemque duorum de clero] Quatuor deputati seminarij sunt perpetui nec possunt amoueri nisi ex iusta et legitima causa.

Ex fructibus integris mense Episcopalis] debet primo Episcopus ex suis et suis Capituli fructibus contribuere Seminario, et postea reliquos ad id cogere, et clerus totius Dioecesis pro contributione Seminarij debet imponi medietatem suis fructibus cuiuscumque beneficiorum.

Et Capituli] Canonici qui contribuunt Seminario ex fructibus suae Prebendae non debent contribuere ex distributionibus quotidianis.

Cong.o censuit si fructus ac redditus Ecc.ae collegiatae consistunt in distributionibus quotidianis quae solummodo dari solent diuinis personaliter interessentibus non teneri capitulum ad contributionem Seminarii.

De distributionibus quotidianis a prebendis distinctis ac de incertis nihil Sem.o soluitur. hoc comprehendit eos Reg.res qui de incertis nihil soluunt.

Antequam fructus taxentur pro rata Seminario soluenda deducendae sunt expensae quae in beneficio fiunt.

Nullus est exemptus a contributione Seminarii nisi qui nominatim a Conc.o Trid.o excipiuntur.

Quarumcumque dignitatum] Et Card.les cogi possunt ad contribuendum Sem.rio de fructibus bonorum quae habent in Dioecesi in qua est Seminarium.

Abbatiarum] Abbas si sua mercede conductum habeat Theologum qui sacram scripturam interpretetur. et Gramaticum qui litteris pueros instruat, his sumptibus deductis deinde iis eis quae fiunt non modo in stipendiis annuis fructibus et prouentibus Abbatiae, sed etiam in substinendis et prosequendis litibus quae ad tuenda iura ipsius Abbatiae pertinent verus Abbatiae redditus aestimandus est, atque talis estimationis et summae eorum sumptuum de quibus dictum est habita ratione Abbas debet Sem.rio contribuere.

Quando Abbatia siue aliud benef.m est nullius Dioec. soluitur Sem.rio illius Dioec. in qua alias d.a Abbatia constituta erat si uero Ecc.a ac benef.m est in una Dioec. et bona eius in altera contributio Seminarii fieri debet Ep.o loci ubi est Ecclesia, nisi bona in alt.a Dioecesi existentia sint propria alicuius Ecc.ae ibi constructae, quae tamquam membrum subiectae esset Ecclesiae p.ti aut Ecc.ae unita, quo casu contributio fieri debet ubi sunt bona, quod etiam declaratum est si Ecc.a ista unita aut subiecta constructa fuerit ante acquisitionem istorum bonorum. quia si constaret bona fuisse prius applicata p.ti Ecc.ae postea edificata fuerit alia Ecc.a, contributio fiet Ecc.ae p.ti.

Et Hospitalium] Hospitalia ad contributionem Seminarii non tenentur Concilium

non comprehendit hospitalia, que administrant.r a laicis, et in quibus sunt bona laicor. sed ea tm̃ que dantur in tit.m vel administrationẽ perpetuã ita in Cong.ne fuit resolutum pluries in casibus et est ed. Decis. Veral. 31. lib. 1. atq. eo intellig.r Clem. quia contingit de relig. domib. ibi allegata Stm̃ Conc.m ibidem cogit ad Seminarium Mas. Congrega= nitates ut infra quas nonnulli vivant scolas que habent de bonis Ecc.cis et Instituti bonor. Ecclesiasticor.

Hospitalia que non fuerunt data neq. in tit.m neq. in adm.stem modo beneficia annexa, redditusue, aut proventus Ecc.os non hnt Sem.rio contribuere non tenent.r aliquo modo ut Cong.o censuit con Cons. Thobię 61. n.o 7. qui includit omnia Hospitalia et cos eundē vide Sarne: de visit. cap. 16. n.o 10. lib. p.o

Domus Hospitalis S.ti Antonij data in Comendam debet Sem.rio contribuere licz non fuerit estimata neq. taxata in libris Cam.ę Apostlicę quia dbt eius bona estimari, et deductis oneribus solitis debent Comendatarij Sem.rio contribuere mediam x.am seu antiquã taxam.

Hospitale unius Dioc. habens annexum benef.m quod est alt.s Dioc: tenet.r contribuere pro rata fructuũ benefitij annexi Sem.rio quod est in Dioc. in qua est situm d. benef.m

Et benefitior. quorumcunq. / Membra seu bona alicuius benefitij posita in alia Dioc. tenentur ad contributionẽ Seminarij Dioc. ubi situm est d. benef.m licz in dd. bonis erecta fuisset Ecc.a postquã erant d. benefitij, benefitia vo unita tenent.r contribuere Sem.rio proprie Dioc. licz Ecc.a cui sunt unita sit in alia Dioc. Jo. And. Ancar. et alij Doct. in c. p.o de immunit. Eccles. in 6.

Benef.m quod non reperitur taxatum in libris x.arũ non est contributioni faciend. Sem.rio erecto post diem xi. Julij 1567. obnoxium.

Et Regularium / Breue S.D.N. de conceßione immunitatis contrib.nis Seminarij facta a Can.cis regularib. non habet locum ubi tempore conceßionis pte cani erat stabilita taxa et Sem.rium sit in quasi poss.e ab eis exigendi.

Pentionarius debet contribuere Sem.rio pro rata ad ronem illius pro qua contribuit titularis.

Parochiales que sunt intra Diocesim, et ab alio quam ab ord.rio illius loci collatę sunt debent contribuere Sem.rio Dioecesis in qua sitę sunt.

De Contributione facienda Seminarijs de bonis beneficior. que sunt in diversis Dioc. declaratum est p.o Ecclesiam habentem predia vel bona in alia Dioc. debere ex illis contribuere. 2.o si unum benef.m annexum est alteri cum suis bonis in alia Dioecesi illa bona contribuere debent. Epo loci ubi sunt cum sua Ecc.a non obstante annexione. 3.o si bona unius Dioc. sint unita benef.o alterius Dioc. que careant Ecc.a sive aliquam habeant, que tamen non sit domina bonorum sed edificata fuerit ad commoditatem Incolarum nec bona sint ei applicata perpetuo quamobrem non sequuntur illam Ecclesiam immo sunt unita alteri benef.o in alia Dioecesi contribuere debere illi Ecclesię cui unita sunt, ut in p.o casu dictum est.

Pro Contributione Seminarij non debet imponi pensio beneficio sed detrahenda est certa pars ex eius fructibus.

Etiam nullius Dioc. / Beneficium nullius Dioc. solvit Sem.rio nullius Dioc. in qua alias beneficium illud constitutum erat.

Et exemptis / Exempta Mon.ria non excusantur a contributione Seminarij

Seu proventibus / Non tamen incertis

Et aliorum Collegiorum / Cong.o censuit hoc intelligendum de secularibus non de regularibus Collegijs.

Seminaria discentium, vel docentium / Intelligitur Clericorum secularium Collegijs pro erudiendis pueris institut., quod ex d.o Concilij decreto cum sit Sem.rio applicatum, Ord.s est administrator, cum onere tamen ut omnia curet exequi que ordinata fuerint in d. Collegij Institutione.

An fratres non mendicantes ex redditibus suorum Mon.riorum Sem.rio contribuere debeant, cum pretendant ea esse exempta, quia in illis lectio grammaticę et conscientię casuum pro audiendis confessionibus quotidie habeantur. Cong.o censuit non esse ob id exempta, sed tamen eius impensę summam habendam que ante Conc.m fieri solebant pro salarijs horum lectorum. et eam tamquam aes alienum detrahendam, de reliquo contribuendum Sem.rio ad ratam.

Quando Monasteria Regularia censeantur exempta a Contributione Sem.rij respondeo;

Si ex constitutionibus sue Religionis singulorum Monasteriorum sustentare hacque de causa solebant ante Concilium eosdem pueros suspectos fuere, quos faciunt hoc tempore, equum est, ut eorum sumptus perinde quasi eris alieni ac legum oneris, quod annuis fructibus eiusdem religionis impositum sit ratio habeatur in taxatione Seminarij itaut ea deducta pro reliquis duntaxat fructibus qui supersunt ad ratam partem Seminario contribuant.

Actu non habentur / Monasteria in quibus seminarium actu non est, sed tamen contribuunt alteri monasterio pro sustentatione Scolarium censentur eodem Iure ac si Scolares haberent. Propterea non contribuunt nisi de redditibus qui supersunt.

In Monasterijs autem in quibus habentur magistri Scolarium conducti pro docendis Monachis eadem ratio de istis expensis est habenda que de expensis Scolarium seu discentium minaeorum habetur.

Monasteria in quibus actu aluntur Scolares, exempta sunt iuxta Rescriptum Concilij

Hec enim exempta esse voluit / Tenentur tamen contribuere pro reliquis fructibus deductis impensis Seminarij que deducuntur tamquam aes alienum.

Legata hac de causa ut conducatur Gramaticus qui pueros pauperes literis instruat intelliguntur ex Conc. Trid. hoc cap. de cetero esse applicata Seminario cum onere erudiendi pueros pauperes, si testator iussit.

Bona que fuerunt applicata alicui Collegio pro expensis educationis miserabilium puerorum. Si Collegium istud sublatum sit applicari Seminario debent.

Relicta pauperibus deinde conuersa ad educationem et institutionem miserabilium puerorum eiusdem Collegij quo postea sublato ad hospitale aliquod ea lege peruenerunt ut alicui darentur qui ad pristinos pietatis usus et offitia ea conferret ex decreto Conc. Trid. Seminario attribui debent, et tamquam applicata censentur.

Preterea omnes redditus qui supersunt / beneficium etiamsi habeat Seminarium tenetur contribuere pro reliquis fructibus, nam impense Seminarij deducuntur tamquam aes alienum.

Vel Confraternitatum] Si tamen aliquod beneficium ecc.^cu annexum habeant Confraternitates, seu Scole, quia tunc nulla sunt benef.^a ecc.^a annexa, nec redditus aut proventus ecc.^ci non debent contribuere Sem.^rio licz alios fructus habeant.
Que in nonnullis Scole appellantur] Illa aut tunc ex elemosinis et colectis confratrum redditus consistant.
Non tamen mendicantium] Hinc aperte intelligitur fres mendicantes ad Sem.^rij contributionem non teneri, quod procedit tunc non hnt benef.^a unita Monasterijs quia de beneficijs unitis et isti solvere debent habita rone duntaxat redditum dd. bnorz. Cong.^o censuit portionem quam Sem.^rio contribuere regime tenebatur id beneficium quod unitum postea fuit Mon.^rijs vel mendicantium, vel eis qui eisdem ac mendicantes gaudeant privilegijs nõ posse amplius exigi ppea quod beneficij status immutatus sit exemptione eorz quos Pius V. privilegio ab huius onere Seminarij exemit.
Regularibus non mendicantibus pretendentibus eorz Mon.^ria exempta esse ab hoc decreto Concilij eo quod in illoz. Mon.^rijs Lectiones Gramatice et casuum conscientie pro confessionibus quotidie habeant^r. Cong.^o respondit nõ esse ob id exempta sed tamen eius impense rõnem habendam que ante Conc.^m fieri solebat pro salarijs horum locoz. et iam tamq̃ es alienum detrahenz de reliquis contribuen. Sem.^rio pro rata.
Si ignoratur cuius nature sint bona unita Mon.^rio ecc.^co vel laicalia donata vel alias exempta contributioni Seminarij obnoxia sunt, et hoc procedit in Mon.^rijs que non sunt mendicantium, nam in illis onus probandi bona immobilia que possident esse ex causis eis acquisita in eundem transfertur, quo id non probante erunt exempta.
Fratres Militis S.^ti Joannis Hier.^ni qui habent benef.^a sibi comendata alterius ordinis vel qualitatis tenentur ad contributionem Seminarij ratione horum beneficioz. cum exemptio respiciat non personas, sed beneficia ordinis Hieros.^ni et ita S. D. N. de sententia Cong.^nis declaravit.
Partem aliquam] ad rõnem dimidie x.^me iuxta taxam antiquam si Seminarium erit erectum post diem 20. Iulij 1567. nec pars que ratione

Seminarij esset detrahere ad xam integram fuit taxata si Seminarium fuit erectum ante diem xi Iulij 1567. nam in Seminarijs post d. diem erectis dicendum est ut infra, quicunque vero Episcopus ante eandem diem xi Iulij 1567. re ipsa Seminarium erexit, et seruata forma Concilij certam taxam stabiliuit eamque pro maiori parte taxatorum ratione summe exigere coepit seu illi sponte, seu ex conuentione, uel metu executionis fortasse uel facere soluerint dummodo Episcopus in hac quasi possessione exigendi sit eaque taxa sic exacta in usum Seminarij uersabitur, et quotidie uersatur in executionem huiusmodi perseueret, et omnes qui detrectauerint soluere taxam stabilitam cogi possunt iuris remedijs. si aliquam tamen beneficiorum simplicium post erectionem Seminarij uacauerint in sua diocesi quae Episcopus non applicasset Seminario sed familiaribus aut consanguineis suis contulisset detrahat pro taxa Seminarij taxatam summam quantum redditus illorum beneficiorum capit, et tantundem mensa sua Episcopali Seminario quo ad uiuent uel donec alia beneficia uacantia saltem eiusdem ualoris, et ad eius collationem spectantia eidem Seminario uniuerit et eorum fructus cum effectu applicauerit, si uero aliqua beneficia Seminario iam uniuisset, et nihil tamen ipse taxe iam stabilite detraxisset, cogatur omnino tantum inde detrahere, quantus est redditus illorum beneficiorum unitorum a Seminario perceptus.

Beneficia quae in libris decimarum non reperiuntur taxata Seminario non contribuant, sed si eo in huiusmodi libris reperirentur taxata, quando hec beneficia ob paupertatem Religiosorum ea obtinentium fuissent facta immunia a solutione decimarum non contribuunt tunc Seminario

Ex causa Sumptuum Seminarij tam pro eius edificatione quam pro alendis pueris et eorum magistris, non potest Episcopus plus dimidia parte exigere iuxta antiquam taxam.

Episcopus qui ante xi diem Iulij 1567. re ipsa Seminarium non erexit quamdocunque illud exigere constituerit ab ipsa reali erectione nihil eius nomine ultra dimidiam xam relatam ad antiquam taxam exigat

et si quis amplius exegerit, vel restituat vel cum eo compenset quod in posterum post ipsam erectionem ad eam ratam exigere erit nisi tn̄ clare appareat totum illud quod amplius exactum erit cum fuisse verè conversum in preparamenta necessaria aut aliam similem operam seminarij.

Antiqua autem taxa erit accipienda in Dominio Veneto, que in usu fuit ante quam alia novissima eisdem fuerit.

Beneficia aliqua simplicia / Nec aut si esset ad collationem et provisionem inferiorum, quia non posse illa Sem.^rio Epum unire Cong.^o censuit.

Censuit et Cong.^o non posse Epum unire Sem.^rio beneficia ad collationem Commendatarij spectantia ac in preiud.^m inferioris collatoris.

Concilium non decernit, ut oīa benef.^a simplicia uniant.^r Sem.^rio sed aliqua

Ideo Unio facta omnium beneficiorum simplicium non valet ut alias Cong.^o declaravit.

Uniones factę absq. Consilio eorum 4.^or quos iubet Conc.^m adhiberi nō valent.

Uniones vero legitime factę sortiri debent effectum non solum cum unita benef.^a contigerint vacare per obitum, sed et per resignationem eaq. de re potest Epūs D. Datarium docere.

Etiam ante vacationem / Ut unio sit facta non solo ut ex nunc sed in futurum ut p̄ decretum obtinentis censeatur beneficium incorporatum et Unitum Sem.^rio

Licet Epus unire possit benef.^m cuiuscumq. qualitatis, non possit tn̄ unire regularia beneficia.

Uniones et Applicationes / Illud aut in contributione Seminarij observary est, ut prius detrahat.^r id totum qd ex causa oneris perpetui puta 4.^am partem fructuum que solvitur Cam.^e Ap.^ce et similium re ipsa solutum erit ab his qui Sem.^rio contribuere tenentur.

Uniones de beneficijs reservatis validę sunt, si modo factę fuerint ante ipsarum vacationem, quod si post vacationem factę reperiunt.^r nullę sunt et provisi a sede Ap.^ca mitti debent in possess.^em dd. beneficiorum.

Non posse Epus in uirtute huius decreti applicare, et unire Sem.rio benef.a que residentiam requirunt, uelut Canonicas & nec ea benef.a que sunt inferioris collationis.

Nec Canonicas et Ecclesiarum Collegiatarum uniri possunt Semin.o

Item nec benef.a Iurispat. et Ecclesias uniri Sem.rio possunt.

Nec ea que commendata sunt.

Neque que monasterijs sunt unita uel annexa.

An aut quis ordinari possit ad tit.m Seminarij causa inseruiens beneficijs unitis Sem.o Dic qd sic eo modo quo s.a adnotatus est c. 2. sess. 21.

Semin.o debent uniri beneficia optima, & uenit casus uacationis, beneficia simplicia que per mortem uacarent possunt uniri per Epum Sem.rio licet essent reseruata uel affecta, nisi tn alia beneficia que cum uacassent in mense suo Epo Sit pert. et quorum collatio ad ipsum spectat, non Seminario uniuisset, sed alijs contulisset uel eandem unionem factam non continuo enunciasset.

Si Epus benef.a in suis mensibus uacantia non uniuerit, uacantia in mensibus reseruatis unire non potest, cum fraus in hoc censeat.r

De beneficijs uero unitis uigore huius decreti superfluum est petere confirm.em a Sede Ap.ca et si peteretur non solet concedi.

Epo Gesternsi concessum fuit ut possit cogere clerum ad contribut.em Collegij uel Seminarij, sed ad finem a Conc.o prescriptum.

Item ut rurale benef.m uniat.r Semin.o ad prebendas Ecclesiis aut nunc pro ut ex tunc quicunque uel quomodocunque uacauerit extinguat.r unitum.

Item ut qui in Collegio illo per triennium studuerint habeant priuilegia data ipsis Uniuersitatibus.

Epo Augustano propter merita sua concessum fuit ut Prioratus S.ti Viti Urbis Augustanae Sem.rio applicaret.

Epo Herbipolen.o a Greg.o xiij. concessum fuit ut monialium desertum Monasterium ne in hereticorum manus ueniret Sem.rio suo Herbipolensi uniret anno 1572.

Compellant.r / Si Seminarium fuit erectum, sed ante erectionem nullus cogi potuit ad solvendum.
Si quis plus contulit Sem.rio quam iure debeat, fiat recompensatio in alia collatione, vel ipsi quod amplius soluit restituatur.
Quod si iudicio Epi / Ante omnia conducendi. etc. Gramaticus et Musicus qui pueros instruant, quiq; si reperiant.r Jesuitę cęteris anteponendi sunt.
Licentiatis in Sacra pagina aut in Iure Can.co / in qualibet universitate approbata.
Nec obstat quod non esset de iis qui essent in illa Regione in qua essent Scolastria.
Si vero in aliqua provincia / In Eccl.is alii adeo tenues sunt redditus ut humum Semin.a erigi non possit provideat.r saltem expensis possidentium benef.a de duob. magris, uno Gramaticę altero Musicę.
Unum vel plura / Si Epus preest duab. Civitatib. ęque principaliter et ambabus Seminaria erigenda sunt; et si redditus non sufficiant in utraque Civitatib. conducant.r magri Gramaticę et Musicę
An benef.a unius Dioces. alias per S. D. N. unita Clericis alterius Dioces. teneantur soluere Sem.o illius Dioces. in qua existunt erecta et instituta iuxta hoc Concilij decretum illam portionem quam vigore cuiusdam decreti impositam soluere consueverat illi qui ante memoratam unionem benef.a ipsa in titulum vel Comendam per 15. annos obtinuerat Cong.o censuit portionem detractam et applicatam Sem.rio non posse auferri, quia unio de qua agitur applicat tm illi Sem.rio alterius Dioc. fructus beneficij uniti, sed non eximit a portione priori Sem.rio debita et persolui consueta cui iam ius quesitum fuit et non pot tolli, non obstantib. illis Concilij verbis, Nec n. exempta, nam illud habet locum in illis Collegijs et Seminarijs ante Conc.m erectis vel dotatis, ut ex talibus non detrahatur portio pro alio Seminario, Nos vero loquimur quando prius convenit persolui et postea sequuta fuit unio.

Sess. 23. de Reform. cap. 18.

Quaerebatur An fratres Mendicantes, Moniales S.ti Basilij et Monachi Cartusiani pro Grangijs quae omnes sine ulla controversia in civit.e Messanensi ante annum 1567. pro Semin.o contribuerunt et cogi ad eandem rationem, Cong.o censuit ac rescripsit Ep.o Messanen. his verbis, cum hos fratres mendicantes exemptos esse ex Conc. Trid. hoc cap. reliquos Regulares ex privilegijs V. et moniales teneri nisi aliqua bona possideant, quae ob eorum paupertatem afficta sint exempta a solutione decimas.

An Confraternitates n.o 86. quae oblationes incertas et maximas habent similiter contribuere debeantur. Cong.o rescripsit eid. Ep.o Confraternitates teneri tamquam bened. beneficiorum ecclesiasticorum.

An possessiones sup. Curatis et mensa Ep.ali ad rationem simplicium non curatorum taxare debeant.r Cong.o rescripsit eidem pensiones teneri pro rata illius taxae quae ab Ep.o cum consilio deputatorum ad praescriptum Conc. hoc cap. fuit imposita beneficijs ipsis ex quorum fructibus solvuntur pensiones.

An ubi non adsunt praebendae in Cathed.li distributiones taxari debeant.r Cong.o censuit et rescripsit eidem non taxandas distributiones mere quottidianas.

An qui habent praebendam in Cathed.li et curatam in civitate ex dispensatione apostolica pro distributionibus sint taxandi. Cong.o eidem rescripsit non teneri Canonicos pro distributionibus mere quottidianis, quia distributiones non computantur in fructibus.

An Card.les pro Abbatijs et beneficijs eorum ad simplicium rationem sint taxandi Cong.o rescripsit eidem eos teneri iuxta taxam ab Ep.o et deputatis.

An Abbatiae et beneficia quae habent Eccl.as matrices in alia Dioc. contribuere teneant.r Cong.o rescripsit eidem Abbatias dioc. quibus agri teneri in bona quae habent in Dioecesi sint propria alicuius Ecclesiae ibidem sitae quae

tamquam

tamquam membrum subiecta sit aut unita eccl.ae matrici in aliena dioecesi constit.

Non nullis Epis conquerentibus de paupertate Seminarij ac tenuitate supradictae taxae S.D.N. respondit ex sententia Cong.nis servandum esse decretum Pij 5. ut nisi possint erigere Sem.ria iuxta formam concilij instituant scolam et commodiori modo quo poterunt.

Sicut Epus cum consilio duor. de Capitulo et duor. de clero, debet portiones incorporandas detrahere, ita eas debet applicare Sem.rio solus aut hec facere non pot. ita fuit resolutum in una Burgen. pro societate Jesu de mense Julij 1569.

Epus q.oad deputatos Sem.rij debet adhibere in cons.m pro temporali admin.e Seminarij p.ta excepta exactione que ad solum Epum spectat nec tenet.r sequi consilium dd. deputator. cum requirat.r cons.m solum, non autem consensum, et ideo satisfaciat ur ex sola expet.re respons. ut ꝑ Abb. in c. ... de his que fiunt a Prelatis sine cons.o Capti Silvestr. uer. excom.o p.o n.o p.o sed idem Silvest. in uer. cons.m n.o 6. vers.o quarto querit.r concludit qd si lex a princ.o actus mandat requiri cons. non valet actus alr. factus ex defectu potestatis quae sit limitata et modificata quod bene facit ad propositum huius lex. in quo cons.m a principio actus quem Epus solus ipse facere nec potuisset dedit hanc ptatem Epo cum cons.o illorum quod satis ostenditur infra eod. lex. ubi dicit in plurali numero applicabunt, et incorporabunt, refertur enim ad omnes non ad solum Epum, ita aut cons.m huiusmodi ex hoc decreto requiratur ad ea oia que necess.o vel coherentia, vel dependentia sunt ab expressis; et sic quod in omnibus, et si in hoc lectu non exprimat.r quia data huiusmodi facultate censent.r data omnia ꝑ que talis functio exerceri possit arg.o l. 2. de iurisd. om. iud. et l. ad rem mobilem. ff. de procur. et que cum cons.o fiunt, quia ubi multa consilia, ibi multa salus et ita censuit Cong.o sub die xi decembris 1572.

Etiam ex primis] Quesitum fuit an ex hoc decreto teneantur militiae ad portionem ex primis tantum, an ex alijs fructib. et redditib. beneficiorum stante dictione etiam quae implicat non expressa. Cong.o censuit die 4. Aug.ti 1577. militias teneri excepta militia S.ti Jo: Hier.mi quae ad neutrum tenetur de dictione et uide Dec. cons. 166. n.o 17. et cons. 696. n.o 13.

Nec non beneficiorum] Queritur an possint uniri Semin.o benef.a simplicia regularia comendata, quae et conuentu carent, uidetur quod sic quia uerba legis comprehendunt quamcunque qualitatem, et sic etiam regularium, quae quidem est qualitas, Preterea Sess. 24. cap. 15. permittit Epis. quod possint uniri benef.a mense, et excipit expresse regularia, Ergo quando Conc.m uoluit includit sub hac generali comprehensione et quod hec fuerit mens legislatoris testatur nihil est Ill.mus facchinettus Epus Neocastren. huius decreti Compilator.

Que tamen ab illorum] Hinc decretum fuit in una Burgen. Seminarium illud quod non differebat a Sem.rio Cathed.lis non gaudere priuilegijs a Conc.o Sem.rio concessis. Additumque postea in alia Delphicen. pensionis Ill.mi D. Vincentij Caraffe Prioris Vngarie cum Epum Delphien. ubi Sem.rium sit erectum iuxta formam a Conc.o hoc capite presciptam, sed uel scola fuerit, uel quid tale non posse detrahi non posse ex beneficijs uel pensionib. portionem aliquam sub die 22. 7bris 1575.

Semin.o nondum erecto seu scolaribus in eo non existen. unionem factam non ualere censuit Sacra Cong.o in una Gyennen. et idem fuit decisum in Rota 24. Ianuarij de anno 1594. coram R. P. D. Blanchetto in eadem Gyennen. prestimonij.

Eadem Rota in una Portalegren. unionis coram R. P. D. Bubbo die Lune 17 Aprilis 1595. tenuit existentiam collegialium non esse necessariam in unione a Papa facta, et hic sequitur domini dicerit Ludouici Infantis, et Papae confirmantis intentionem fuisse prouidere futuro Collegio ita ut excludere probationem existentiae de uno uel de alio tempore non fuerit necessarium, sed sufficit quociens

tempore probetur contra illos fuerit quod nullibi legitur nisi respectu edifitior. quod Collegiales de certo tempore adesse deberent unde nec nos dicere debemus, Namque Papa ulterius dicere voluisset id expressisset c. ad audientiam ubi Abb. de decim. glos. c. fin. ut. offitii de sent. et re iud. in 6. c. fin. de commut. eod. lib. quinimo clare colligitur quod Papa intellexit de Collegialibus quocunque tempore affuturis, de existentibus quoniam unuit benef. vacatura pro eorum substantatione, ergo, et de collegialibus futuris quorum substentatio de presentibus non patebatur dilationem Bal. in L. paritum C. de collat. Non obstat quod regulariter unio fieri non possit Collegio non existenti ut decisum fuit coram Rev.do meo Blanchetto in una bricennen. presbimonij 24. februarij 1594. quia id intelligitur in ordinario non autem in Papa qui potest unire Collegio non existenti quod cum constet voluisse ex supradictis non remanet dubitandi locus ad Dep. et Doct. in L. multum interest. C. si quis alt. vel sib. Non obstat narratiua Infanti de edifitijs dirutis, et eum restitutis, si quidem hoc non respicit Collegiales, nec quia mediante illa gratia sperabatur Collegio luculentius esse, et Theologiae et iuris Canonici magistros et Doctores. Ideireo infertur collegiales debuisse adesse de tempore gratiae et ideo conclusum fuit satis esse quocunque tempore probetur ~~quod~~ quo ad Collegiales existentia Collegij

Et regularium, seu secularium seculares, qui non sunt de mensa monasteriorum tamen ad eorum instituti et collationem pertineant teneri ad Seminarium contribuere censuit Congregatio die 22 Ianuarij 1580

Obtinentes parochiales Ecclesias in Dioecesi Caputaquen. quamuis Monasterio Cauensi subsint teneri, et compellendos esse, ut Caputaquen. Seminario contribuant nisi ab hac solutione fuerint exempti, a Sede Apostolica dixit Congregatio die 7. Iulii 1594

Si Benefitia Abbatis Monasterij Cauensis subiecta sunt intra fines Dioecesis Caputaquen. teneri ad contributionem Seminarij dictum est die 4. februarij 1593.

Eadem benefitia teneri ad contribuendum Seminario Caputaquensi ut antea contribuebant

non aut Semin.rio ab Abbate Mon.rij Cavensis ex vim privilegij Ap.ci eximi censuit sacra Cong.o die 29. Martij 1601.

Nec non beneficia aliquot. ∫. In una Hispalen. Cong.o die 26. Aprilis 1591. censuit uniri Semin.o non posse benef.a Juris patr.s lai.ci et uniones quae hactenus factae fuerint esse nullas.

Singulae Cathed.les ∫. In una Oxomen. die 12 novemb. 1592. Cong.o censuit Episcopum non exemptum post erectione Semin.rij eo prelato, quod sit fundatum Collegium S.tae Catherinae ex Aurea Burgi illius civitatis.

Et Beneficiorum quorumcunque ∫. Die 29. Novembris 1592. Cong.o dixit, quod si bona unita alicuius ecclesiae extra diocesim sint propria alicuius Ecclesiae quae tamen nullam habeant curam sint Abbatijs et Mon.rijs in alia diocesi existentibus per semin.rio unde ipsorum beneficiorum debere solui Ep.o loci, in quo ipsa bona cum Ecclesijs sita sunt, nisi constiterit bona fuisse unita, et applicata ipsis Abbatijs ac Mon.rijs et deinde edificatas fuisse Ecc.as, quo casu tunc contributio facienda esset Ep.o loci, in quo ipsae Abbatiae et Monast.a existunt.

Cong.o in una Capuana die 10 octobris 1593. censuit, si fructus et redditus Canonicatuum consistunt in distributionibus quotidianis, quae dari solent clericis divinis personaliter inservientibus, non teneri Canonicos ad contributionem Seminarij

Cum Consilio duorum de Capitulo ∫. Die 13 Januarij 1598. Cong.o censuit unionem ab Ep.o factam semin.rio absque consilio deputatorum, quandoque iuxta praescriptum huius decreti minime valere.

Ex quibuscumque alijs Eccl.arum redditibus ∫. Die 30 Martij 1594. Cong.o censuit titularem occasione contributionis, quam facit Semin.rio non posse detrahere ex pensione, quam solvit, nisi pro virili pensionarij et ad eam rationem ad quam ipse titularis contribuit.

Et beneficijs quibuscunque ∫. Die 22 Junij 1594. Cong.o censuit hospitale, quod neque in titulum neque in administrationem datur, sed mere laicale est, non posse taxari ratione Seminarij imponi.

Et die 2. Aug.ti 1596. Censuit Epūs in Taxis facien. pro Sem.rio posse seruata tn̄ forma tradita in hoc decreto onerari beneficia nedum in dimidia eorumd. habito respectu ad antiquam taxam, uerum etiam in maiori prout beneficiorum et locorum habito respectu, iustum et equum uisum fuerit.

Deinde ut cum minori impensa / Die 14 Aug.ti 1597. Cong.o censuit hoc decretum non comprehendere Scolasticas existentes in locis in quo minime erectum est Seminarium

Etiam ant. uacationes / Die 18 Xbris 1597. Cong.o censuit si Epūs beneficia simplicia seruata forma Concilij Sem.rio uniuerit ant. eorum uacationes eueniente postea eorum uacatione etiam in mense reseruato unionem debere effectum sortiri.

Et beneficiorum quorumcumq. / An beneficium quod habet bona in diuersis Dioces. teneatur pro Sem.rio contribuere soli Epō loci ubi est beneficium et eius Ecc.a An uero pro rata bonorum in diuersis Dioces. debeat singulis Epis earum contribuere; Soli Epō loci in quo est Ecc.a beneficij nisi bona in alijs Dioces. existentia sint propria unius Ecc.e ibidem sitae que tamq. membrum subiecta esset aut unita pri Ecc.e beneficij, tunc enim contribuet Epis locorum in quibus bona cum sua part.ri Ecc.a sita sunt, dum tn̄ d.a Ecc.a subiecta aut unita constructa fuerit ant. acquisitionem ipsorum bonorum, nam si constabit bona prius fuisse applicata Ecclesie pri postmodum in eis constructam fuisse aliam particularem Ecclesiam, fiet nihil.s pro eis contributio Epō loci pri Eccl.e. — extractum ex ea a Card.li ... subscripta

Clandestina Matrimonia / An de iure Can.co matrim.m clandestinum fuerit nullum et quae requirebantur ad probandum huiusmodi clandestinitatem refert ferret. cons. 91. Et in causa Coniugati quis sit Iudex competens vide Couar. par. 2. c. 8. §. 12. n.° p.° Et an per Contrahentes Matrimonij et nulli et clandestini uacent beneficia, uel pensiones reseruationes et regressus vide Iul. clar. in pract. lib. 4. §. fin. cap. 37. uers. clericus. Et quod ordo Iudiciarius in causis matrimonialibus non obseruetur habet.r ex Inn. 3. ad Abbatem S.ti Proculi fol. 179.

A' filijs familias / Nam de adultis propria non paterna uoluntas desideratur. c. tua sanitas 31. q. 2. Sed patres tamen pueris possunt pacisci pro eis donec sunt in maiori etate, expectatur tamen et filiorum consensus postquam ad etatem legitimam peruenerint ut per Couar. par. 2. de sponsal. cap. 3. §. Summa Sacram: q. 269. uide quae not. ad c. unicum. §. porro. de spons. impub. in 6.

Atque si prohibuit / permittebat tamen ut sponsalia de futuro per subsequentem copulam transirent in matrimonium quod ex decreto negat.r hodie Sed hinc fuit dubitatum an post sponsalia contracta seu post contractum de matrim.o si coiuerint possint puniri poena stupri? Et fuit responsum quod non quia tractatus ille saltem excusat a poena stupri, sed grauiter puniantur arb.o Ord.rij quia contra interdictum Ecc.cum coire ausi sunt et ita fuit resolutum 15 octobris 1573. uide cons. ferret. fin. silvestr. in uer. matrimonium 2. n.° 15. Sum. Sacr. de bigam. q. 263.

Cum malo / c. cum inhibitio de cland. despons.

Ante quam matrimonium / Hinc fuit quesitum An sponsalibus solemniter factis, si quis clandestinè matrimonium postea consummauerit dicatur incidisse in poenam huius Canonis, et nullum contraxisse Dici quod sic, et ita fuit resolutum quia Canon iste non loquit.r de forma sponsalium, sed matrimonij quare requiritur ut hec

forma observetur quandocunq. contrahatur vel consumetur matrimonium et hinc est infertur quod forma que ex textu requirit.r ad contrahen. matrimonium vel consumandum non requiritur in sponsalibus cum Abb. in c. cum Inhibitio n.o 6. de cland. despons. et ita observeatur, et sic censuit Cong.o

Si Matrimonium consumet.r anteq. fiant publice denuntiationes et coram Parocho ac testibus celebretur, verum est matrimonium si sit postea contractum coram Parocho et testibus, et nullum aliud adsit impedimentum, et ubi est talis abusus qui comiserunt, vel in posterum comittent puniri debent ut censuit Cong.o

Per a proprio / Quando Matrimonium contrahitur inter duos de diuer. sis parochijs debent in ambabus fieri denunciationes.

Tribus continuis festiuis diebus / Epus pot ob vicinitatem temporis quo prohibite sunt nuptie remittere aliquas denunciationes sm̃ suam prudentiam et Iudicium, sed non pot iubere ut fiant diebus ferialibus, et ita sancitum est.

A proprio Contrahentium Parocho / proprius parochus est in cuius Parochia contrahentes habitant tempore quo matrim.m contrahunt.

Proprius Parochus erit Parochus sponsi si matrimonium in domo sponsi contrahatur. qr est uiri accedit ad domum uxoris pro contrahendo et consumando matrim.o

Quando Contrahitur matrimonium inter duos alienigenas et a paruo tempore in aliquo loco habitantes qui tn̄ sint cogniti et itaut non sint comprehensi inter vagabundos eor. proprius Parochus esse intelligit.r in cuius Parochia sunt eo tempore quo matrimonium contrahitur.

Quando contrahitur matrimonium, inter virum qui sit de una Parochia, et mulierem de altra sufficit si contrahat.r coram proprio Parocho Mulieris in Parochia Mulieris vel coram Parocho viri,

sic Cong.° censuit, quod ipse Gregorius xiiij confirmauit, et cons. Nauar. in
suo manua. cap. 23. n.° 244.

Publice denuncientur / Denuntiationes si omittrentur, per hoc matrimonium
irritum non est seruatis tñ reliquis requisitis.

Tz Textus non exprimat quod denunciationes sint faciendę in prop.ª parochia
sed quod fiant a proprio Parocho, uel de eius licentia fiant partim
in propria Parochia partim locis ubi uerisimiliter possunt peruenire
in notitiam eorum qui sunt informati de impedimentis, et hoc etiam
comitten. Iudicio Parochi alias secus, per ea que dicit Abb. in c. fin.
n.° 9. de Cland. despons.

Quibus denunciationibus factis / In Congreg.ne fuit approbatum decretum Concilij
Rauennaten. 2.° quo hi qui factis denunciationibus intra quatuor men-
ses non contraxerint non possint contrahere, nisi peractis iterum de-
nunciationibus arbitrio tñ Epi.

Curare debent Ordinarij ut sponsi factis sponsalibus quamprimum contrahant
matrim.° presertim de facti coram Parocho ad stupri periculum euitandum.

In regionibus in quibus factis tribus denunciationibus sponsi se carnaliter cognos-
cunt. Epi prouidere debent ut Parochus tertia denunciatione absoluta
illos in matrim.° subito coniugat ad idem stupri periculum euitandum.

Si secunda publicatione in Ecclesia facta sequatur copula carnalis etiam
uocato Parocho ut ueniret ad cellebrandum matrimonium non est
tamen matrimonium Tz mutuus consensus, et mutuę promissiones
interuenerint instante tamen una parte, altera ad contrahendum cogenda
est c. ex literis de sponsal.

In facie Ecclię / In priuatis et domibus matrimonia celebrari possunt
dummodo proprius Parochus sit etc.

Ord.s non potest prohibere quod matrimonia domi celebrentur seruata
forma concilij, sed cum minime deceat, ut in Ecclia celebrentur
ad hoc hortari debet, non tamen percipere.

Quid si a proprio Parocho; et testibus opportunis extra Parochiales, nec non ante fores Sacristie ostio clauso matrimonium sit contractum, et Parochus indixerint testibus silentium. An dicatur contractum in facie Ecclesie et iuxta formam huius decreti.

Ill.mi Dni responderunt affirmatiue quia Conc.m non requirit quod fiat in Parochia propria, nec intra parietes Ecclesie quandoquidem in facie fieri dicitur quando fit coram Parocho et testibus capit.r in hac materia Ecc.a pro collecta fidelium secundum Abb. in c. cum inhibitio n.o 10 de cland. despons. Siluestr. matrimonium 2. uers. 12. preterea que sunt uoluntarie iurisdict.is possunt ubiq. fieri nec obst. doctrina Bar. in L. non intelligitur. § tacite. ff. de iur. fisci. Tiraq. de pen. q.ne 21. n.o 14. Quod matrimonium quantumuis publicum dicit.r clandestinum quando testibus imperatur silentium, quia in illo casu res debebat deduci ad Ordinarij notitiam hic noticia ibi presumitur, fraus hic cessat, quia casu matrim.m erat contractum et non potrat rescindi, et per ipsum met Parochum ita fuit resolutum die 4. Martij 1574.

Que dicatur facies Ecclesie uide Nauar. in sum: cap. 22. n.o 7.

Qui promiserunt contrahere matrimonium coram Parocho et testibus et Notario qui recepit Instrum.m cum Iuram.to in manibus ipsius Parochi prestito, et deinde sequuta est inter eos carnalis copula nullis factis denunciationibus sunt puniendi grauiter arbitrio ordinarij qui debet declarare tale matrimonium nullum esse, et si postea uoluerint contrahere per uerba de presenti id eis permittitur seruatis tamen ex hoc decreto Concilij seruandis et dumodo nullum aliud legitimum Imped.tum adsit si alter quoq. alterum uoluerit cogere ad obseruandum sponsalia iuxta cap. ex literis 2. de spons. id eis permittitur.

Vbi Parochus viro et Mulieri interrogatis si matrimonium contractum coram

Coadiutore in administrandis Sacramentis Parochi, uel Vicarij proprij in illa parochia ualet.
Item ualet si fuerit contractum coram Parocho notorio fornicatore non tñ in Iudicio damnato uel confesso.
Mutuo consensu / An consensus iste debeat intelligi per uerba expressa uel sufficiant signa, cuius cap. fin. de sponsal. uide per Lap. alleg. 56. per totam et quod matrimonium spirituale non possit contrahi sine uerbis ut Lap. ibidem n.° 2. rationem differentiae uide ipsum Doct. et eum allegatos, Quid aut si in ceteris licentiant, dic quod non est matrimonium quo ad eum, sed quo ad Ecclesiam sufficiat forma obseruata ut per S. Thom. q. 27. art. 294. Sot. in 4. dist. 7. q. p.a Sum. sacram. q. 151. de matrim.
Ego uos in matrimonium / Et si parochus nihil dicat constat tn̄ matrim.° modo partes contrahant.
Vel alijs utatur uerbis / Non pertinet ad substantiam matrimonij ut Parochus aliqua uerba proferat, Ideoq. ualet matrim.m quamuis uerba exprimentia consensum prolata sint a contrahentibus, dumodo Parochus adhibitus a contrahentibus sit praesens et intelligat id quod agatur et dissentiat et contradicat, adhibitus uero Parochus intelligitur et si ex alia causa esset uocatus dumodo sit adhibitus ad illum actum.
Si tot praecesserint. / Censuit Cong.° quod Epus sed eius prudentia et arbitrium, ex alia causa arbitrio suo possit remittere denunciationes et si non sit suspitio quod matrimonium malitiose impediatur. ubi aut talis est suspitio illis omissis coram Parocho uel alio Sacerdote de ipsius Parochi uel Epi Ord.rij licentia duobus uel tribus testibus adhibitis et uerba de praesenti contrahenda sunt matrim.a quo facto antequam deueniant ad consumationem semel uel bis eriunt facienda denuntiationes, prout eadem Cong.° declarauit, et ita rescriptum fuit Epo Lucen. 27. Iunij 1566. uide Nauar. in sum. c. 22. n.° 70.
Non permittitur hec facultas Comm.rio et eius Abbatia habent Iura Episcopalia

cuius Abbas approbatione ordinarij venit cuius glos. in c. fin. de off. ordin. in 6. dicit enim S. D. N. quod Ord. hic non intelligitur nisi Episcopus; Card.li tri. Farnesio Com. Sarsen. Mon.ij fuit remissum, non aut eius Vicario.

Non tamen denunciatio fiat ex Ordinarij arbitrio non Parochi.

Episcopus potest post contractum matrimonium ante illius consumationem remittere denunciationes si ita expedire iudicauerit.

Preter causas hic expressas a Conc.o super ommissione denunciationum et aliæ sunt sufficientes secundum ordinarij prudentiam et iuditium.

An omissio Edictorum quæ precedere debent celebrationi matrimonij ex constitutionibus Sinodalibus Dioc. et ex consuetud. imm.li quas seruandas esse et post Conc: trid. Cong.o declarauit reddat matrimonium clandestinum prolemque illegitimam perinde ac si matrimonium contractum esset sine Parocho et Testibus Cong.o censuit negatiue.

Si ommissæ fuerint denunciationes ex culpa Parochi non vitiat.r matrim.m

Hoc decretum annullat tamen contractus matrimonij per verba de presenti clandestine facti, sponsalia aut per verba de futuro relinquuntur in terminis iuris comunis preterquam quod sponsalia per copulam non transeunt in matrimonium ita censuit Cong.o

Et hec solemnitas ut Matrim.o fiant coram Parocho et Testib. non habet locum in sponsalibus quæ per uerba de futuro contrahuntur nam appellatione matrimonij non ueniunt sponsalia Doct. in c. 9. loco de presumpt. Dec. in c. iurauit de probat.

An prohibitione facta ab ord.rio ne in matrimonium coniungat aliquos ita tollatur seu suspendatur iurisd.o Parochi ut ad celebrandum matrim.m non sit legitimus Parochus, matrimoniumque coram eo contractum nullum sit; Cong.o censuit matrimonium valere.

Quid si prohibitio hec facta sit non ipsi Rectori sed eius Vicario qui ad nutum ord.ij amoueri pot. An matr.m in quo cum ord.ij prohibitionem Vic.o ita interuenerit validum sit. Cong.o resp.t ualidum esse.

Sponsalia de futuro per carnalem copulam subsequutam non transivent in matrimonium, debet tn. Epus cognoscere, an possit per censuras eccl.cas cogere renitentem ex coniugibus ad observan. sponsalia de futuro iux. c. ex literis. 2. de sponsal.

Nec sponsalia inter impuberes ante etatem et unius ex sponsis, contracta per verba de pnti servata forma Concilij ut hic non transeant in matr.m etiam subsequuta copula post etatem, non servata denuo eadem forma Concilij de qua hic, non impediuntur autem quominus iterum contrahere possint iuxta formam hic prescriptam.

Qui alio quam proprio Parocho, matr.m contractum coram testibus sine Parocho vel alio Sacerdote de eius licentia post Conc.m Trid. non solum est nullum sed nec vim habet sponsaliorum adeoquod ti contrahentes ad denuo contrahendum compelli non possunt.

Contrahentes non pnte Parocho graviter puniendi sunt, et postea possit nihil.s servata forma Concilij contrahere.

Qui matr.m clandestine contraxerint sine Parocho, et illud consumaverint possunt ti nullum aliud impedi.tus adest sine dispensatione denuo contrahere matrimonium in faciem Ecclesie tn. contrahentes et testes, et notarius qui clandestino contractui interfuerint arbitraria pena graviter puniendi sunt.

Parochus ita presens matrimonio debet esse ut appareat contrahentibus hac de causa adhibitum fuisse seus si casus fuisset.

An vero si invitus et compulsus quum adsit Parochus dum contrahitur matr.m precedente vel non precedente prohib.ne ord.ij tale matrimonium subsistat Cong.o resp.t subsistere.

Et quid si Parochus adfuerit, nihil tn. eorum que agebantur viderit vel audierit, utrum tale matrimonium sit nullum

Cong.o respondit non valere, si non intellexerit, nisi ipse parochus non affectasset intelligere.

Si in Parochia nullius contrahatur prout Parocho eius tenet matrimonium clandestinum matrim.º hic solum prohibentur non aut ille proclamationes que matrimonio precedere solent, que facta servanda sunt sicut ante Concilium.

Matr.m contractum Clandestine inter Puberem et impuberem in sponsalia de futuro resolvitur per c. accessit de spons. impub. in 6.

Matr.m contractum absq. presentia Parochi seu alterius Sacerdotis de ipsius Parochi seu Ord.rii licentia, vel duobus aut tribus testibus in unum sponsalium non resolvit.r ita ut contrahentes inhabiliter cogi possint ad denuo contrahend. servata forma Conc: Trid.

An Matrimonium non prout Parocho in Regione heretica penitus infecta qualis est Anglia, ubi non est copia Parochorum. sit irritum et nullum ex forti decreto ut quod ad talia matrim.a extendat.r eosq. ad sic contrahendum reddat inhabiles. Congreg.º censuit non extendi si in illa loc.a in cuius Parochia tunc habitant contrahentes nedum eo tempore quo sic contraxerunt erat publicatum hoc decretum, secus est si fuisset ibi publicatum ut infra fol. 191.

An Puella que contraxit sponsalia copula subsecuta et post habitum susceperit religionis possit in ea profiteri, ut vir sit liber ad contrahendum cum alia. S. D. N. audita relatione Congr.nis declaravit Puellam sic posse, et postq. eo professionem emiserit tunc ab Ord.rio pronunciandum licere viro libere matr.m contrahere cum alia libere.

De quo aut Parocho intelligatur iste Textus Originis ne an domicilij dubitatum fuit, et dictum quod intelligitur de eo in quo quis habitare proposuerit Io: Andr. in c. is. in prin. de sepult. lib. 6. Abb. in c. cum spende. S. qui vero. de preben: Afflict. decis. 304. Archid. in c. ubicumq. n.º 01. de decim. ubi concludit esse arbitrarium, et pendere ex declaratione voluntatis eius qui vult habere domicilium, non expectato aliquo tempore ergo nota

et uide Cap. alleg. 62. et ita nuper tenuit Rota de anno 1581.
Presente Parocho] per hec uerba censuit Sacra Cong.° sufficere si Parochus ~~esset~~ sit presens nec fungatur aliquo ministerio uel loquatur, quia ex Sacram.to matrimonij non est dare aliud ministerium pro forma. sed ut sit pns debet tn esse presens adhibitus ut Parochus, alias non funget.r offitio parrochi, et sic matrimonium esset nullum quod si adhibeatur ut Parochus et presens sit sed contradicat forstasse ob aliquod impedimentum non perpetuum, et tunc et si contrahatur ipso pnte et contradicente matrimonium ualebit, licz contrahentes mortaliter peccent et facit cum Ecc.um interdictum ut ff Nauarr. in manual. c. 22. n.° 60. fol. 375. post Palud. et Siluestr. quos allegat, non obstat doctr.a Abb. in c. dilect. de arbitr. et cons. 40. n.° 4. lib. . . ubi gn. requiritur pntia alicuius intelligi et si ad solemnizandum, uel authorizandum actum, et similr doctrina Bal. in L. fin. ff. necessitatem col. i. in fin. C. de bon. que lib. ubi pns alicui actui et non consentiens habetur pro absente quoniam respondetur cum petat procedere qn. requiritur pntia cum consensu tunc enim sola pntia non sufficit ad glos. in c. p.° de reb. eccles. non alien. lib. 6. precertim cum pns presumat.r scire L. testium. C. de testibus, et facit quod matrim.o cum interdictum Eccle, contractum tenet licz contrahentes puniantur c. p.° et 2.° eod. tit. quid autem si Epus prohibeat Parochum ne contrahat, et ipse contraxerit, an matrimonium ualeat, uidetur quod sic quia Conc.m equiparat in hoc Parochum Ord.rio, ubi de ipsius Parochi seu Ord.rij licentia, nec Epus prohibere potest Parocho sine causa, ne fungatur off.o suo preterea si hoc esset permissum utiqz quilibet Epus pro arbitrio impedire posset matrim.a sue Dioc. et qn. est Parochus licz impediatur, non desinit esse Parochus, sed ualet matrimonium uelut quando contrahitur cum Ecc.e interdictum licz peccent contrahentes

et puniri possint arb.º Ord.rij

Presente Parocho / Licet superius Conc.m apposuerit verba, quibus Parochus uti poterit in coniunctione matrimonij; tamen si sit pñs et taceat adhuc ppter eius silentium matrim.m non erit nullum, requirit enim Concilium hic praesentiam eius et testium, non aut ea verba, et ita alias fuit resolutum in Cong.ne et publice disputatum. Sed fuit praeterea quesitum an matrimonium contractum per verba de pnti sine parocho et testibus, et postea consumatum, si non valet uti matrimonium valet saltem in vim sponsalium de futuro, et videbatur quod sic quia cum hic casus determinetur de iure com. c. p.º de despons. impub. lib. 6. cum ibi not. et stare oporteat, et Conc.m circa hoc nihil innouent, ergo quod non mutare, stare non prohibetur vulgatis iuribus. Et si non valet ago ut ago, certe valet ut valere poterit. c. tune de despons. impub. Dec. cons. 607. n.º 3. Contrarium censuit Sacra Congreg.º die 21. Jan.ij 1574 quia verba Concilij ibi et huius contractus irritos et nullos esse decernit. et cum lex resistat actui, et illud annullet non procedit reg.a quod ago, si non valet ut ago, valeat ut valere potest ut notat Gemin. in d. c. unico de despons. impub. lib. 6. et per hoc tolluntur contraria que procedunt, quando defectus erat in causa efficiente puta in ipsis contrahentibus, qui non erant perfecte etatis secus est quando defectus esset in forma actus, et intentio agentium in etate perfecta fuit contrahere matrimonium tunc enim exclusa intentione per illud quod agitur ab eo quod agi potest si non valet quod ago ut ago, nec est valet ut valere poss.

De ipsius Parochi / Generalis licentia alicui Sacerdoti a Parocho in scriptis data exercendi sit omnia que Parochi officium concernunt sufficit ad matrimonij coram illo sacerdoti celebrati validitatem.

Vel alio Sacerdote / Si sacerdos alienus non habuit licentiam neque

ab Ord.rio, neq. a proprio contrahente parocho, Ord. non debet irritare matri monium, sed tantum declarare irritum quia cum Conc.um cum illud irritum fecerit, non est ulterius irritandum, sed opus est sola declaratione quod irritum sit et si esset Parochus, sed non Parochus contrahentium et si sint diversar. parochiar. sufficit ut sit Parochus, sive viri, sive mulieris.

De ipsius Parochi, sive Ord.rij licentia / Si proprius parochus non celebret ipse matrimonium, sed alius de Ep.i consensu, matr.m tenet etiam si ipsius vicarium crederet proprium Parochum.

Seu Ord.rij licentia / Intelligitur et de generali Vicario Ep.i qui hanc licentiam etiam concedere potest.

Nec sufficit tacita, que resultat ex tolerantia, requirit. enim vel concessio gnalis administrat. Sacram.ta omnia, vel si hec non adsit expressa et specialis licentia.

Vicarij et temporales ad nutum amovibiles Ecc.e partis qui Sacramenta administrant, et matrimonijs interveniunt, sicut ipsi intervenire possunt, ita et dare licentiam alijs interveniendi ut dixit Rota in una Romana Barchinonen.

Ad sic contrahen. / Cong.o declaravit hoc non procedere in Sponsalibus

Ad sic contrahen. / Idest ea forma non servata, sed postq. fuit matrim.m respective nullum et irritum, ex defectu forme, possunt de novo forma supradicta servata contrahere, Item si esset in gradu prohibito et ignoranter contraxerunt ut infra eod. cap. Si sine denunciationibus precedentibus, quia non carent culpa qui in gradu prohibito sine denunciationibus contrahunt sic defectus forme, ubi no obstat impedimentum alicuius cognationis prohibet tm, Puniant.r autem sic contrahen. quia con.a Ecc.e Interdictum aut sunt se coniungere, sed possunt de novo forma servata contrahere arg.o eor. que trad. Inno.

in c. propositus post prinç. de eo qui dup. in matr. quam. pol. per adult. ubi dicit speciale esse in matrim.° et qd nullum est postea iterum, qui ergo matrimonium clandestine contraxerint aut consummaverint sine Parocho, possunt si nullum aliud impedtum adest sine dispensatione in facie Ecclesiæ matrimonium contrahere, qui tamen contrahentes et notus et testes qui interfuerint dum sic clandestine contractus fuit, graviter sunt puniendi pena arbitraria ut sacra Congreg. censuit.

Si post contractum legime matrimonius detegatur aliquod impedtum donec fuerit occultum sufficit dispensare in forma comuni, et non est opus quod in facie Ecc.ª denuo contrahat, sed quandocunq. impedtum publicatur requiritur dispensatio in foro fori et quod matr.m de novo contrahatur ut fuit resolutum.

Omnino inhabiles reddit / hic vers. nihil pertinet ad sponsalia per verba de futuro contracta, sed tamen intelligitur de matrim.° per verba de presenti contracto.

Ord. iudicare debet matrim.a illa nulla esse que sine Parocho vel alio Sacerdote de ipsius Parochi vel Epi licentia et duob. vel tribus testibus contracta non sunt, statuere autem non debet quod illi qui non servata forma ptas contraxerint sint inhabiles ad contrahendum, quia est contra dispositionem huius cap. quia verba enim illa decreti ad sic contrahendum, non intelligitur quod qui ex formulam decreti matrimonius contraxerint simpliciter inhabiles fiant ad rursus contrahendum, sed ad contrahendum sic nempe eum in modum sine Parocho, et testibus, quare qui ni contrahen. matrimonijs decreti formula sequuti non sunt rursus contrahere possunt si velint ex decreto prescripto, idest adhibito Parocho et testibus, et hoc Ord. illis concedere debet nisi sanguinis coniunctione

in declarat.is meminit Barb. de prepar. lit. prim. p. n. 102.

aut propinquitate, aut alijs facere. Canonicis exceptionibus excludunt. debet tamen ord. tam in eos qui matrimonium sine Parocho et testibus contraxerint quam in eos et qui istius modi contractui interfuerint poena arbitraria animaduertere.

Irritos et nullos esse decernit, hoc stante non debent per ordinarium irritare sed tantum declarare irritos esse cum solum opus sit declaratione non autem irritatione.

Per hoc autem decretum datur forma, cui partes et cum iuramento renuntiari non possunt, sub cum in c. cum dilecta ubi late de rescript. et notatur ad c. Statutum. §. fin. de rescript. in 6. et hec forma hodie in tantum est necessaria ut etiam cum nulla causa, non possit matrimonium aliter contrahi, sicut olim poterat ut per Caiet. in opusculo tom. p. tract. 12. q. 2. et per Nauar. in manual. cap. 32. n. 70.

Matrimonia per uerba de presenti contracta clandestine irrita et nulla sunt, sponsalia uero per uerba de futuro contracta ~~sunt~~ relicta sunt in illis terminis in quibus erant ante Concilium.

An sit matrimonium si duo contrahant per uerba de presenti presente Parocho presente, et alijs requisitis non omissis, cui contractui Parochus formaliter adhibitus non fuit, sed dum forean conuiuij, aut confabulationis aut alia de causa adesset audiuit humor contractus ronet huius defectus resilere; Cong. respondit posse sibi alia interuenerint, que Parochum a contrahentibus adhibitum fuisse arguant quia dicitur adhibitus ad illum actum.

De matrimonijs clandestinis inualiditate agitur in ijs locis in quibus hoc Concilij decretum iam publicatum fuit. Quid autem de illis locis censendum est in quibus sola Episcopus aut Parochus malitia uel crassa aut supina negligentia non ~~hoc~~ est hactenus publicatum; deinde quid est faciendum cum duo clandestine contrahunt aut contraxerint et in unius Parochia fuit hoc decretum in alterius non: 3. quid faciendum

venit ijs qui post contractum clandestinum matrimonium idq. siue ante Conc.m siue post, Decreto tn̄ hoc non publicato aut imprudentia ipsi aut ignorantia Parochi separati fuerit, et postea cum alijs publice contraxerit, neq. tam sine grauissimo scandalo separari possint. Ad p.m Cong. respondit Decretum Concilij non obligare, si in Parochia ubi contractum fuerit matrimonium, nec dum erat publicatum et 30. dies a die p.e publicationis nondum fuerant elapsi quantumuis uel malitie uel supine negligentie omissa fuerit huiusmodi publicatio. Ad 2.m et idem non obligare decretum, nondum in ea Parochia ubi contrahitur publicatum ut dictum est, Ad 3.m p.m matrimonium esse ualidum, adeoque in eos qui p.mo spreto ad 2.m conuolarunt statuendum sit prout a iure disponitur, et qui clandestine contraxerunt, non possunt sine dispensatione contrahere in facie ecclesie et grauiter puniendi sunt.

Matrimonia inter Hereticos contracta hac forma Concilij nō seruata sunt irrita si in Parochia ubi isti heretici degebant Conc.m fuit publicatum, secus si non fuerit publicatum, quia tunc matrimonium tenet ita resolutum de anno 1580.

Nec non ipsos contrahentes §. Per hec uerba et alia huiusmodi s.a apposita videbatur quod matrimonium non possit hodie contrahi per procuratorem iux. tex. in c. procur. ubi glos. in uer. idoneus de procur. lib. 6. quia Conc.m hic requirit presentiam contrahentium et uerba illa ego uos coniungo § non possunt optari ad proc.res sed contrarium est uerius, quia casus iste omissus a Conc.o remanet sub iuris dispositione iux. d. c. procur. Preterea satis est si consensus ostendantur q. mandatum et adhibeatur forma prescripta in hoc decreto, nec mouet quod Conc.m exprimit per que uerba sit contrahend. quia remittit se ad receptum cuiusq. Prouintie ritum. et uerba Parochi, non sunt necess.a ut alibi dictum est, sed licet

per procuratorem

per procuratorem, contrahatur matrimonium non contrahitur tamen Sacramentum Summ. Sacram. de matrim. q. 276.

Sancta Synodus hortat. &c. est quoddam cons.m non preceptum, et si non obligat ad mortale nisi ex contemptu. Sum. Sacram. q. 267. c. nostrates. et c. sponsus 3. q. 5. Caiet. Tom. i. tract. 13.

Secus si sint 2.e nuptię sive ex parte utriusq. sive ex parte alterius tm. quia tunc s.m veriorem sentam. non sunt benedicendi c. caiet c. vir. de 2.is nupt. ubi Doct. Siluestr. in uers. nuptię 2. nisi consuetudine introducta sit. Nauar. in man. cap. 22. n.º 19. fol. 341.

Vt Coniuges non cohabitent / Hinc fuit declaratum quod sponsus qui sponsam stuprauit ante matrimonium contractum de pnti. et iux. formam Concilij contractum, non potest ab Epõ puniri pęna contra stupratorem a Sacris Canonibus inflicta, et maxime si sponsa ante matrimonij celebrationem id sciverit, sed ambo sunt arb.º Ord.rij grauiter puniendi per statuta in hoc textu.

Ante benedictionem / Sed si cohabitarent non esset peccatum mortale ex tex. in c. nostrates 30. q. 5. Siluestr. debitum coniugale n.º 9. Ium et Hostien. in c. p.º de spons. quia talis utitur re sua, hodie tamen dubium esset ex verbis Concilij Sum. Sacram. de matrim. n.º 267. — die 13 Ian. cong.º censuit sponso et sponsa corrupta corruptę non esse bened.e

Statuit benedictionem a proprio Parocho fieri / Proprius Parochus benedicere debet non obst. quacunq. consuetud. contraria etiam immemorabili

Quis erit proprius Parochus qui sponsos benedicere debet, cum illi accedunt ad contrahendum ad terras et domos sponsarum ubi diu remanent antequam cohabitentur, Cong.º censuit eum esse, qui propr. parochus uxorum sit quod sit. ubi ad eorum domos accedant pro contrahendo et consumando matrim.º

Ex hoc textu quidam Parochi instabant contra fratres quosdam Eccle. Sixnensanę negantes eis amplius debere quartam partem quam percipiebant ex annulorum recipientium benedictionibus, solus enim Parochus ex hoc

capite beneficii, Contrarium tn̄ censuit Cong.° quia ille denarius non debebatur ratione ministerij illius, sed loco prebende, ad sustentationem sue dignitatis et cum ab imm.li tempore ita consueverit non est reliq. hec laudabilis consuetudo. ut cap. ab ap.ce de simon. Greg. in reg. fol. 154.

Quod si quis Parochus / Hinc exorta fuit controversia super matrim.o contracto et consumato inter quendam Prosperum, et Claudiam Romanos, cuius Claudie domus erat in Parochia Beate Marie super Rotundam in qua lec.° semper acceperat sacram.ta Huic domui coniuncta erat domus Cam.li eius avunculi de Parochia Beate Marie sup.° Minervam inter quas per foramen parietis patebat additus, et hac in domo avunculi visa est Claudia in pluribus contractibus, et in sponsalibus visitationibus et alijs actibus ingrediendo, et egrediendo et in ipso contractu matrimonij tamquam proprio domicilio, non deserendo tamen habitationem proprie domus; Queritur quis sit proprius Parochus. ut terminis huius Cap. videbatur dicendum quod uterque est proprius Parochus, quia ex sola habitatione quis est alter parochianus alicuius Parochie per glos. in Clem. i dudum de privileg. ubi Imm. n.° 29. Card. q. 56. et cons. 90. Feder. de Sen. cons. 266. Abb. in c. ex parte, el 2.° quam vero in 2 lect. n.° 8. de sep. item quando domus est constructa in duabus Parochijs tunc potest quis esse de utraque parochia Jo. And. in Addit. ad Specul. in tit. de Paroch. Ang. et Rom. in l. quod conclave de damn. infect. et aptatur in casu proposito quia ob foramen factum in pariete medio, domus erant facte quodammodo et comunes, item quia Conc.m in illis verbis, qui aliter quam presente parocho, non requirit proprium Parochum ex quo fit ut quicunque ex dd. Parochijs accedant, matrimonium debeat sustineri per reg. que favet matrimonijs ut actus magis valeat

quod pareat L. patre furioso. ff. de his qui sunt sui, vel alien. iuris. L. quotiens ff. de reb. aub. Sed his non obstantibus in casu proposito fuit notatum circa matrimonium, quod quis dicitur habere proprium parochianum ubi percipit sacramenta in loco domicilii Abb. in c. cum quod de sepult. et in c. nullus. n.^o 4. de Paroch. Silvestr. in ver. domicilium n.^o 2 in fin. non obstat quod habitatio faciat aliquem parochianum, quia intelligitur quando fit ex animo et transferuntur domicilium secus in casu ista, in quo Claudia celebratur domo suum cubi per forminis aditum gratia maioris comoditatis, non deserens domicilium antiquum, et dicens mutatum domicilium incumbit onus probandi. c. 2. de probat. quia mutatio non presumitur nisi probetur, et potius presumitur quod ibi esset ex quadam familiaritatis iure L. familiaritatis ubi Bar. et alii de acquir. poss. Socin. cons. 90. n.^o 4. et 7. lib. p.^o Et sic intelligi opportet quod tunc habitatio transfert domicilium quando fit gratia habendi secus si fiat gratia recreationis vel alicuius comoditatis per Tex. in c. is qui de sepult. in 6. ubi Doct. et Host. in summa de Paroch. n.^o 7. Jo. de Siluan. tract. de benef. par. 3. q. 42. n.^o 7. Silvestr. vers. confessor p.^o q. 12. et itale declarant Feder. de Sen. cons. 264 col. pen. vers. sed dicerent aliqui. Card. in Clem. p.^o 16. q. de privil. et in d. cons. 90. ant. n.^o 2. vers. sed p.^o opinioni, non enim dicitur habitare qui non relicta priori habitatione, ex aliqua causa accedit ad tempus ad aliquem locum Bal. Alber. et late Flor. de S. Petr. in L. p.^a s. habitare ff. de his qui . . et in c. quoniam de off. ord. ubi qui habitat in duobus locis ibi dicitur habitare ubi pro maiori parte habitat Bart. in d. L. p.^o Alber. et Paul. de Castr. in L. 2. C. de incol. omn. Jud. puta si habitaverit ultra sex menses Silvestr. in vers. Parochia in fin. tunc enim habitatio constituit Parochianum

quando est annualis vel ultra sex menses Innoc. in c. omnis utriusq. n.o 6. de penit. et remiss. Petr. de Vbald. tract. de Can. Epis. par. 2 n.o 2. Ang. in sum. ver. confess. q. n.o 7. Nec obstant dicta per Jo. Andr. in addit. ad Specul. cum alijs allegatis, quia loquuntur quando de duabus domibus efficitur una, sed in casu proposito ambe domus remanserunt separate, ut de per se, quali facto foramine illo ad mulieris comoditatem ergo &. Minus obstat quod dicit ex verbis huius textus de Parocho, quia intelligitur de prop.o parocho iux. c. omnis utriusq. de penit. et remiss. cum hac sententia concordabat maior pars Illmorum sed cum partes concordassent nihil fuit resolutum.

Alij sacerdoti / a proprio contrahentium Parocho, vel alio sacerdote cui ipse Parochus vel ord.s dederit licentiam, benedictio sacerdotalis contrahentibus matrimonium est facien. iux. hoc decretum non obstantibus quibuscunq.

Ipso iure tamdiu suspensus maneat / Idest sublata pena excomunicat.s de qua in Clem. 1. in fin. de privil.

Tamdiu suspensus maneat / Presupposito qd Rector habeat Parochias in duabus Dioces. et quidem in una ipsa parochia cum maiori parochianorum parte existat, in ult.o sit domus Rectoris in qua modo ipse, modo eius Cap.s residere consueuit, ac prop.a in suspensionem inciderit, An absolutionem obtinere debeat ab Ord. in cuius Dioces. ipsa Ecc.a existit ubi ed. presupponitur habere domum concedentem vel potius ab alio in cuius Dioces. Rector habet propriam domum magis / Parochiani sic coniuncti matrimonio fuissent eiusd. Dioc. Cong.o censuit ab Ordinario ubi fuerit Parochiani coniunct. matrim.o quando commissum fuit delictum.

Ab Ordi° eius Parochi (An ad validitatem Matrimonij sufficiat si contrahatur coram Parocho mulieris; et respondetur affirmatiue, Item an sufficiat si contrahat.r coram Parocho viri tm. Et dic quod non prohibetur ex his verbis siue illorum Parochi licentia referunt.r enim ad sponsam et sponsum, et sic ad utrumque tamquam ad proprium Parochus, quia si possunt dare licentiam, multo magis ipsi possunt contrahere, preterea de iure cum assist.e Parochi venit uterque. Doct. in c. cum inhibitio. § fin. de clandest. de spons. et in Clem. p.a post princ. de priuil. et cum Conc.m loquatur gnatiue imo dispositione iuris cois c. aliter. 35. q. 4. Abb. in d. c. cum inhibitio. n.° 3. gnatiue est intelligendum, ut comprehendat Parochum tam viri quam mulieris, et sic ad utilitatem mrimonij pro quo presumitur ad not. per Dec. in c. directe. n.° 3. de appell. et per ista probatur dictum Nauar. in Manual. cap. 25. n.° 144. Et Sacra Cong.° censuit valere matrimonium si contrahatur in Parochia viri, adhibito viri Parocho sub die 16. xbris 1574. et ita confirmatum fuit per S. D. N. Gregorium xiij.

Ne vero hec (Publicatio huius decreti Conc: Trid. facta in Synodo Diocesano non equipollet illi publicationi quam idem Conc.m fieri percepit in singulis Ecclesijs Parochialibus.

Cum primum poterint (Hinc factum est ut cum quibusdam locis non publicaretur Conc: S. D. N. prescripsit tempus usque ad p.am Januarij 1564. post quod tempus presumitur deuenisse ad notitiam et sic nemo excusatur etiam si una Parochia nondum publicatus fuit Conc.m iuxta illius bullam.

Decernit insuper (Hinc contigit dubitari An Heretici qui contraxerunt non seruata forma huius decreti reuertentes ad penitentiam debeant iterum Contrahere, uel remanere in eo sic contracto matrim.° Presupposito

quod Conc.m fuerit publicatum in Parrochia intra cuius fines Heretici habitantur quod remanere debeant in matrimonio probatur, quia cum sint baptizati, et baptismus sit Janua omnium Sacramentorum. c. veniens de presbro non bapt. inter ipsos potuit contrahi perfectum matrimonium S. Thom. 3. par. q. 59. art. p.° ad 01. Nauar. cap. 22. n.° 40. Item si potest contrahere Catholicus cum Heretico, et tenet matrim.m si catholicus sit puniendus c. non oportet ubi glos. 20. q. 1. c. decreuit de heret. in 6. Siluestr. in uer. matrimonium. 07. n.° 101. Nauar. d. c. 22. n.° 49. Rotel. in uer. impedtum xi. n.° 1. Idem possunt heretici inter se. Item si Matrimonium infidelis contracti ad finem remanet. c. gaudemus de diuort. idem de heret. Item si Matrimonium Infidelis contr contractum cum Infidelitate uiete ritum suum et contra statutum ecclesie post conuersionem non dirimitur Siluestr. matrim. n.° 01. n.° 10. Rotel. Impedtum xi. n.° 4. Idem de heret. contrahen. contra statuta ecclesie ex quo sequitur quod in alijs casibus remanet matrim. contractum non obstat quod Conc.m sit publicatum in Parrochia quia supponitur in facto eos esse hereticos, et non agnoscere Parrochum uel Parrochiam Catholicam. quare potest presumi ignorantia publicationis Concilij et idem est quo ad eos ac si Conc.m non fuisse publicatum uelut Canones non ligantes eos qui foris sunt, quales sunt Iudei Infideles et Heretici. c. multi. 2. q. 1. Felin. in c. p.° n.° 49. de Constit. Sed Contrarium potest dici uerius in casu proposito matrimonium contractum esse nullum, et postquam reuersi fuerint ad penitentiam de nouo debere contrahere probatur p.mo quia haec prohibitio non est minoris efficacie quam sit Canon prohibens in quatuor gradibus, sed si heretici contrahant in aliquo gradu prohibito ab Ecclesia nullum est matrimonium nam d. c. gaudemus de diuort. ad suos infideles non baptizatos

pertinet ut not. Doct. et precipue S. Tho. in 4. Sent. dist. 23. q. 2. i.
art. 3. Ergo pari modo si celebrant cont.a hoc decretum nullum erit
matrimonium. Item heretici subsunt iudicio Ecc.e rone baptismi
quo se obligarut ei, unde excommunicari suspendi et puniri possunt
ergo tenentur servare statuta Ecc.e Castren. lib. 2. cap. 24. in fin.
de iust. heret. pun. Item Heretici non sunt soluti ab alijs legibus
Ecc.e ut a lege ieiunij quadrag.me et Vigiliarum, observantia festorum
immo peccant si contrafaciunt, ergo nec sunt soluti ab alijs statutis
circa matrim.m Item non est eadem ratio heretici et Infidelis quia
infidelis nulli contrahit cum Infideli, sed cum heretico vere con-
tractum est matr.m a fidele, licet iste debeat puniri ut p.a parte
ostensum est, et tenet S. Thom. in 4. dist. 39. q. 2i. art.o p.o ad. i.
Turre Crem. 28. q. i. c. caue. Et ita respondetur ad argumenta
p.e partis, Respecto quod Iudicet de hoc Cong.o Ill.mus d.d. meorum.

Post 30. dies / Decretum Concilij Trid.ni irritans matrim.a clandestina con-
tracta absq. licentia proprij Parochi incipit habere robur post
30. dies a die publicationis ipsius decreti in parochia facta, que
tamen publicatio sit facta post Kal. Maij 1564. iux.a Bullam Pij
4. tenet sicq. duplex tempus concurrere debet unum post dd.
Kal. Maij alterum post 30. dies a public.ne adeo ut si ant. dd.
Kalen. facta fuisset publicatio, decretum non obligasset m.rimonia
contracta ant. publicationem ipsam decreti de refor. matr. in Pa-
rochia contrahentium factam, Ideo ant. publicationem irrita non
sunt, nec irrita declaranda.

La Matrim.a a Conc.o irrita declarantur que post 30. dies a die publicat.s
decreti in Parochia facta clandestine contrahunt.r ubi Conc. Trid.
nondum publicatum fuit uel intra 30. dies a die publicationis ma-
trimonia clandestina non sunt irrita.

Sess: 24. de reform. matr. cap. p.

A die primae publicationis &c. Hoc decretum reformationis matrimonij: ad hoc ut robur suum accipiat, necesse est in Parochijs publicari, nec eius publicatio in Diocesana Synodo equipollet, quam Conc.^m praecepit fieri in singulis Ecclesijs ~~Cathedralibus~~ Parochialibus.

Si haec verba scilicet quod fiant matrim.^a praesentibus Parocho et Testibus alioquin sint irrita, fuerint publicata in parochia, sufficit, et hoc equipollet publicationi totius decreti, quantum ad matrimonij irritationem.

Qui contraxerunt in 3.° et 4.° gradu eo post confirmationem Concilij prius tamen quam illis innotesceret confirmatio possunt simpliciter dispensari eo in Civitatibus vel locis ubi propter paucitatem Civium, vel quia magna pars illorum inter se cognatione coniuncta est solent dispensari, causa vero dispensandi in spiritualibus ante confirmationem Concilij cum essent in gradu prohibito est conversatio cum sponsa, aut praecedens publicatio sponsaliorum vel quid simile praeter alias causas a iure expressas ut censuit sacra Cong.° Cum his vero qui contraxerunt in 2.° ante confirmationem Concilij sub spe obtinendae dispensationis et praesertim cum illis qui venerunt ad Curiam, et ceperunt facere poenitentiam salutarem eis impositam videtur esse dispensandum etiam si non sit signata aliqua supplicatio.

Non dentur dispensationes matrimoniales sub praetextu ignorantiae decretorum Concilij. Pro ijs qui in 3.° et 4.° propter angustias loci, aut quando non inveniuntur pares conditionis, similiter quando quis vult ducere uxorem sibi attinentem pauperem constituendi gratia illi dotem, aut etiam pro sedandis litibus et discordijs componendis contrahere volunt, istae fuerunt legitimae causae itae ad dispensan. de contrahen. dumodo gratis prorsus et in 3.° maturius procedatur.

Idem servandum est quod supra dictum fuit in matrimonio per verba de futuro publicatis, et precedentibus vel subsequentibus osculis aut per fidei et muneris dationem, que in nonnullis provincijs habent vim matrimonij contracti per verba de presenti, matrimonium contractum per verba de presenti de anno 1566. circa x. vel xi. annum etatis mulieris in reliquis servata forma Concilij Trid. subsecuta carnis copula ac ex tunc et simul cum viro cohabitante per multos annos, An hodie post legitimam etatem mulieris transeat, an vero et validum matrimonium eadem forma d. Conc. Trid. non adhibita Congreg. censuit non transire nisi iterum coram proprio Parocho contrahat.

Per verba de presenti iuxta formam Concilij, si modo tempore adveniente pubertatis mulieris ante copulam publicatum fuerit in Parochia contrahentium, hoc decretum Concilij, et elapsi erant 30. dies a prima publicatione sui ed sepius ressp. Cong. ed in casu quo mulier habebat circiter 12. annos cum viro sed non se cognoverant carnaliter, An propter novam formam contrahendi matrimonij a Conc. hui prescriptam, filius qui mortem Parentum coniugatorum coniugum deceralium cohabitationem probavit aliquid propterea aliud probare teneatur ut doceat se esse legitimum vel sufficiant huiusmodi probationes quemadmodum ante Conc.m sufficiebant die 29. Martij 1601. Sacra Cong. censuit hodie sufficere illas probationes que ante Conc.m sufficiebant.

In hoc casu Acto reiecta fuit contraria opinio Menoch. cons. 199. n.º 57. lib. 2. et Trall. de presumpt. p.º presump. n.º 901. vers. pred. sed presumptiones, ubi voluit necesse probare omnes a Conc.º solemnitates requisitas in contractu Matrimonij intervenisse in materia vide Paleott. de noth. et spur. cap. 19. n.º 9. et 12. Alciat. de presump. reg. 3. presum. 30. Abb. et alij in clud. de presump. et in c. lator qui

Fil. erit legit. Menoch. in d. presump. p.ª per totam Mascard. de probat. par. 2ª concl. 800. Marol. de irregul. lib. p.° cap. 5.

Presupposito tenore Brevis Pij 5ᵗⁱ. An Puelle in claustro Puellar. Archiconfraternitatis S. Spiritus Civitatis Neap.ⁿᵉ commorantes, matr.ᵐ contrahere possint coram Presbiteris Cler.° d. Archiconfrat.ⁱˢ deseruientib. adeo ut aliquo ex dd. presbiteris ac duobus testibus ad matrim.ⁱ celebrationem adhibitis, matr.ᵐ sit ualidum perinde ac si coram propr.° Parocho contractum esset die 17. Julij 1599. Cong.ᵒ censuit quod sic.

Present. Parocho / die 17. Aug.ᵗⁱ 1591. in Vna Vlisbonen. Cong.ᵒ dixit matrim.ᵐ coram Parocho, et testib. contractum nisi aliud obstet ualidum esse quamuis Parochus inuitus interfuerit, et alio de causa quod ut matrim.ⁱⁱ interesset a contrahentib. accersitus fuerit, dum tñ ad actum matrim.ⁱ [illegible] et formatum fuerit adhibitus.

Denunciationibus factis / die 20. 8bris 1591. in una Mediolan.ⁿ Cong.ᵒ censuit matrimonium contractum, non premissis denunciationibus nisi aliud obstet irritum non esse.

A. cum H. coram Parocho et testibus contraxit matrim.ᵐ per uerba de pnti sed cum hac cond.ⁿᵉ si fratrib. suis placuerit, deinde non expectato condit.ⁱˢ euentu copulam habuit cum H. effectu maritali, et copula cum testibus ac multis [illegible] fuit, An per hanc firmatum sit uerum matrim.ᵐ de pnti ad expectato conditionis euentu, que cum suspendat impedit eo casu matrimonij de pnti et copula subsequuta quamuis ostendat recessum fuisse a cond. non sufficit tñ ad matrimonij ueritatem, nisi iterum contrahat.ᵘʳ coram Parocho et testib. de pnti ut Conc.ᵐ uidetur exigere. Die 20. 8bris 1592. Cong.ᵒ in una Venetiar. censuit in casu proposito matrim.ᵐ ualere nec requiri ut denuo coram Parocho, et testibus contrahat.ᵘʳ

Prte Parocho / An ualidum censeri debeat matr.ᵐ celebratum in Parochia Mulieris coram Sacerdote habente Licentiam a Parocho uiri, et

die [illegible] in una [illegible] Cong.ᵒ [illegible] contrahi [illegible] coram [illegible] ualere

presertim cum parrochie viri et mulieris sint in diversis Civit. constitute
die 16. Feb.ʳⁱⁱ 1595. omnes fuere eius sententie ut matr.ᵐ celebratum coram sacerdote de
licentia Parochi viri in Parochia mulieris valeant.
Benedictiones a Proprio Parrocho fieri / Die xi. Aug.ᵗⁱ 1595. Cong.ᵒ censuit consuetudinem
ab his quorum nuptie benedicuntur aliquid recipiendi ita demum esse
observandam si ab initio pia fidelium voluntate nulla exactione aut
compulsione fuerit introducta, et nec eo a sponte dantibus quidquid recipiatur
antequam benedictiones sacerdos libere fuit impartitus.
Quia aliter quam presente / Die 19. 7bris 1596. Cong.ᵒ dixit fuisse pluries
declaratum sponsalibus per verba de futuro contrahendis nullam formam
prescriptam esse Conc.ᵐ Ideoque eo modo contrahi posse quo poterant ante
ipsum Conc.ᵐ
Et die 29. Maij 1601. censuit sponsalia per verba de futuro contracta
posse quandocumque ante contractum matrimonium per verba de
presenti mutuo contrahentium consensu posse dissolvi, atque ubi sic dis-
soluta fuerint nullum hodie inducere impedimentum.
Presente Parrocho / Ruralis Parrochus non dicitur proprius Parrochus inter ha-
bitantes in Civitate licet Ruri aliquando moram trahere consueve-
rint ut dixit Rota in causa Florentina matrimonij coram
Vicecomite 26. Iunij 1579. que decis. habetur in impress. decis.
643. par. p.ª et eadem resolutio fuit postea bis confirmata
ut in decis. 656. et 667. ead. par. p.ª In hoc autem puncto videndum
est Menoch. cons. 390. lib. 4.
Presente Parrocho / nulla sunt matrim.ᵃ contracta coram alieno Sacer-
dote, etiam si proprius Parrochus sit hereticus publicus profugus
et Eccl.ᵉ Parrochiales careant Rectore.

Cognationis spiritualis impedimento / vide Bullam Pij V. declarationis cognationis spiritualis, et de cognatione spirituali contracta ante Concilium et de matrimonio contracto vel contrahendo post Concilium qui contraxerit ejus ante Concilium matrimonium indiget dispensatione. Unde valet matrimonium inter filium suscipientis et baptizatam absque dispensatione contractum post publicationem Concilij et S. D. N. Greg. XIIII. dubitans an esset revocata illa declaratione Pij V. quia est reposita inter alias Cancellariae Respondit non videri revocatam quia est magis declaratoria quam Regula ——

Congregatio declaravit hoc decretum retrotrahere ad preterita, adeo quod liceat omnibus qui ante hoc decretum de iure antiquo cognitionem spiritualem contraxerint modo non sint ex expressis in hoc decreto contrahere posse matrimonium inter se absque dispensatione Apostolica et qui iam contraxerant post cognationem nulla indigere dispensatione, et ita declaravit Pius V. in una ex suis Constitutionibus 20. Augusti 1566. inserta inter regulas Cancellariae eiusdem Pij V.

Nulla Cognatio spiritualis contrahitur, nisi inter personas que nominantur hoc decreto.

Unus et Una / Episcopus non potest concedere licentiam ut duo viri loco viri et mulieris aliquem baptizatum de baptismo suscipiant.

Decreverat solus omnium Illustrissimus Cardinalis Borromeus in suo Concilio Provinciali Mediolanensi 2.o hunc Compatrem esse doctum in divinis ut possit postea infantem erudire et docere rudimenta fidei ut in c. nos autem omnia de conseer. dist. 4. ac ex divinis referta a Turrecrem. in c. Cathechis. ead. dist. quem unum sequuti sunt patres in Cathechismo Romano fol. 157. Hec autem videbantur Illustrissimis DD. Cardinalibus Congregationis moderanda si fieri commode possit, nam ubi periculum non urget, vel fidei, vel mortis regulariter est simplex et indoctus posse admitti in Compatrem ut notat idem Turrecrem. in d. c. cathechis. et in d. c. nos ante omnia, et cum ex hoc decreto Concil. Trid. admittatur mulier in Comatrem, que Mulieres sacram doctrinam non norunt, cessat

dubitatio.

Baptizatum de baptismo suscipiant / Per hec verba videtur sublata controversia antiquorum que dubitabatur, an possit contrahi cognatio spiritualis per Procuratorem ut inter magnos viros, et in aliquibus locis vel consuetudine fuerat introductum, ut not. Abb. in c. veniens et ibi Addi: de Cogn. spirit. et videtur mihi hodie hoc non licere cum verba huius Dec. referantur ad eos qui levando de sacro fonte, et puerum baptizatum tangunt vide Navar. cons. 6. de Cognat. Spirit. lib. 4. fol. 180. Rot. Accoromb. 541. 545. 560. Feder. de Sen. cons. 15. fol. 13. sed Congregatio censuit affirmative.

Procurator non contrahit Cognationem Spiritualem sibi sed mandanti. Hinc est quod unus et alter qui sit procurator mulieris baptizatum de sacro fonte suscipere possit, sed non duo viri vel due mulieres, unusquisque tamen proprio nomine viri loco mulieris vel mulier loco viri.

Quidam adhibere volebat duos viros vel duas mulieres in Patrinos, et non potuit, quia Dec. alternative loquitur sive vir, sive mulier permittit virum simul cum muliere, sed non duos viros vel duas mulieres, et ita ex sententia Pij V.ti declaravit Sacra Congregatio sub die 6. octobris 1570.

Inter quos et Baptizatum / Inter maritum et uxorem suscipientis et baptizatum, Baptizatique patrem et matrem et quascunque alias personas tam ex parte suscipientis quam baptizantis et baptizati in Conc. Trid. nominatas non expressas matrimonium habere, et licite contrahi posset.

Qui levat aut tenet procurio nomine nullam contrahit spiritualem cognationem, ea quoque cognatio inter levatum et filium levantis nullum tollit impedimentum idem in filio baptizantis vel confirmantis.

Ac matrem tantum / Per hec verba tollitur impedimentum huius cognationis spiritualis provenientis ex quacunque alia persona hic non expressa

puta quia licet olim filius spiritualis non potuisset copulari filio meo legitimo vel illegitimo vel adoptivo, iuxta doctr. Imol. in rub. de cogn. spir. tamen hodie possent coniungi quia talis casus est permissus et sufficit ea sola ratio, et quia prohibitum non invenit? matrimonium inter tales ut Navarr. not. ibidem. Hoc vero Ill.mus D. meus Card.lis Carafa reiecit supplicationem in casu proposito, quia non egebat dispensatione

Spiritualis cognatio contrahitur / Spiritualis affinitas ex hoc decreto spectat ad matrimonium contrahendum, non ad contracta dissolvenda.

Qui in Ecclesia fuit presens ei qui domi vere baptizatus fuit et deinde in ecclesia fuere celebratae solemnitates nullam spiritualem cognationem contraxit, itaque comitat.r Ord.o ut si lineis probationis compererit D. S. filium adesse impeditur cognationis spiritualis

Qui vel quos elegerint / Cong.o censuit si plures suscipiant, omnes contrahere cognationem spiritualem si non constat quis prius tetigerit, ac plures sunt electi, vel nullus, si unus est electus, ille tantum contrahit.

Et hec declaratio non adversatur Conc.o Trid. intelligens est quando plures suscipiunt certi a Parocho non designatis, vide Navar. in manu. c. 22. n.o 24. et quamvis de cogn. spir. in 6. tenet quod hoc habebit locum quod plures sic suscipiant nullis certis designatis.

Cognationem spiritualem nullo pacto contrahent / Idem dicendum si astiterent animo contrahendi compaternitatem, non tamen tetigerit, Idem dicendum de eo qui levavit a sacro fonte eum qui domi ob imminens periculum fuit ante vere baptizatus, quod si plures sint designati qui omnes baptizatum tenuerit, qui omnes fuere admissi, nec constat qui ex decreto Concilij fuerint designati ad contrahendam compaternitatem omnes contraxerit cognationem spiritualem qui tetigerit puerum c. fin. de cogn. spir. in 6. Navar. cons. 7. de cogn. spir. lib. 4. tit. 14.

Et in libro eorum nomina / debet Parochus habere librum Baptizatorum et confirmatorum qui prodesset ad multa ut per Sarn. de Visit. lib. 2. c. 3.

n.° 25. Item librum pro matrimonijs ut sup.ª eadem Sess. cap. p.°
Item librum defunctorum in sua Parochia iux. Petr. Gelus. de Sepult. art. 2. per tot. Sarn. ubi s.ª n.° 25.

Queritur an Cognatio Spiritualis contrahatur ab eo qui non tangit leuatum licet fuerit presens in Baptismo, una cum alijs compatribus et inter eos quoq. reperiatur descriptus in libris parentum leuat.? ac de iure comuni ad effum contrahendi cognationem non sufficit tetigisse nisi sit a princ.° inuitatus et uocatus pro compatre Avel. cons. 13. col. 4. Las. alleg. . . Pat. decis. 120. lib. p.° arg. tep. c. de his 30. q. p.° et c. ueniens de cognat. Spir. quod non sufficiat esse presens nisi qui futurus est compater, puerum ipse substineatur, seu tangat tempore Sacram.ti nam baptizans representat patrem generantem ac susceptor matrem, que nomini Ecc.e suo gremio baptizatum suscipit. Sot. in 4. dist. 42. art. 1. et 2. prope fin. addens non sufficere si quis respondeat ad interrogationem nisi eum suscipiat et leuet uel teneat Siluestr. matrim.m 01. q.ne 7. et ita censuit Cong.ª Ill.mos sub die 9. Iulij 1573.

Patrem et matrem] Nam dicit Parentes qui de iure ad alios consanguineos referri possunt Tiraq. de retr. lignag. §. 1. glos. 01. n.° 2. Iure ergo reprehendi meruit Archiepus in Synodo Florentina qui parentes uerbo usus est in hoc casu.

Baptizatum de sacro fonte suscipiant] Quesitum fuit ab Epo Conimbricen. An Compater designatus qui baptismo Infantis alterutrum prestitit, idest uel illum Sacerdoti porrexit ut in Sacrum fontem immergeret, uel eductum et baptizatum protinus de manu Sacerdotis suscepit tamet si in actu Baptismi illum non tetigerit, cognationem Spiritualem contraxerit que matrimonium contrahendum impediat et dirimat contractum

presertim si ita se habeat Regionis vetustissima consuetudo, et die 27. 8bris 1601. Cong.o respondit, ex quocunq. contractu, iuxta cuiusq. regionis consuetudinem interveniens, contrahi cognationem spiritualem quae matrimonium contrahendum impedit, et contractum dirimit. De Humana consuetudine vide Koch. et precipue Abb. in c. super eo. n.o 5. et 6. de cognat. spir.

Sublatam esse ex hoc decreto causam cognationis spiritualis speciem inter susceptum de sacro fonte baptismatis et filium suscipientis Cong.o censuit die 7. Aprilis 1590.

Iustitiae publicae honestatis / Hoc impedimentum intelligitur tantum in sponsalibus de futuro, secus si matrimonium fuisset per verba de praesenti contractum ut declaravit Pius V. per suam Bullam Kal. Iulij ad Romanum, et dispositio huius decreti retrotrahitur prout supra in praecedenti decreto de cognatione spirituali dictum fuit ita declaravit Gregorius xiij. ex voto Congregationis.

Quacunque ratione valida non erunt / Si sponsalia solvantur de consensu, Congregatio censuit esse invalida.

Primum gradum / facultate huius decreti gaudent et illi qui ante Concilium contraxerunt in 3.o gradu, nam inter illos nulla affinitas superest.

Cum ait Concilium sponsalia valida non excedere primum gradum loquitur de sponsalibus de futuro, quae proprie ac vere sponsalia vocantur non de sponsalibus de praesenti in matrimonio ratio, quod in suo priori vigore relinquitur et impedit in omnibus illis casibus et gradibus quibus a iure veteri ante Concilium Trid. inductum erat, ex d. Bulla Pij V.ti

Praesupposita declaratione per d. Constitutionem Pij V.ti super hoc decreto censuit Congregatio oriri impedimentum iustitiae publicae honestatis, et sponsalibus per verba de praesenti est nulliter contractis omissa forma decreti Concilij c. 1. huius.

Qui ante Concilium Trid. erant in 2.o gradu publicae honestatis post Concilium publicatum seu confirmatum rite et absque alia dispensatione contrahere possunt, et contractum inter eos matrimonium est validum iuxta formam huius cap. 3.

Sponsalia de praesenti ante aetatem etiam unius sequuta carnali copula non transeunt in matrimonium.

In iustitia publicae honestatis / et affinitate ex fornicatione attenditur remotior gradus.

Item censuit Congregatio ex matrimonio per verba de praesenti copula non secuta

non oriri affinitatem remanet tamen impedimentum hoc ulterioris gradus ex declaratione Pij Quinti sub dat. Kal. Iulij 1560. et ita fuit decretum per Congregationem 17 Aprilis 1560. et de ordine Sanctissimi. Preter Cardinales interfuerunt omnes Priores ordinum ac tres Reverendissimi.

An ex sponsalibus contractis cum uerbis hec s. promitto te ducere in uxorem si factis denunciationibus non apparebit aliquod impedimentum; oriatur impedimentus publice honestatis? Congregatio respondit non oriri.

Episcopi omnes et alij. / Die 19. Aprilis 1596. Congregatio dixit fuisse sepius declaratum in Concilijs dignitatem ecclesiarum uel earum ordine et preminentiam, Item Commendatarios Monasterij seu Abbatiarum in Concilijs prouincialibus ind. Abbates esse recipiendos, et eis Canonicos Cathedralis esse preferendos quando capitulariter procedunt, sed extra hunc casum, Abbates titulares uel habentes usum Mitre debere precedere, Commendatarios post hos locum obtinere dignitatis, et post hoc collocandos esse procures ecclesiarum cathedralium.

Item non teneri uenire ad Concilium Prouinciale alios exemptos quam eos qui de iure uel de consuetudine interesse debent, sed Capitula Cathedralium ecclesiarum particulariter esse inuitanda, Preterea ad obseruantiam decretorum Concilij prouinciales omnes esse obligatos, qui Episcopi Iurisdictione subduntur. eque, Item exemptos in casibus in quibus a iure communi et Concilio Trid. decretis potestas Episcopis aut Concilio Prouinciali in ipsos potestas tributa est, contra inobedientes aut iuris remedijs esse procedendum. Item Abbates Commendatarios Capitulorum procures deputatos uocem duntaxat consultiuam in Concilio Prouinciali habere, Episcoporum uero Procures posse etiam decisiuam habere si Concilio Prouinciali placuerit, ceterum Laicos qui muniti ad Synodum Prouinciale interesse possunt in ea uotum duntaxat consultiuum habere.

Vbi. sponsalia quaecunque. non ualida non erant / Die 4 Decembris 1597. Congregatio censuit si tempore matrimonij Contracti inter H. et Martam in etate minus legitima, malitia etatis deffectum in Marta suppleuisset

Sess. 24. de reform. matr. cap. 3.

ex eo non utrinq. consumato ortum esse impedimentum Iustitiæ publicæ honestatis, quod fortius vinculum est, quam id quod provenit ex sponsalibus de futuro, quod si malitia ætatis defectum nõ suppleverit humanũ matrimonium, si modo servata forma Concilij contractum fuit resolvi in sponsalia de futuro: ex quibus est oritur vinculum Iustitiæ publicæ honestatis tamen debilius quam illud quod inducitur ex matrim.o rato non consumato. Itaq. utroq. casu, ut N. cum sorore Marthæ Matrimonium contrahere legitimè queat opus esse ap.ca dispensatione.

Dispositio

Dispositio huius decreti e[st] retrotrahitur pro ut supra in praecedentibus decretis cap. 2. et 3. de cognatione spirituali et iustitia pub.ce honestatis dictum fuit, et ita etiam declaravit S. D. N. Greg.s xiij. ex voto Cong.nis hoc cap. intelligen. esse.

Propter affinitatem ex fornicat.e, personae quae contraxerunt ante Concilij reformationem in gradu olim de iure prohibito ante Concilij refor.nes in gradu olim de iure prohibito et per hoc et alia decreta in hac sessione permisso non possunt manere in m[at]rimonio licite, et sine ulla dispensat.e iux[ta] trad. per glos. in c. non debet ver. de celero de consangu. et affin.

Quesitum fuit an Papa possit dispensare, ut quis ducat vxorem concubinam quae fuit patri sui, et videbatur dicendum quod non, quia inter ascendentes, et descendentes non pot[est] contrahi matr.m cum inter eos prohibeatur in infinitum, l. nuptiae. la 4. ff. de nupt. Abb. post Hostien. et Jo. And. in c. non debet n.o 1. de consang. et affin. in casu vero proposito affinitas est contracta ex fornicat.e et carnis commixtione absq. nuptijs sicut de iure Can.co statutum est. c. de incestis ubi glos. in ver. concubinatu 35. q. 2. glos. in c. si quis ex uno. in ver. carne q. 4. et in l. non facile. §. affinitas. vers. nuptias. ff. de grad. cognat. est praeterea contracta in 2.o gradu ascendentium et descendentium q[uo]d est prohibitum de iure divino in quo Papa non pot[est] dispensare licet secus esset in 2.o gradu collaterali per tex. in c. gaudemus de divort. et tenet Turrecrem. c. de his vero ad 2.m n.o 4. et §. 35. q. 1. et dicit Silvestr. in ver. Papa n.o p.o quod qui aliquam mulierem cognovit non pot[est] cum eius germana contrahere, nec pot[est] Papa in hoc dispensare idem Turrecrem. in c. coniunctiones ubi plene pro hac parte 35. q. p.a et sec[undu]m hanc opinionem resolutus fuit casus in Congreg.ne Ill.morum DD. meorum ad observantiam huius decreti, in contrarium dicebat R.mus P. D. meus Toletus, quod in casu proposito Papa potest

dispensare per glos. d. c. gaudemus de divort. que enumerant casus prohibitos de iure divino, et inter eos non ponit istum, ergo iste non est de iure divino, quod patet quia Levit. cap. 18. in quo habetur huiusmodi prohibitio de iure divino, iste casus non continetur. Et dato quod prohiberetur illo iure divino positivo, tn cum constat in Evangelio cessare omnia que erant in illa lege de iure divino positivo, cessat et hodie talis prohibitio, nec talis casus prohibetur iure naturali quia per eum non aufertur reverentia debita personis, nec impeditur amicitia quia Concubine non debetur reverentia, nec amicitia ita impeditur ut faciat hoc ius nature indispensabile, et si reverentia debentur Patri et Avo, et Sorori patris, non tn ius naturale est eo casu indispensabile, quia filius possit contrahere cum sorore Patris preterea dato quod esset de iure nature tale matrimonium prohibitum non tn inde sequitur quod super eo dispensari non possit, ita dicit Abb. post Jo. And. in c. litteras de restit. spol. nam vota et Juramenta obligant iure divino, et naturali, et tn Papa dispensat. Verum hic sumus in casu affinitatis, et si aliqui Canones dicant equiparatos esse gradus affinitatis et consanguinitatis c. non debet de Consangu. et Affin. nihil: vere ita non est, nam affinitas consequitur consanguinitatem, ergo maior est ratio consanguinitatis, et ita docet S. Thom. 4. sent. q. unic. art. 2. Tanto magis quia hec affinitas oritur ex fornicatione et non prestat tantum impedimentum quantum si esset affinitas ex matrimoniali copula, ut patet ex hoc decreto Concilij in quo talis affinitas non extenditur ultra 2um gradum hoc amplius cum in Levitico nulla de eo fiat mentio argumentum est quod de iure mere humano fuerit contracta. His adde quod precipue quidam Doct. concedunt posse hoc casu dispensari Scot. 4. sent. d. 41. q. unica ubi dicit totam affinitatem esse humano iure introductam. Caiet. 22. q. 154. art. 2. ubi primum

tantum gradum lineę rectę excludit et idem S. Thom. consentire asserit Sot. 4. dist. 41. q. unic. art. 3. tenet in p.o casu Papam posse dispensare, excepto quod iterum velit Ill.mus Cong.o et an ex deductis de novo mutet sententiam.

Tandem ex deductis de novo casu iterum proposito Cong.o non mutavit sententiam, censuitq. casum hunc esse indispensabilem, sed de hoc consulendum esse Summum Pontificem, cuius est consultationem desidero, qui censuit casum dispensabilem sed noluit dispensare.

Qui in p.o et 2.o gradu coniunguntur. Cong.o censuit impedimentum 3.ii gradus affinitatis ex fornicatione contractę sublatum esse a Conc.o hoc capitulo itaq. eo non obstante matrimonium posse contrahi absq. alia dispensatione Ap.ca etiam quod huiusmodi affinitas contracta fuisset ante confirmationem Concilij ut declaravit Pius V. anno 1566. 20. Aug.ti

Pm. et 2m. gradum affinitatis ex causa fornicationis proveniens non excludit. quod procedit et in illis matrimonijs quę ante Conc.m fuerunt contracta per Bullam Pij V. ita declarantem

Qui suspicatur et leviter se fornicatum fuisse cum muliere cuius sororem postea duxit in uxorem indiget dispensat.e et filij, quos ex tali matrimonio procreavit sunt illegitimi. Inter personas quę sive post, sive ante Conc. Trid. confirmationem affinitatem intra 2m. gradum ex fornicatione contraxerunt matrim.m post d. Conc.ii confirmat.em et sine Sedis Ap.cę dispensat.e validum est, nec dirimi debet ex d.a declaratione Pij V. Cong.o censuit idem de impedimento affinitatis supervenientis post matrimonium contractum.

P.o et 2.do gradu. In p.o gradu transversali dispensatio ex causis ord.is in descendentibus non nisi ex magna causa.

In ulterioribus vero. Impedimentum illud quod ad affinitatem ex fornicatione contractum dirimit ad eos tantum qui in p.o et 2.o gradu coniunguntur, restringitur, in ulterioribus vero gradibus statuit non dirimere; habet et locum et comprehendit sponsalia per

verba de futuro contracta ut censuit Congreg.°
Non dirimere / neque impedit contraher. iux. supradam bullam Pij 5. Kalen. Julij 1567. et 4. Kal. Xbris anno p.° S.D.N. Greg. xiij eligit hoc decreto sublatum censeri imped.tum quoq. supuenien. affinitatis post contractum matrimonium, quia si impedimentum dirimens sublatum est, quod maius est, ergo et istud quod minus est, preterea sustulit 3. et 4. ergo non omnibus.
Propter affinitatem ex fornicatione / Die 26. Aug.ti 1593. in una Anglicana Cong.° censuit affinitatem supuenientem et per illicitum coitum dissoluere sponsalia contracta de futuro, et peracta penitentia vel part. illius posse incestuosum ab Epo dispensari ut cu alia contrahat.

Preter alias penas quas incurrit contrahens in gradu prohibito est ipso facto excomm.us ut in Clem. p.a de Consangu. et affi. Item confiscant.r eius bona ut in auth. de incest. nupt.

Si quis intra gradus prohibitos / In 4.o et 5.o gradu coniuncti non prohibent.r quin inuicem contrahere possint idem dicendum si essent coniuncti in 3.o et 5.o gradu non enim comprehenduntur sub isto decreto, et sic non indigent dispensat.e

Qui se cognouerit carnaliter sine tractatu et cognitione matrim.i uolentes postea matr.m contrahere, et petentes se dispensari in aliquo imped.to si taceant se carnaliter cognouisse, et obtineant ex aliqua causa cam. probata, dispensationes possunt dici obreptitię aut subreptitię et sic nulliter obtinuisse dispensat. ex eo solo quia non narrauerunt cognitionem carnalem.

Spe dispensationis / qd. sit imped.tus prouenit ex consanguinitate et affinitate non aut. ex imped.to pub.ce honestatis, ad quod prohibitio hec non extenditur, sic et indiget noua dispensat.e qui obtinuerit brũs, et eis non presentatis uel quia nuncium habuerit dispensationẽ fuisse obtentam, uel supplicationem datam contraxerit uel se carnaliter cognouerit.

Quod si ignoranter / de petitione eorum qui contraxerunt sponsalia post publicatã tamen confirmationẽ Concilij

Ignoranter id fecerit / Intellige hunc textum qd. subest imped.m cognationis quia alius defectus non tollitur impediret de nouo adhibitis solemnitatibus contrahendi, in hoc uero casu nunquam denuo contrahit.r prout ut sup.a hac eadem sess. cap.o p.o ibi ad sic contrahendum. et arg. c. commissa de elect. in 6. et non solum cum eadem contrahere nõ poterit, sed nec quandocunque cum alia, et sic in penam perpetuo priuabitur facultate contrahendi c. qui propinquas 35. q. 2. et c. transmissae de eo qui cognouit consang. et ibi glos. quia crimen incestus

impediret perpetuo contrahere c. p.º et 2. ubi Doct. eod. tit. quod prohibitionem extendit Hott. eo tit. prope fin. usq. ad 4.m gradum secus esset in casu ad ultima que nec dirimit nec impedit ut per Glos. et Doct. in c. super hoc de eo qui dup. in matr. quod poss.

Si uero solemnitatis / illis qui ignorantes gradum post Kal. May 1564. contraxerunt petentibus dispensationem in locis ubi non esset publicatum decretum de clandestinis matrimonijs censuerunt eam dandam esse gratis hoc uero locum habet in compensationibus non in mercede que soluitur ob expeditionem bullarum.

Probabilem ignorantiam / non dentur dispensationes matrim.les sub pretextu ignorantie decretorum Concilij si hec ignorantia fuit post Kal. May ann. 1564., In supplicationibus aut non exprimantur Kal. May sed tum colligantur ex narratione facta.

Cum ijs qui post Kal. May ignorantes contraxerunt in 3.º uel 4. gradu et allegatum non fuerit publicatum in parochia sua decretum de reform. matrim. dispensari poss.

Placuit quo ad 3.m gradum tm. qui ignorantes gradum non clandestine contraxerunt et in 3.º et 4. gradu si post modum fuerit promotionis iuxta formam Conc. Trid. habetur notitia impedimenti. pro ijs etiam qui in 3.º aut 4.º gradu propter angustiam loci, aut qui non inueniant pares conditionis similiter qui uult ducere in uxorem sibi attinentem pauperem constituendo illi dotem, aut etiam pro sedandis litibus aut discordijs componendis contrahere uolunt uel fuerint cause legime ad dispensandum de contrahendo. dumodo gratis fuerit, et in 3.º maturius procedatur. Illud seruatum est in casibus supptis in matrimonijs per uerba de futuro publicatis precedentibus aut subsequentibus osculis aut per fidei uel manuum dationem que in nonnullis prouincijs uim habent matrimonij contracti per uerba de presenti. Placuit dum humoi

sponsalia contracta sint ante confirmationem Concilij et fuerint procla mata interuenientibus aliquibus iustis actibus et si de 3.º gradu agatur quod possit accipi componendo.

Sed non possunt cogi illi qui contraxerunt ad petendam dispensationem etiamsi matrimonium esset consumatum, et si nollent petere, et uelent resilire, uel alter eorum

Et gratis dispensari potest / gratis expergunt in mercede pro expeditione bullarum.

Gratis adeo dispensationes matrimoniales concedendae sunt, ut et ordinarij quibus illae dispensationes committuntur suum officium gratis prestent adeo ut nec ipse Ep.us aliquid suscipere pro mercede, Not.s uero examinans testes et capiens reliquas informationes 4.am partem aurei seu ducati accipere possit.

Sed litteris uero absolutionum ac dispensationum in foro conscientiae tantum nihil a quoquam accipi possit ut Romae fit.

In contrahentium matrimonijs / Contrahentes in gradibus prohibitis de quibus dubitatur an sint in 4. uel 5. arb.º ordinarij relinquit, sic ut credat illis testibus et probationibus quae ei magis probare uidentur.

Itaque ex causa / Causa est legitima si sponsus non est competens in 4. tantum gradu.

Pro dispensatione in 4. gradu consanguinitatis sufficit quod omni adhibita diligentia mulier cum qua dispensatur non inueniat alium uirum parem cui nubere possit.

S. D. N. ex sententia Congregationis respondit dispensationem subrepticiam obtentam non uideri, cum in supplici libello dictum fuerit de loci Angustia, si modo uerum est omnes in eo loco ubi contrahentes est mulieris uiros sibi consanguineos pares ordinarios quibus nubant inueniri non posse.

Quando dispensatio conceditur ob incompetentiam dotis sufficit quod ista incompetentia sit respectu personarum quae degunt in loco mulieris, ideo si in loco uicino esset aliquis non coniunctus qui mulierem cum sua parua dote acciperet propter hoc dispensatio non uitiatur.

Sess. 24. de refor. matr. cap. 5.

Card.les Congreg.nis Conc. Trid. habent facultatem a Papa declarandi que sunt causę dispensationis matrimonialis, et quo sensu sunt illę accipiendę causa vero dotis non sufficientis est iusta in 4. consanguinitatis gradu, ut dispensari pro cuius verificat.e sufficit si in eo loco in quo mulier habitat ipsam diligentiam adhibeat in perquirendo virum parem a quo cum tali dote in matrimonium ducatur, nec tn̄ inveniat.

Qui contraxerit in 4. aut 3.o gradu, et post confirm.em Concilij antequam tamen illius confirmatio innotesceret potuerunt simpliciter dispensari.

In Civitatibus et aut locis ubi ob civium paucitatem ita ut pauca pars illorum inter se cognatione coniuncta est, ita ut difficile cum alijs matrimonium contrahere possint, hec erit iusta causa cum illis dispensandi in 4.o et etiam quandoque in 3.o

Et gratis concedantur / Gratis adeo dispensat.es matrimoniales sunt concedendę ut et Ord.rijs quibus etc. dispensat.es conceduntur suum officium gratis prestare debent examinando testes et sumendo ceteras infor-mationes Vicarius Ep.i nihil prorsus potest accipere sive pro laboribus in studendo processus, sive pro decreto pro dispensationibus matri-monialibus habitis a S.ta Sede Ap.ca

In 2.o Gradu nunquam / Pius V. declaravit p.o Iulij 1567. ad Romanos hoc intellige de gradibus affinitatis et consanguinitatis Cong.o tn̄ censuit idem in sponsalibus

Queritur an habeat locum hoc decretum in 2.o gradu matrimonij con-tracti, et non consumati ut Papa non dispenset nisi inter magnos Principes, et ob publicam caus.; pro affirmativa dicit.r quod matrim.m contractum per verba de presenti dicitur ratum et effectum sacramenti nec per copulam ei adijcitur aliquid ad essentialem perfectionem sed ad accidentalem tn̄ ut per S. Thom. et Ricard. in 4. d. 41. art. p.o et per Silvestr. quod eos refert in ver. matrimonium p.o n.o 4. et matrim.m 1. n.o 14. Ant. in 3. par. tit. p.o cap. 21. §. 3. Rosell.

in ver. Papa n.º 2. idq. probatur ex iuris regula quod nuptias non concubitus sed consensus facit l. nuptias. ff. de reg. iur. ubi Dec. in princ.º solo enim consensu matrimonium contrahitur. c. cum locus de sponsal. et contractum per verba de pnti prefertur 2.º postea contracto p. sequuta copula c. fin. de spons. duo Sot. in 4. d. 41. ar. 2. Addit qd licet copula adijciat aliquid ex accidenti, tn per matrimonium ratum efficacius impedimentum contrahitur quam per sponsalia, ex quibus sponsalibus oritur Iustitie publ.ce honestatis impedimentum ut sup.ª eadem sess. cap. 3. Et sicut per copulam fit qd sit una caro, ita per matrimonium ratum, per quod contrahitur facultas corporum dicitur fieri una caro, quapropter ex matrim.º rato oritur affinitas in qua sicut in consanguinitate habebit locum pns decretum quia lequiparata sunt Covar. 172 par. c. p.º per tot. et sl. seq. in princ. et n.º 4. fol. ciiij. et seq. ubi plene disputat.

Canonistae aliter tenentes dicunt affinitatem non nasci ex matrim.º nisi secuta copula carnali que representat conformationem carnis inter Christum et Ecc.am et volunt quod ex matrim.º rato oriatur Iustitia publ.ce honestatis impedimentum de quo sup. cap. 3. atq. ideirco intelligunt textum hunc procedere in matrim.º contracto et consumato cuius prohibitio durat usq. ad 4 gradum Archid. in c. unico de spons. in 6. Abb. in c. sponsum de spons. hic dicebant quod in p.º et in 2.º gradu matrimonij rati Papa conuenit dispensare et sine causa, ex potestate absoluta, et cum aliqua iusta causa ut probatur factum per multa exempla ex quacunq. ratione quia ex matrim.º rato non oritur affinitas sed iustitia publice honestatis impedimentum quod est fere affinitati simile ita post Anear. Hostien. et plures alios quos allegant tenent Dec. cons. 112. n.º 3. Fel. in c. que in Ecclesiarum. n.º 26. de Constit. Socin. cons. 201. circa p.m quesitum par. p.ª Paris. cons. 51. n.º 14. lib. 4. Ferret. qui plures congerit cons. 132. n.º 201. post glos. in c. ex publico in vers. consumatum de conuers. coniug. et huic oppinioni ur accedere

cap. 6. eius. sess. de matr. ex quorum dictis infertur quod in 2.° gradu matrimonii rati et non consumati, non est opus dispensat.e quia hodie impedim.tum iustitiae pub.ce honestatis non excedat p.m gradum, fuit quoque opinio Canonistarum cum Bullam Pij V. quae declarativum fuit impedim.tum praedictum de quo supra cap. 3. non procedere nisi in sponsalibus de futuro si ualida fuerint, mihi placet p.a opinio quia Concilium hic loquitur de sponsalibus et proprie loquendo disposita in matrimonio non habent locum in sponsalibus ita Couar. ubi s.a et in p.a par. cap. 4. n.° 4. fol. 174. et quia sponsalia sint in 2.° genere semper tamen sive quo ad mentem, et uerba, sive quoad interpretationem semper sunt de futuro Dec. cons. 360. et tot. Rot. decis. 440. de spons. impub. in nou. et Dec. cons. 601. Denique de frequenti Cong.ne Ill.morum Patrum discusse, decretum per eos fuit cap. 3.° supra eadem loqui de spons. de futuro iuxta bullam praedictam fel. recor. Pij V. Textum uero hunc loqui de matrim.° contracto et consumato quia uerba textus id ita esse ostendunt, de matrimonio aut. rato tamen nihil haberi in hoc Conc.° Trid. sed illud pro ut est de iure esse quoddam maius impedim.tum quam sint sponsalia, et idcirco remittendum eius dispositioni et prudentiae S. D. N. qui pro rerum et causarum uarietate et necessitate prouidebit singulis casibus.

Cum ijs qui contraxerunt in 2.° ante Concilij confirmat.em sub spe dispensat.is obtinend. et praesertim miserunt ad Curiam, atque agere ceperunt paenitentiam salutarem ipsis impositam, uidetur dispensandum esse eo si nulla sit signata supp.a

Cong.° Cardinalium Concilij censuit dispensationem subrepticiam si inter consanguineos uel affines, uel spirituali cognatione coniunctos carnalis copula praecessisset, cuius mentionem in supp.ne non fecissent propterea quod tales consanguinei Affines, et Cognati Spirituales per hanc Carnalem Copulam redditi sint Inhabiles ad contrahendum matrimonium, ex eo quod dicuntur comisisse incestum qui impedit

incestuosos contrahere matrimonium, adeo quod validitati dispensationis
in gradu neccessariam esse de iure expressionem copulę carnalis pro
ut stilus Curię observat.
Facta Relatione ipsi Sanct.mo In Concistorio S.ti suę visum est annueri conces-
sioni istarum dispensationum pro ijs qui carnaliter se cognoverant prout
antea solitum erat, cum ista expressione copulę et si non exprimeretur
quod publica facta esset
Si post impetratas litteras dispensationis ante illarum presentationem et decretum
ordinarij se cognoverint nullis factis aut adhibitis solemnitatibus committitur ordinario quod si
dictę literę dispensationis sibi presentabuntur et causa in eis expressa pro-
balitur legitime coram se et quod oratores post impetratas litteras se cognoverint
dispenset cum eis, iniuncta tamen ipsis salutari pęnitentia propter incestum
arbitrio suo.
Quod si tales contraxerint coram Parocho habita notitia obstante dispensa
tionis et se carnaliter cognoverint committitur ut supra, et additur ut pu-
nito Parocho qui non servata forma Concilij coniunxerit oratores in
matrimonium, et gravius si tunc sciunt illos in gradu prohibito se
attinere, nec litteras dispensationis vidit.
Qui Romam miserint pro dispensatione, et habito nuncio quod literę fuerint
expeditę contraxerint vel se cognoverint, et ita verum est fuisse expedi-
tas, et habere datam ante contractum vel comixtionem dandas esse
dispensationes Cong. Card.lium censuit.
Idem visum est etiam quod litterę non essent expeditę, sed supp.o signata
et ex toto expedita.
Cong.o et censuit dispensationem reddi nullam ex copula precedenti si
de ea non fuerit facta mentio in supp.ne Copulam vero supervenien.
post dispensationem ab ord.o factam non impedit matrimonij vali
ditatem Epus aut ordinarius non habet facultatem in gradibus affi
nitatis seu Consanguinitatis a iure prohibitis contrahentes matri-
monia dispensandi.

Si quis intra gradus prohibitos / Die 16 xbris 1593 in una Caputag. Cong. censuit scriben. Ep.o potuisse locum Ant.m Orem mortua eius p.a uxore accipere in uxorem Joannam q.e fuerit uxor quond. Augustini qui 3.o et 4.o consanguinitatis gradu coniunctus erat cum Diamante p.a uxore Or.is cum tm affinitatis genus sublatum fuerit Ider declarat. Impedimentum humoi hodie non obstare

Idq. ex causa / Nam dispensatio sine causa dissipatio est ut colligi ex Bernard. lib. 2. de consideratione ad Eugenium, cum dicit nos non tam nobis ut ignorem positos nos dispensatores, sed edificationem non destructionem, ubi necessitas urget excusabilis est dispensatio ubi utilitas provocat, dispensatio laudabilis est utilitas dico co.is non propria, nam cum nihil horum est non plane fidelis dispensatio sed crudelis dissipatio est.

Quamdiu in potestate Raptoris manserit / Olim non poterat Matrimonium contrahi eadem die vel subsequenti Ferret. cons. 79. n.° 71. et per hunc textum corrigitur ius commune in c. accedens de raptor. non enim sufficit consensus raptae donec est in raptoris potestate, ut hic, quod aut matrim.t metu iusto contracta sint nulla vide per Nauar. in manu. cap. 22. n.° 90. et seq.

Sint ipso iure excomunicati / An quarumlibet mulierum raptores qui non id circo rapiunt, ut eas in uxorem ducant, sed ob aliam causam sint ipso iure excom.ti per hoc cap. visum fuit multis ex Ill.mis non comprehendi nisi eos qui rapiunt ut in uxores ducant, contra Nauar. cap. 27. n.° 150. quomodocunq. sit, fuit decisum per Sacram Cong.em Raptores ob aliam causam quam ut uxores ducant comprehendi a Conc.° propter eandem vel maiorem rationem, et constitutio ad poenalis tali casu extenditur.

Sess. 24. de reform. matr. cap. 7.

Ne hoc genus hominum vagantium / Non dicitur vagans illa mulier quae per octo annos in una eademque terra habitavit.

Parochis aud. Perceperit / Et si contingat contrahentes alienigenas esse et a modico tempore ibi habitantes, cognito quod non sint de comprehensis inter Vagabundos proprius Parochus ad contrahen. is est in cuius parochia contrahentes habitant tempore quo contrahunt.

Quod si Parochus re non diligenter examinata et sine Ordinarii licentia matrimonium inter personas huiusmodi contrahi fecerit Matrimonium quidem validum erit, sed Parochus poenas meret. ex congregationis sententia.

Gravè peccatum est / Per hoc decretum non tolluntur aliæ penæ a iure com. vel a statutis sinodalibus cont. concubinarios inflictæ neque alias cont. eosdem modus procedendi nisi vellet illos ord. excomunicare, et tunc forma hic prescripta servanda esset.

Concubinas habere / De Clericis incontinentibus vide Sess. 25. c. 14.

Statuit huiusmodi Concubinatus / Navar. in manua. cap. 16. n.° 10. et cap. 3. n.° 9. querit que et quando dicatur Concubina et refert verba huius text. per que videtur quod cognitio causarum Concubinariorum sit fori ecc.ci et tamen requiratur monitio fallit tamen in notorio concubinatu Diaz. in pract. cum cano. cap. 73. in fin. Item fallit quod per capitula sinodalia que quotannis promulgantur precessit monitio et quecunque quoad penam statuta sunt in clericos, dic habere locum in laicos Diaz. ubi supra, quibus adde quod Concubinæ Clericorum sunt fori ecc.ci 32. dist. cap. eos. qui refert. in quis. in ver. forum. ver. concubinæ fol. 3701. Abb. in c. ut clericorum. n.° 7. de vita et honest. Clerici. Ancar. cons. 195. et quod hoc delictum sit mere ecc.cum et cognitio pertineat ad Iudicem ecc.cum tenet Abb. in c. cum sit generale. de for. com. ubi dicit esse coem opinionem Berond. de concub. fol. 304. n.° 7.. refert Iul. clar. in §. fin. q. 37. vers.° p.° quare licet concubinatus de iure civili sit permissus l. p.° ubi glos. Bar. de concub. secus de iure Canonico propter peccatum fornicationis Afflict. de fil. nat. et matr. con. n.° 3. in quo sequeretur magnum inconveniens ex quo liceret Laicis impune retinere Concubinas l. ecc.ci non possent quod magistratibus secularibus non licet.

Quod si Concubinatu / etiam cum diversis Concubinis.

Ab ordinario severè / Ita Archiepiscopus Mediolanensis qui Adulterum condemnavit ad scuta 50. que pijs locis fuerunt applicata, non tamen factis monitionibus ut in hoc capite continetur contravenerit statuto

Sess. 24. de reform. matr. cap. 8.

Concilij. Congreg.° censuit Conc.^m non sublatum alias penas contra Adulteros, et hi quod non male gessisset

Extra Oppidum vel Diocesim / An Mulieres que cum Adulteris et Concubinarijs publice vivunt possint ultra exilium alijs etiam penis contra adulteros inflictis cumulatim ex hoc capite puniri; Congreg.° censuit posse; quia Conc.^m non tollit penas impositas a Iure comuni ut in Ioan. c. petat.

In suo robore permanentibus / Sed non tolluntur privilegia concessa Religionibus de habilitandis illegitimis ad dignitates et gradus illarum.

Cuiuscumq. gradus dignitatis et Conditionis] S. C. H. Greg. xiij. declaravit non comprehendi privatas personas sed tantum supremos Dominos temporales et magistratus cuiuscumq. gradus dignitatisq., ac in personalibus fiat extensio de Dominis et Magistratibus ad privatos. quod intellige ex hoc textu Concilij procedere, secus est de iure com. ut Navar. in summ. cap. 27. nº. 140. et com. 54. fol. 499. et in Manu. volg. delle Censure fol. 1090. vers. de Santta Synodo.

libertatem] Matrimonium libertatem omnimodam requirit L. titio. §. idem respondit. ff. de verb. oblig. Decio. in L. 1. cum dote. §. eo aut tempore ff. sol. matrim. et post alios Dec. in c. cum Matrimonij de offic. deleg. nº. 24. et ibid. Felin. nº. 234. Navar. in sum. cap. 22. nº. 90.

Sess. 24. de reform. matr. cap. 10.

Ab Adventu / Quocunq. tempore matrimonium contrahi coram Parocho, sed nuptiarum solemnitates convivia, traductio ad domum, et carnalis copula prohibentur. vide c. capellas. de fer. ubi glos. in uer. quocunq. et Rebuff. in reg. de dispens. in gradu prohib. n.° 55. fol. 997. quod intellige ut prohibita sint convivia, et solemnitates, ne carnaliter coniungantur, ceterum sponsalia et de praesenti non prohibentur. sed Nauar. ex mente S. Thome tenet solum prohibitam esse benedictionem et traductionem. Caiet. in sum. uers. nuptiarum pecc.a Siluest. in uer. matrimonium 7. q. 2. copula uero absq. solemnitate nuptiarum, et absq. traditione solemni non prohibetur ut ff Nauar. in manua. cap. 22. n.° 21. contra nonnullorum sententiam Couar. vide in 2. par. c. 01. § ii. n.° p.° in hoc corrigitur cap. capellas de ferijs Incipiebat enim a septuagesima usq. ad Pentecosten.

Quoniam vero in sumendo / quae forma fuerit servata colligitur ex Lateran. 3. sub Leone x. sess. 9. in bull. reform. cur.

Ac professione fidei ab eo facta / Professio fidei ab eis emittenda est iuxta Bullam Pij 4.ti Iniunctum nobis & publicatam die 9. xbris 1564.

Hoc decretum extenditur et ad provisos de Monasterijs Conventibus, domibus, et alijs quibuscunque locis regularibus quorumcunque ordinum et militiarum quocunque nomine vel titulo.

Idem Pius 4.' per aliam Bullam ad hanc fidei professionem teneri voluit etiam doctores Magros Regentes et alios cuiuscunque artis et facultatis professores, sive Clerici sive Laici sint, vel cuiuscunque ordinis regulares qui docere vel promoveri et supra voluerint.

Ordinarij eorum locorum ubi studia vigent negligentes hanc fidei professionem exigere puniendi sunt, de forma faciendi processus et Inquisitiones ex praecepto Concilij Trid. super promovendis ad Regimina Ecc.arum Cathedralium et aliarum superiorum seu monasteriorum atque ad ceteras dignitates de quibus in Concistorio providetur vide bullam Gregorij xiiij incipien. Onus Ap.ce servitutis & publicatam Idibus Maij 1591. quae hodie maxime observatur.

Et dilectissimos filios Cardinales / Regitur in Ecc.a eorum cons.o sicut ostium cardine glos. in c. 2. de offic. Archid. Anear. in c. ad liberam de Iud. sunt enim Cardines Mundi super quibus universi orbis machina sustinetur et volvitur Gondis. in tract. de Card. par. pa 2. q. p.a et in 2. q. 01. Idem universi regendi pondus sustinent Soc. cons. 99. lib. 4. et dicunt esse Iudices universi orbis Felin. in Rubr. de maio. et obed. n.o 2. In peragendis Vniversalis Ecclesiae negotijs summo Pontifici Coadiutores assistunt. c. per venerabilem §. rationibus qui fil. sint legit. c. fundam.ta §. decem de elect. in 6. et cum in Dei Ecc.a Principatum summum obtineant merito

Sess. 24. de reform. cap. p.

Cardinales ob id Principes nuncupantur glos. in d. c. 2. de offic. Archid. Rom. cons. ult. His de causis requiruntur in eorum assumptione qualitates quas in Epis requiri scripsit hec S.ta Synodus, et ad id facit quod concludit post multa Alban. in tract. de Cardin. q. 01. post Beatum Anthoni: in 3. par. sume tit. 21. et post diuum Bernardum de Consid.ne

Excellibus corri-

Excessibus corrigendis / Non tamen de puniendo ipso Metrop.no quia cum sit caput eius Concilij non potest in eo puniri Abb. in c. grauaminis de preben. quo uero ad causas Epor in Concilio terminandas distinguit.r in eadem sess. cap. 5.

Nec Synodo Provinciali licet imponere onus dignitatibus, quod quis nisi graduatus non possit eas obtinere sine Sanctae Sedis Ap.cae auctoritate ex Congregationis sententia.

Quare Metropolitani / Idem esset si legatus Sedis Ap.cae uellet in ea Provincia conuocare Conc.m quia in Provincia maiorem habet potestatem quam Metrop.s c. si Abbatem. et c. quod translationem de offic. deleg.

Metrop.ni negligentes conuocare Conc.m provinciale a Summo Pont.e excitantur.

Metrop.s qui ex aliqua causa Conc.m hoc ad scriptum tempus celebrare non potest a summo Pontifice solet dispensari.

Epus antiquior / Suffraganeus antiquior Metrop.no impedito debet conuocare Conc.m provinciale, et in ceteris uice d. Metrop.ni fungi prout decernitur c. 2. sess. 24. de reform. Et non Epus qui non est Suffraganeus sed exemptus et Ap.cae Sedi immediate subiectus licet in Conc.o Provinciali per Metrop.num dum uiueret cellebrato iuxta formam huius cap. 2. elegerit d. Metrop.m cuius Synodo interesset, et tum in omnibus d. Metrop.ni Suffraganeis antiquior esset ac in Conc.o Provinciali supra omnes Suffraganeos sederet.

Quolibet saltem Triennio / ob distantiam Epor Comprovincialium hoc triennij tempus ad Conc.m celebrandum usque ad sextum annum a Sede Ap.ca prorogatum, fieri autem debere de trienio in triennium huiusmodi Conc.m Provinciale statuit Lateranen. 3. sub Leone X. sess. X. in bulla R. Conc. teni.

Synodum in Provincia sua cogere / Et ad Archiepum spectat electio loci celebrandi Sinodi provincialis, cessantibus tamen impedimentis iustis et accedentibus commoditatibus necessarijs probauit Cong.o Concilij Metrop.nam Ecclesiam non esse relinquendam.

Decreta que in Concilijs Provincialibus concluduntur, publicari non debent inconsulto Romano Pontifice, mittantur autem ad Sedem Ap.cam Diocesanas Synodos Laudandi sunt.

In Concilijs Provincialibus attenden. est in precedendo Epos tempus ordinis sui aut dignitatis Ecc.riae vel eaz. ordo et preminentia.

Commendatarij Monasterioz. siue Abbatiaz. cum Concilijs Provincialibus inter Abbates sunt recipien. Can.ci Cathed.lis Ecc.ae preferendi sunt quando capitulariter procedunt extra hunc casum Abbates titulares vel habentes usum Mitre debent precedere; Commendatarijs post hos locu obtinent dignitates et post dignitates collocandi sunt Primi Ecclesiaz. Cathed.lium qui tenentur venire ad Conc.m Provinciale exempti et Abbates eiz. nec ij et qui de iure et consuetudine interesse debent, Capitula tamen Cathed.lium Ecc.arum Epatur inuitanda et ad observantiam decretoz. Concilij Provincialis oes sunt obligati, qui Epoz Iurisdictionem subduntur exempti et in casibus quibus a iure Coi et Concilij Trid.ni decretis Epatur Epus aut Concilio Provinciali in ipsos tributa est contra Inobedientes iuris remedijs proceden.

Et alij qui de iure [illegible] sunt isti presbr Epos disputatur a Doctor. in c. graue, de preb. et in c. fin. de his que fiunt a prelat. sin. cons. cap. uide Thom. Michel. in tract. de habend. Conc. provinc. fol. 61. et seq. qui concludit non solum Epos cum Metropo.no sed aliquos selectos presbros esse admittendos non modo ad tractatum sed et ad statutum fuit c. sicut olim de accus. prope fin. ibi et alios ex subsequens. sed quesitum fuit cui Sinodo debeat accedere Inferior Epo qui non solum est exemptus, sed est nullius et habet districtam plebem, et ipsemet conuocat Sinodum et per quoda Preposito qui elegerat sibi Metropo.num potius quam Diocesanum Synodum, fuit responsum quod bene fecerit qui

Tex. in c. 9. ead. sess. cogit ire ad vicinorem Epum, quo ad visitationem tantum, non aut quo ad Synodum.

Nec Epi Comprovinciales / Epi Provinciales non tenentur accedere ad suam Metropolim nisi ut intersint Synodo Provinciali non obstan. aliqua in contrarium consuetudine, ut Censuit Cong.o

Epi Comprovinciales ex decreto huius Capituli non tenentur nec personaliter accedere nec procuratorem mittere ad prestan. obedientiam Metropolitano suo nullaq. consuetudo etiam immem.lis obstat.

Abbates Comendatarij Cap.tum deputati circum ducturi et consultivam in Concilio Provinciali habent, Eorq. procuratores possunt et decisivam habere si Concilio Provinciali placuerit.

Epi in Synodo sunt Coniudices cum Archiepiscopo, et statur maiori parti Eorq. ut per Dott. in c. graue. de preben.

Archipresbiter nullius Dioc. pot aliquem Metropolitanum eligere atq. eius Sinodo Provinciali se subijcere non obstan. contradictione cap.li d. Archipresbyteratus

Ibidem Epi / Non solum Epi exempti tenentur elligere ut in hoc decreto verum et Prelati inferiores qui hanc electionem liberam habent. et si eorq. capitula contradicerent, que Capitula tenentur ad observantiam decretorq. in Conc.o Provinciali editorq. sicut ipsi Prelati Eligentes.

Quesitum fuit An hic Tex. procedat in Capitulis exemptis quorq. tamen Prelati subsunt certo Epo, et an huiusmodi Capitula exempta debeant observare decreta illius Concilij Provincialis cui interfuit Morq. Prelatus non exemptus, Responsum fuit affirmative quoad utrumq. quia Conc.o non Capitulum sed Prelatus accedere tenetur d. c. 2. et tot. c. sicut olim. de accus. nihil ergo habet comune cum Conc.o exemptio capituli presertim cum videamus hoc eodem decreto cogi omnes exemptos inferiores accedere ad Sinodum Diocesanam sine etiam sequeretur absurdum quod capitula huiusmodi nulli Synodo

subijcerentur et ita censuit Sacra Congr.ᵒ sub die 4. Aprilis 1595.
Electio facta semel ab Ep̄o exempto de Metrop.ⁿᵒ ligat eius Successores, ut etiam in alijs Prelatis nullius Dioc. ut in ead. Sess. c. 9. et seq.
Qui nulli Archiep̄o subijciuntur §. Hoc decretum non habet locum in Ep̄is qui sunt in Provincia Romana, velut qui sunt inter Campaniam et Pisanam de offic. Deleg. c. tua et clarius habetur qui sunt isti in Provinciali Cancellarię Ap̄ .ᶜᵉ
Vicinum Metrop.ⁿᵘᵐ §. quem solus Ep̄us et alij superiores Ecclesiarum absq. consensu Capli et Cleri immo ipsis contradicentibus, et aliam electionem facien. eligere possunt.
Ep̄us exemptus qui Metrop.ⁿᵘᵐ semel elegit ut eius Provinciali Synodo interesset, non potest ab eodem Metrop.ⁿᵒ cogi nec compelli ad constitutiones in ea Synodo editas observandum. Sic Congr.ᵒ censuit, et hoc ratione exemptionis nam Conc.ᵐ loquitur tantum de interessentia, In reliquis vero servat exemptionem
Semel eligant §. et talis electio ligat successores ut dicit Congr.ᵒ die 8. Aprilis 1595. electio semel facta ab Ep̄o exempto de Metrop.ⁿᵒ ad cuius Synodum conveniat ligat successores similiterq. ligat successores electio facta a Prelatis nullius Dioc. pro visitationibus.
Provincialem Sinodum, semel eligens Ep̄us exemptus ad eundem Metropolitanum semper accedere tenetur sub eisdem penis ac si exemptus non esset.
Capitula et exempta et immediate Sedi Ap̄ .ᶜᵉ subiecta tenentur ad observantiam decretorum illius Concilij Provincialis ad quod eorum Ep̄us accessit.
Ep̄i qui sunt in provincia Papę tenentur sinodus facere si aut accersiant.ᵛ Romam ad celebrandum Concilium Provinciale.

Observari faciant / fuit declaratum hec verba intelligi ut unusquisque statuta in Sinodo Provinciali observet et observari faciat in sua Diocesi.
In reliquis omnibus / Et sic non remanet pro ut de iure statutum fuerat ut Archiepiscopus possit visitare suo arbitratu non modo Diocesim suam sed totam Provinciam c. pº. de censib. in 6. quia per hec sequentia prohibetur id facere sine causa cognita et probata in Concº. provinciali nec habet amplius locum glos. in c. sicut venire de excess. Prelat. in ver. attentare.
Quot annis celebrentur / Episcopus legitimis de causis impeditus potest celebrari facere Sinodum Diocesanum in eius absentia per procuratorem aut Vicarium suum generalem cum sufficienti mandato cum hic Concilium loquatur impersonaliter.
Synodo Diocesane, omnes curam animarum exercentes interesse debent, et in Constitutionibus faciendis non est requirendus consensus et approbatio Cleri, sed tamen consensus Capituli sed non necessario sequendus preterquam in casibus reliquis a iure expressis ita censuit Congregatio sub die 24. Martij 1593.
Scribantur litteræ Archiepiscopo Panormitano de Sinodo, ut ne coniunctus cum alijs Episcopis sed unusquisque separatim suam celebret Synodum ex Conc. Trid. decreto et licet in Pontificali Romano legatur quod Constitutiones que in Sinodis fiunt per verbum placet approbari debeant, hoc tamen non procedit in Synodo Diocesana et nihilominus consensum Capituli inqui rentis non autem necessario sequendum. nisi in quibusdam casibus in iure expressis.
Abbates ut Presbitri interesse debent Synodo Diocesane cum de anti reformatione agitur Henr. Bott. de Sinodo Episcopi par. 2. nº. 4. Capitula vero Eccl. interesse debent Concº. Provinciali ut in c. fin. ubi glos. de his que fiunt a Prelat.

Ad quas exempti et omnes, ff. per c. ut apostolicae, ubi glo. et Doct. de privil. in 6°. nisi tales fundent se susse consuetud. imm.^li non autem privilegio, quia eo casu non tenentur venire ad Synodum ex quo iste tex. non derrogat imm.^li sed tenetur probare hanc immem.^lem ex tempore nimium aut ex privilegio, quod est difficilimum, et ita censuit Cong.^o in una Cremonen. inter Epum et Praepositum S.^ae Agathae die p.° Aprilis 1574.

Etiam Rectores qui nullius sunt Dioecesis tenentur accedere ad Synodum Dioecesanam illius Epi qui tamen proximior potest illas Eccles. visitare ex decreto Concilij cap. 9. sess. eadem. quia cum Eps habeat visitandi istos Parochos frustra viderentur visitari nisi prius ad Synodum vocati et instructi essent eorum omnium quae scire eos opportet. Aliqui tamen dixere quod cap. 9. insinuauit tantum ius visitandi, quod est longe diversum a iure cogendi ad Sinodum.

Exempti omnes ad Synodum Dioecesanam venire debent si exemptioni cessante interesse deberent, et Capituli generalibus subditi non sunt, et quod de Dioeces. sunt exempti, omnes ad Sinodum Dioecesanam accedere tenentur immemorabilis tamen consuetudo eos excusat.

Ratione tamen Parochialium, ff. Obtinentes Benefitia in una Dioecesi vel Civitate cum tamen ipsi in alia habitent tenentur ad Sinodum Dioecesanam illius Epi accedere cuius subiecti sunt, eiusque leges observare et Cong.^o Censuit Abbates, aliosque Regularium superiores quorum Monasterio cura animarum personarum secularium incumbit, et per Vicarium amovibilem exerceri convenit teneri accedere ad Sinodum Dioecesanam.

Qui illarum curam agant, ff. Et si Instit.^o vel nominatio ad alios pertineret.

Quo Epi omnes et alij] Die 19 decembris 1596. Congr.o censuit Cap.m Colleg.ae qua[m]vis Epalem iurisd.nem habeat. ad Sinodum Diocesanalem esse vocan[dum].

Sinodo quoq. Diocesanae] Die pr.o Julij 1597. Congreg.o censuit Epum in Sinodo Diocesana posse constit.a facere absq. consensu et approbat.e Cleri, debere tamen eum exquirere consensum Capti licet non teneatur illud sequi nisi in quibusdam casibus a iure expressis

Sedendum, quo ad ordinem Epis Abbatibus, ac reliquis in Sinodo provinciali vide resolutionem a Congreg.ne factam supra sub cap. 3. sess. 24 de reform. matr. p[er] errorem posita.

Sess. 24. de reform. cap. 3.

Propriam Dioecesim ſ Etiam L. Ecclesiae sint exemptae. Sed tunc ꝑ se ipsum tantum ex c. 4. Sess. 6.

Per se ipsos ſ Si Epus in Provinciali Synodo fuerit accusatus de negligentia in observando hoc visitationis munere a Summo Pont. alter Epus datur delegatus qui de huiusmodi negligentia se informet et referat.

Fuit dubitatum an liceat Epo in visitatione monere homines ꝑ edictum sub excommunicationis poena ad revelandum ea quae sciunt contra Capitares, et alios qui correctione et emendatione indigeant, et fuit resolutum non licere et allegatur inter alios Socc. in tract. de visit.

Per suum Generalem Vicarium aut Visitatorem ſ comprehenduntur etiam exempti qui ab Epis visitandi essent, ut Epis legitime impeditis possint visitari a Vicarijs ut hic secus si Epus vellet ex c. 4. Sess. 6. visitare tunc enim non potest nisi personaliter id agere

Aut Visitatorem ſ Et ut delegatum aplicum in Sess. 24. cap. 10. et debent inspici loca visitanda et ad ea accedere personaliter Pannuin. de visit. par. 2. q. 6. et 7. et per glo: in extravag. vas electionis in ver. per alium. ꝑ c. Deus omnipotens. 2. q. 1.

Non praetermittant ſ Ergo tenentur visitare ꝑ c. conquerente de off. ord. Pannuin. de visit par. pa. q. 9. Et si omittant peccant per c. placuit. et c. Epum. xi. q. 3. Fuscus de visit. par. p. c. 1. no. 7. ver. quero. Alphons. de Alvar. in suo tract. c. xi.

Archidiaconi autem ſ Dum Archid. iurisdem exercet, si ipse vel eius ministri quidquam iniuste vel perperam egerint Ord. in eos animadvertere debet.

Cong. Censuit Archidiaconus dum visitat percipere fructus Archidtus cum sit absens pro servitio Ecclesiae et ex Praecepto Papae

Assumpto notario ſ Verba haec quibus dicitur quod Archidni subd. et alij inferiores in sua visitatione debent assumere notum de Epi scripti contentum, locum non habent in Abbate regulari.

Per se ipsos tantum / si iurisdictio illorum Inferiorum versaretur solum in videndis rationibus et Consensus leeras substitutus possent id munus implere.

Archid.ni autem / An illa lex comprehendat Abbatem mon.i quod est Archimandritatus ordinis S.ti Basilij qui ab imm.li tempore exercuit Iurisd.em Spiritualem et temporalem in Parrochos et Parrochianos privative ad Episcopum. Dic quod non, quia loquitur de secularibus non autem de Regularibus, praeterea illa verba alij Inferiores referuntur ad expressa, cuius modi sunt Archid.ni Decani, et qui subduntur Epo lege iurisd.ni et Diocesana arg. c. conquerente. et c. dilectus. de off. ordin. Illi vero habent dignitatem maiorem 16. q. 9. cap. deinceps et sic venit appel.ne Diocesani Abb. et Doct. in Clem. Diocesani. de vit. et honest. Cleric. praeterea Textus hic non derogat consuetudini praesertim immem.li cui expresse derogari oportet. ut not. in ead. sess. cap. 4. et ita censuit Sacra Cong.o die 5. Maij 1575. per Ill.mo D. Card.li S. Severinae Archimand.a Abbati Carbonis, et sic illa verba limitantur non procedere in Abbatia regulari.

De Consensu Epi / subsistit Cong.o hunc consensum requiri quo ad notarij assumptionem tm quem solus Epus assumere poterit arbitrio suo cum ipse visitat, nec debet adhiberi not.s Capli et si visitetur Capitulum vel procedatur ut in sess. 25. cap. 6.

Assumpto Notario / Congreg.o censuit quo ad visitationem Cap.li Cathed.lis servandum esse eum ordinem quem praecipit Conc.m Trid.m in sess. 6. cap. 6. si modo cap.m exemptum sit ab ord.o quod si illi subiectum sit, tunc servandum esse ordinem istius Lex. ubi de not.o depositione Testium, ac de actis expresse dispositum est.

Visitantes etiam / Hoc decretum quo cavetur Visitatores a Capitulo deputatos approbandos esse ab ordina.o vendicat sibi locum etiam ubi soli Capitulo absque Epo competit facultas visitandi.

Queritur an Seruatis seruandis, legitimo visitat. Capitulum habens ius visitandi, possit ab Epō qui ex hoc decreto potest et vult visitare cogi ad purgan. coram eo suam innocentiam, Et an punitus ab Epō possit puniri de nouo ab isto Capitulo visitante, Respond. negat. quia non debet quis pro eodem delicto pluries puniri non n. iudicat bis Deus in idipsum, quod ampliatur et si eodem tempore plura delicta quis comitent per tex. cum glos. in l. nunquam plura delicta de priuat. delict. preterea pro eodem negotio coram diuersis iudicibus quis trahi non debet. c. ex tenore de rescript. et frustra Capitulum haberet iurisdnem visitandi si quecunque fecisset firma ad remanente, Et si concedatur quod uno anno possint plures et diuersi visitare intelligen. est quo ad ea que visitatione indigent, non autem quo ad iam correcta et emendata, ne addatur afflictio afflicto, Et si plures visitent simul eodem tempore is unus ex eis admittitur qui prefertur, Et si coram unico causa agen. est Pannin. de visit. par. 2 q. 4. per totum, Bal. cons. 3. lib. 4. et cons. 291. eod. Paul. de Castr. cons. 15. lib. pº quod ampliatur et si semel fuerit punitus minori pena quam debuisset Bal. cons. 34. in fin. lib. pº hoc tamen limitatur et declarat. ut per Iul. Clar. §. fin. q. 57. vers. dictum est in prax. crim.

Ubi Capitulum ius) Sin sede vacante Capitulum visitet, ex hoc decreto in quod non regulariter, nisi adhuc habeat priuilegium ad quod facit glos. in Clem. pª de heret. Alphon. Aluar. in specul. cap. XI. licet alij contradicant quia Capitulum succedit in iurisd. Episcopi c. fin. de supplen. negl. Prel. iuncto c. si Epus. Pannin. de offic. Cap. sed. vac. par. pª q. 1. et 2.

Sed non ideo Epus) Si Epus possit iterum visitare Eccl.as visitatas ab Inferioribus, ut hic non potest tamen iterum punire punitos ab eis

nec ab eis absolutos cogere ad innocentiam suam demonstrandam.

Bonos mores tueri, pravos corrigere / An Episcopus visitando non possit aliquod crimen corrigere, et punire, sed solum monere et corripere, Congregatio censuit posse.

Per hec verba reservari videtur istis visitatoribus ius corrigendi et cognitio causarum criminalium visitando quod alibi eadem sess. cap. 20. vers. ad hec videtur correctum, cum interdicta sit eis cognitio causarum criminalium, sed visitando solum illud procedit in arduis hoc in levibus, nam ista differunt, ut per Abb. in c. ad hoc de offic. Archid. in ver. que dicuntur ardua, vel dic quod hodie corrigere possit, et de omnibus etiam arduis cognoscere ex vi huius verbi corrigere. c. irrefragabili §. excessus de off. ordin: dumodo non ordinariam penam infligat sed ea que magis emendationem morum respiciat, olim erat emendatio potius quam correctio. c. inquisitionibus de accus. et visitando hanc solam exercere possit etiam in Capitulares glos. in c. ad nostram. de Appell.

Ad fidelium fructum constituere / Ergo visitatores possunt condere statuta pertinentia ad reformationem eius rei que visitatur quia visitatio est de lege iurisdictionis c. conquerente. et c. dilectus. de offic. ordin. Bannuin. in tract. de visit. par. prima q. i. n. 05. qui vero habet iurisdictionem potest condere statuta. Doct. in l. imperium. de iurisdic. omn. iud.

Que ut facilius felicius succedant / An Episcopus teneatur suam visitationem concludere intra certum et determinatum tempus iuxta latitudines sue diocesis, et multitudinem locorum et personarum visitandarum. Congregatio censuit nullum certum tempus fuisse ~~prescriptum~~ sicum a Conc. sed id relictum arbitrio Episcopi, debere tamen esse moderatum et discretum

De uno [illegible] duos dies ad ut tract Soc[illegible] nihil n. 27. [illegible] die tamen est [illegible] inter cetera.

Sess: 24. de reform. cap. 3.

Item censuit in visitatione servandum esse eum ordinem quem precribit Conc. sess. 6. cap. 4. et sess. 25. cap. 6. si modo Capitulum exemptum sit ab ord.º quod si illi subiectum sit, tunc servandum ordinem positum sess. 23. cap.º 3. ubi de not.º et depositionib. testium, et de actis dispositum est.

Epus etiam dum visitat debet visitationem continuatim prosequi neq. ad extraneos actus divertere, sed quamprimum legitimo impedito cessante ut perficiatur incumbere.

Ancolettis contenti Equitatu / Olim decreto Toletano Conc. cap. 5. cautum ne Prelatus pro multitudine onerosus esset, et amplius quam una die p unam quamq. basilicam commorandi causa licentiam nõ habeat sed in c. cum Apostolus de censibus 30. equitare conceduntur Epis, q̃d hodie onerosum esset, et subditi non tenerentur parere si hij ea hoc decretum grauarent.ʳ c. cum ad quorundam de excess. Prelat.

Iterum Caveant / Per decretum hoc quo prohibetur Epis ne preter victualia quidquam accipiant procurationis causa seu visitatione et testamentorum ad pios usus alio quovis nõie non censet.ʳ sublatũ Cathedraticum, quod singulis annis exigi solet ab ord.ᵒ tam in visitatione q̃ extra. Ita censuit sacra Cong.ᵒ facit glos. c. 2. ver. visitationis de cens. in 6. et glos. in c. finem et c. inter cetera 10. q. 3. c. conquerente de off. ordin. melius tñ facerent si Cathedraticum extra visitationem exigerent.

Quicquam procurationis causa / Procuratio olim debebat.ʳ ratione visitationis nec solvebat pecunia ut omnes doct. concedunt in c. ex fr.º ver. procures de cens. in 6. et licet glos. in c. cavendum. ver sumptus 10. q. 3. teneat quod ex gratia potius quã ex cura peti possunt, tamen est reprobata ut ibi in addit. notatur, hodie restringit.ʳ p Conc.ᵐ procuratio ad victualia tm̃ nisi sit

consuetudo etiam nihil accipiendi, ut hoc textu decernitur.
Hinc orta Controversia inter Equites Hier.nos et aliquos Epos An ipsi Epi visitantibus liceat exigere procurationem, fuit resolutum negative, quia duplici onere grauarentur, si ab Epis et suis Preceptoris visitati, utriq. procurationes seu victualia subministrarent, presertim cum visitatio aduersus eos sit nouo iure introducta, et ita sub Pio V. de illius sententia decreuit Sacra Congo. die 6. octobris 1570.
Epus re ipsa non visitans, nihil procurationis causa exigere potest.
Nec ipsi aut quibus ipsorum § Nec Not. seu Canc. Epi possit quicquid ab ijs qui visitantur pro decretis et ordinationibus spectantibus ad visitationem, nec pro rogitu seu scriptura laboreue suo percipere.
Exceptis tamen victualibus § Extant consuetudini ut Epo Dioecesim visitanti a Laicis victualia ministrentur; Vicario autem visitanti ab ecclesiarum Rectoribus; An huiusmodi consuetudo attendenda sit?
Ad pm. Congo. censuit si Laici sponte perseuerent in ista consuetudine eam seruandam esse; Ad 2m. deberi prestari ab ijs Clericis qui visitantur seruata tamen forma huius decreti; victualia hec debentur ab eis qui visitantur, aut ab ijs qui consueuerunt procurationem prestare quod quandoque contingit in communitatibus locorum.
Preter id quod ex relictis pijs § Epus possit ex consuetudine exigere veluti trigesimam ex relictis pijs ratione visitationis testamentorum. Secus vero si in testamentis nullum esset relictum pium.
Sit tamen in optione § Si procuratio de iure prestanda non fuisset c. officij. ubi Glos. et Abb. no 3. de Censibus c. perpetuis eo tit. in 6. bene tamen poterat prescribi quo ad modum soluendi scilicet in pecunia vel in victualibus, ut ibi Fel. in d. c. officij sed hodie absque prescriptione. Per hec verba iuncto c. filius eo tit. lib. 6. et in electione

populi si malit pecuniam consuetam afferre vel victualia, et nota per procuratores non exiguntur quasi pretium correctionis sed quasi debitum stipendium S. Thom. 22. q. 100. art. 3. ad 3.m eritq. species correctionis iuxta textum singularem in c. ad nram de appell.

Si Archid.s ad quem spectat visitare nihil aliud habeat quam certam pecuniarum summam quam ex visitat.e consequitur per hanc formam ea omissa cogatur victualia tm recipere, videbatur quod licet hec verba, tm ex mente huius legis non videbatur ei tollere id quod pro portione Archid.tus et pro victu sibi constitutum est quare Ill.mi S. declararunt hunc casum esse ommissum a Conc.o et propterea referen. S. D. N. sub die 10 Maij 1576.

An ptam victualia subministrare / Si ex consuetud.e populus submittitant victualia Epo visitanti potest servare consuetudinem Ecc.e ubi tum si populus non conqueritur, laudabile tm est ut Epus minus illum gravet. Si vero Populus submittebat ante Conc.m singulo triennio Epus non debet exigere si singulis annis visitavent nisi pro tempore quo ante prestabat.

Epus exiens per villas et oppida si Sacramentum Confirmationis tantum conferat a nemine est procuran.

Epo Chrismatis sacr.m conferendi causa ad loca sue dioc. accedente Laici vel Ecc.arum Rectores ad illius expensas non tenent.r

Iuxta Constitutionem / c. exigit. de censib. in 6.

Et fabricarum redditus / Sine dubitatur ita esse. Epo. procederet tm in fabricis Iuris patronatus, an aut et in reliquis, et fuit visum quod Concil.m venit ampliando potestatem Epi, ita ut quod ipsi licebat de iure comuni in fabricis liberis c. 1. ubi

Abb. in fin. et c. de his. de eccles. edif. c. decrevimus n.º 9. q. hodie liceat etiam in fabricis Iuris patronatus, ne inducta ad augmentum videantur operare diminutionem de quo vide Paul. de Citta. in tra. de Iur. patr. art. 5. n.º 3. Tom. 4. fol. 2013. Et ita censuit Sacra Congregatio die 14 Aprilis 1575.

In fabricis quae non sunt de iure patronatus a fortiori decretum hoc habet locum, nam eorum redditus arbitrio Episcopi in usu ecclesiae sunt exponendi.

Sed Epi ipsi haec faciant / Capitulum enim praetendit quod Epus sine adiunctis non possit visitare corpus Ecclesiae Cathedralis, Sacramentum Sacristiam, Reliquias, Vestes, Ornamenta, ceteraque ad cultum divinum destinata, nec Cappellas Capellaniarumque dotationem, Anniversariorumque Institutiones, aliaque pia opera, nec res aut bona d.e ecclesiae eiusque fabricae. Congregatio censuit posse sine adiunctis de quibus Sess: 25. cap. 6.

Prout magis expedire sibi visum fuerit / Cum ex hoc decreto redditus fabricarum, quae sunt de iure patron. expendi debeant prout Epo magis expedire videbitur, ita a fortiori hoc habeat locum et in fabricis quae non sunt de iure patr. Congregatio censuit locum habere in huiusmodi fabricis.

Aliquem Vicinum Metropolitanum elligant / Die 6. Aprilis 1595. Congregatio censuit Electionem Sinodi provincialis factam a predecessore ligare etiam successorem

Item die 2. Augusti 1596. censuit si aliqua Abbatia nullius Dioecesis existat, non posse Epum viciniorem conferre ibi Sacramentum confirmationis et exercere Pontificalia absque Abbatis expressa licentia, sed esse in facultate ipsius Abbatis quem maluerit

Sess. 24. de reform. cap. 3.

Cathedralium antistitem eligere, salvo iure maiori cuire Episcopi viciniores, si aliunde id sibi competat. Verum posse Episcopum viciniorem visitare beneficia secularia, et clericos seculares d. Abbatiae illosq. culpabiles repertos corrigere, et Episcopum vici-niorem dici tantum illum cuius Cathedralis ecclesia sit Abbatiae pro-ximior, non autem locis d. Abbatiae subiectis.

In quibus differat hoc decretum a superiore Sess. 5. de reform. c. 2. et in quibus conveniat circa munus predicationis ibi dixi.
Predicationis munus - S. Cong.ª Censuit electionem et deputationem predicatoris ad solum Episcopum in eius Cathed.li Ecc.a spectare nulla habita ratione cuius cunq. consuetudinis etiam imm.lis quia talis consuetudo Capitulo vel Epo una cum Capitulo seu de illius Consilio aut cuius alteri competeret esse autem optione Epi utrum ipse malit predicatorem in sua Cathed.li eligere aut deputare quando Populus illum etiam ab imm.li tempore eligere aut nominare consuevisset, vel pl.am nominationem ex immem.li consuetud. relinquere, ita tamen ut si Epus electionem, deputationemq. predicatoris sibi assumat populum ad solitas impensas atq. Elemosinis Predicatori irrogandas non compellat, sin vero populum pro facultate eligendi et nominandi predicatorem Epus ut sinat eundem Pop.m cogere possit ad eas impensas et elemosinas Predicatori prestandas, quas ipse Populus in hanc causam prestare solitus esset.
In alijs Ecclesijs ad Epum similiter pertinet electio et deputatio predicatoris impensis eorum qui eas prestare vel tenentur, vel solent, Conc.m tamen non sustulit imm.lem consuetudinem que facultas nominandi predicatorem in Ecclesijs non Cathedralibus alteri quam Epo competeret.
In Ecc.a sua - Etiam si unica sit Cathedrali.
Ipse per se - Epus qui legitime impeditus hoc offitium predicandi ipse ipsum non possit, per alium impensis suis prestare debet nisi ex consuetud.e hoc ad alium spectaret.
Diaconus non debet prohiberi exercere munus predican. nisi ob iustam causam.
Per eos quod ad predicationis munus assumant - Ius eligendi predicatorem spectat ad Epum et non ad alium quemquam.
Pius V. declaravit in Cathed.li solum Epum teneri ad prestan. stipendium Predicatori non obstante quacunq. consuetud. etiam imm.li Greg.s autem xiij

dixit deinceps unum habere esse consuetud.is immem.lis et ipsum hac ratione posse cogere.

Non pot. Epus denegare licentiam praedicandi in Parrochiali eo quod praedicetur in Cathedrali; sed debet permittere iuxta formam huius decreti et c. 2. sess. 5.

Ad Epum solum spectat praedicatorem in sua Ecclesia deputare, nec Capitulum aliquid in hac re potest.

Ubi viget consuetudo quod Populus solvat Elemosinam Concionatori ea est servanda nisi fortasse facultas nominandi Praedicatorem Universitati ex imm.li tempore competeret, et Epus talem nominationem sibi vendicaret.

Merces quae praedicatoribus solvi debet nulla ex parte a pensionarijs exigenda esset, atq. eo minus si populus facere has sumptus solebat.

Ubi ex imm.li consuetud.e competit alicui deputandi praedicatorem in sua Ecc.a ea per Conc.m non d.r sublata, quia Conc.m hic et in sess. 5. cap. 2. derogat tantum consuetudini non autem imm.li ut censuit Cong.o 15 Iunij 1579.

Si sit dubium cuius sumptu sit conducendus concionator in Quadrag.ma debet interim Epus proprio sumptu eum conducere ut Cong.o censuit quod procedit in Cathed.li sua, in qua debet per se ipsum praedicare vel sumptibus proprijs alios conducere qui munus illud exequatur.

Si per Parochias ipsi Curatores animarum velint per se munus praedicat.ni obire, non debent prohiberi sub praetextu quod in Cathed.li praedicetur.

Vel tenentur vel solent / Et pro Ecclesijs Cathedralibus.

Tempus aut Ieiuniorum / Hoc tempus refertur ad tempus Quadrag.mae et Adventus quae habent hebdomadam, et in quibus consuevit servari hoc munus praedicat.is praesertim cum sint et appellentur tempora Ieiuniorum et tum Ieiunium Adventus sit de Consilio c. Consilium ubi Doct. de observ: Ieiun. Silvest. in ver. Ieiuniu n.o 5. tn usus ita

recipit, et ita censuit Cong.ne Ill.mae pro maiori parte sibilis octobris 1573.
Per hoc decretum non est in vigilijs predicandum, cum hec verba tempore Jeiuniorum referant.r ad tempus Quadrag.me et Adventus tantum.
Redarguit sedis Ap.ca Quum qui tempore Quadrag.me ad aliam Ecc.am Cathedralem sibi vicinam concionatores non destinauerat.
Si ita oportere duxerit / Per hec verba nihil aliud importatur quam ut currentibus diebus quadrag.me et Adventus arb.o sui quotidie vel inter hebdomadam, vel eo ranius concionem haberi.
Per hoc decretum relinquitur arb.o Epi an tempore quadrag.mo et Adventus quotidie vel tribus diebus in hebdomada vel minus alijs diebus predicetur, cum hodie Adventus non dicat.r proprie tempus Jeiunij.
Sacras Scripturas diuinamque legem annuncient / Non est ponenda punctus cumque post verbum Jeiuniorum et sacras scripturas annunciare sit in omnibus vigilijs et annum et quatuor anni statutis temporibus sed refer.r duntaxat ad Quadragesimam et Adventum.
Moneatque Epus / Ord.s non pot mulctis et penis et in casu notabilis neglig.e aut contumacie, cogere populum ire ad audien. missam et sacram Comunionem in Ecc.a Parrochiali, nec Pueros ad discendam Doctrinam Christianam, eo si hoc fieri voluerit in oppidis, villis, et alijs locis eo ciuitate.
Teneri unum quemque Parrochie sue / Videt.r preceptum, et sic pot cogi, ut per Nauar. cap. 21. n.o 5. et hic limita supra sess. 22 de evitan. in celeb. miss. quia illud loquitur monendo, et procedit quo ad missam, hic autem de Concione que Nauar. opinio non placuit Cong.ni ut et fusch. de visit. lib. 2. cap. 2. n.o 30.
Ad audien. verbum dei / sed non sub pena excom.is vel alijs penis populus admonendus est ut diebus dominicis et festis maioribus frequentent suas Parrochias, excomunicandus tamen quis non est si monitioni non paruerit.
Nullus autem secularis / vigore Bulle Pij 4.i de profess. fidei facien.

regulares predicatores non teneantur facere professionem fidei antequam predicandi munus assumant, potest tamen Ord. quo tempore solet predican. licentiam ex decreto Concil. Trid. sess. 24. de refor. cap. 14. concedere regularibus ab eisdem exigere hanc fidei professionem si tamen ipsi videbitur expedire.

Secularis uel regularis / munus predicationis ab Episcopum committi potest etiam Clerico qui non sit in sacris ordinibus constitutus, non enim ab eius sacri ordinis videtur esse actus, fuit tamen dictum id secus esse de Laico.

Etiam in ecclesijs suorum ordinum / habet eo locum in ecclesijs exemptis haben. proprium Prelatum, In quibus qui obtinere uult licentiam predican. ab Episcopo ab illorum Prelato eidem Episcopo offeri debet.

Contradicente Episcopo / Ita declaratum est per Bullam Pij 5. in fauorem Mendicantium editam non comprendere predicantes qui a suis Generalibus uel eorum ministris prouincialibus ad id deputati fuerint libere enim in suis ecclesijs predicare nisi ipse Episcopus predicauerit possunt, uide bullam anno 1566. Kal. Julij Pontificatus sui anno 2°. sed Greg. xiij reducit hanc bullam ad ius comune non obstantibus quibuscumque, ut Episcopo predican. ipse, uel coram se predicare facien. ipsi cessare debeant etiam si licentiam predicandi contrarium habuerint in extrauag. inter cunctos. §. caueant. de priuil.

Per hec uerba quod nullus precedit contradicente Episcopo, sedes Apostolica nemini licentiam predicandi concedere solet nisi de consensu Episcopi.

Per hec eadem uerba ordinarijs conectum est ut eo a regularibus antequam predicandi offitium assumant professionem fidei exigant.

Predicare presumat / Imo ab eo benedictionem petere tenentur ex decreto 2. sess. 5. quo tempore poterit Episcopus professionem fidei ab eis exigere.

Non potest Ord. ad libitum et sine rationabili causa suspendere a predicatione.

Ex Bulla Pij 4. Regulares Concionem habere uolentes non teneantur illam fidei professionem emittere. Possunt tamen ordinarij quo tempore concionandi licentiam dabunt exigere ab illis hanc fidei professionem si ita ipsis expedire uidebitur.

Etiam per

Etiam per Censuras Ecc.am / Intellige compellant parentes ut s. c. ut quisq. de uit. et honest. cler. Farn. de visit. lib. 2. c. 3. n.o 12. Sed nõ possunt pueri compelli ut accedant ad Ecc.am parrochialem ad discendum doctrinã xpianam.

Et consuetudinibus / Quid si consuetudo imm.lis dic non censeri sublatã ut alias notaui sup.a sess. 22. cap. 7. et infra sess. 24. cap. 20. in fin. et ita in materia deputandi predicatorem censuit Cong.o ad Sm Archiepm Neapolit.m pro Abbate S.ti Joannis maioris sub die 15 Junij 1573. quia acquisitio facta ex cursu temporis imm.lis habet uim contractus initi inter partes Bald. cons. 215. col. p.a uol. 3. Ajm. cons. . . n.o xi. Rol. cons. 66. n.o 4. lib. 2. et habet uim constitutionis Principis ac si de consensu partium tale ius statutum fuisset Paris. cons. 10. n.o 014. lib. p.o item uim pacti expressi. Bald. cons. 015. lib. p.o et in derogan. prescriptioni non uenit imm.lis Affliet. decis. 254. ad fin. Couar. lib. 3. uar. resol. cap. 13. n.o 5. eo q mani legis derogetur ut fuit resolutũ in Rota bis, et scribit Tirag. de retract. conuent. s. p.o glos. 2. n.o 25. Et si derogatio fiat per uerba uniuersalia uelut nõ obstan. quibuscumq. consuetudinibus ut s. c. 20. in fin. ead. sess. Et ita censuit Cong.o in causa Preposit. S.te Agathe con. Epum Cremonen sub cognitione causarum criminalium, die p.o Aprilis 1574. plures effectus consuetud.is immem.lis ponit Ant. Gabr. com. opin. lib. 5. de prescript. concl. p.a

Quod ad predicationis munus assument / Die xi. Iunij 1596. Cong.o censuit esse in electione Epi uel deputare in sua Cathedrali predicatorem eo quod Populus illum ab imm.li tempore eligere consueuisset uel ptam nominationem ipsi Populo relinquere, ita ut si Epus predicatorem eligat populum ad elemosinã predicatori erogandã nõ compellat uerum si populum pred.m facultat. eligendi predicatorem ut supra miserit populus ad solitas elemosinas prestandas Epus cogere poterit, Et die 4. 7bris 1597. censuit in alijs ecclijs q Cathedralib.

non esse sublatam consuetudinem eminentem
tem putandi per eis predicatorem Episcopi.

Causa criminalis / Concilium provinciale non potest formare hunc processum contra Episcopum ad effectum transmittendi illum ad Sanctissimum quia vult hoc capitulum ut non solum diffinitio sed et cognitio sit tantum Sanctissimi.

Hec est una de exceptionibus in eadem sess. c. 20. causarum que apud Sedem Apostolicam tractanda sunt de quibus vide Epistolam Iulij i. ad orientales tom. i. fol. 305. i. 42.

Nisi Metropolitanus / Item potest Metropolitanus cognoscere causas Civiles Episcoporum ex sententia Congregationis.

In Concilio tamen Provinciali / possunt tractari et definiri cause criminales minores, non existentibus ibi duodecim Episcopis a Concilio requisitis quia constat Concilium Provinciale ex minori numero Episcoporum consistere nec obstat quod ad cognoscendum causam Episcoporum requirantur duodecim Episcopi quia illud procedit in causis maioribus et censuit Congregatio.

Vel a deputandis / Non est necesse quod debeant esse Episcopi qui deputandi sunt per Concilium Provinciale, quia facultas est generalis.

Item possunt deputati pred. cognoscere et terminare causas Concilio provinciali dissoluto, si cause erant cepte ab ipsis deputatis ante dissolutionem Concilij, quia in simili non expirat iurisdictio delegati quando causa erat cepta, tunc deputati non possunt illas amplius terminare.

Liceat Epis. § In hoc decreto non comprehenduntur Inferiores habentes Iurisd.em quam ord. et quasi Epalem sed tm Epi privative quo ad omnes alios.
Sed Epi illarum Regionum, in quibus Conc. Trid. adhuc receptum non est, non possunt uti ista facultate concessa sibi in hoc decreto.
Huius facultatis intuitu / Quidam Epus absoluit quandam monialem ob irregularitatem, inde orta quæstione fuit dubitatum, An in Mulieribus et Monialibus cadat irregularitas, D. Card.lis dicebat quod sic & Glos. in c. Indemnitatibus. §. Sane. ver. non obst. de elect. in 6. ut Moniales eligentes scienter Abbatissam indignam, fiunt tamquam suspensæ et irregulares, Nobis sententia contraria visa est verior, quia irregularitas proprie oritur occasione administrationis sacramentorum, quorum non est capax femina, quæ id circo non ordinatur. c. Diaconissam. ubi glos. 27. q. 1. Idem expresse refert Sum. Armil. in ver. irregularitas, nec obst. glos. in d. c. indemnitatibus, quia dicit tamquam suspensæ et irregulares, cum dictio tanquam similitudinem significet, quæ rei proprietatem excludet, præterea omnes scribentes ibi tacent hoc irregularitatis nomen et loquuntur de suspensione et Impedimento illo Monialium quæ eligunt scienter indignam, nec fit irregularis Clericus eligens scienter indignum sed bene privatur illo iure, et facultate amplius eligendi ergo nulla in eis casu cadere potest irregularitas Abb. in c. cuncti. §§. Si vero Periti de elect. Pro quibus vide Tex. in c. nova. ubi Glos. de penit. et remiss. Silvestr. ver. irreg. n.o 13. art. 27. et in ver. ordo 4. n.o p.o et in ver. Abbatissa n.o 2. et seq. Quæsitum fuit An Epo in aliquod delictorum de quibus in hoc capitulo prolapso liceat ad se absoluen. proprium suum Confessorem deputare cum eadem auctoritate quam ipse habet ex hoc eodem cap. in omnes sibi subditos Cong.o censuit id Epo licere.
An hæc facultas competit Epis electis et confirmatis nondum tamen consecratis dic idem competere, quia habent ea quæ sunt iurisd.is

Sess. 24. de reform. cap. 6.

Iudicare, excommunicare, corrigere iuramenta vassalorum recipere confirmare investire; beneficia conferre, ut not. glos. magistralis et ibi Doct. in cap. transmissa de elect. facit c. nostri eo tit. et c. i. de translat. prelat. Nam quo ad iurisdictionalia habetur pro Episcopo Card. post Genzel. et Clem. i. § 6. de pen. refert, et sequitur Fel. in c. tante n.o 9. ver. restringuntur quinque modis de rescript. dispensare aut pertinet ad iurisdictionem Abb. in ter.mo in c. atsi clerici. § de Adulterijs n.o 9. Idem in Archiepiscopo ant. susceptum Palium quia prohibetur sibi tantum ea que sunt ordinis non que sunt iurisdictionis Abb. in c. quod sicut. et c. suffraganeus de elect.

Irregularitatis. et suspensionis. / In quo differat irregularitas a suspensione vide per Silvest. in ver. irregularitas. n.o 2. et ver. suspensio in princ.

omnibus / An comprehendantur et casus expressi in Bulla cene Domini et dic quod non, quia post Conc.m Papa ibi per eius amplissimas pregnantes videtur declarare quod non comprehendantur sed soli sibi reservetur, et exceptis illis de quibus lata est sententia in forma iuditij, quia neque hec pertinent ad forum penitentialem, sed potius ad contentiosum; neque veniunt in generali concessione Silvest. confess. 3. n.o 7. In religiis etiam reservatis casibus potest Episcopus non solum ipse in foro conscientie absolvere, sed hoc munus et suis confessoribus impartiri modo exprimat aliquot casus reservatos in grata clausula Anton. 3. par. tit. c. 13. Silvest. ubi s.a n.o 3. Hec enim sunt iurisdict.is et demandari possunt. c. a qua de consecr. eccles. ut not. glos. in c. transmissam n.o x. de elect. et adverte quia Conc.m quod loquitur de dispensatione in princ. dep. soli Episcopo hoc licere dicit, quia dispensatio est maioris momenti ut not. Silvester ver. dispensatio n.o 14. et 20. et soli Episcopo reservat. Navar. de irregular. c. 27. n.o 144. Covar.

Ex delicto occulto / fuit quesitum quod dicatur delictum occultum quo ad hunc effectum, et videtur quod occultum pos. capi pluribus modis ut p. Abb. in c. ex litteris. de temp. ordin. et in c. unic. de cohab. cler. Siluestr. in ver. occultum et tot. Felin. in c. p.o n.o 4. et 6. de sent. excom. est p.o illud quod probari non pot, unde Iudicio Dei relinquitur, quod aliqua tergiuersatione celari potest, et aliqui sciant, Item quando actus est factus de nocte, Item quando fit per interpositas personas in proposito autem dicitur occultum quod opponitur manifesto uelut quod notam sint non uel per confessionem uel per probationem factam de iure statim in 3. par. tit. 2. s. p.o Adde feder. de Sen. cons. . q. 1.re ex. et in proposito quod dicatur occultum uide per Nauar. cap. 27. n.o 194. et 290. Couar. in Clem. si furiosus. par. 2. s. 3. de homicid.

Epus et si a Simonia occulta dispensare possit non tamen pt simoniacos rehabilitare ad beneficia in posterum obtinenda que per simoniam occultam obtinuit, ita censuit Sacra Cong.e die 4. Maij 1579. ut infra quo in proposito ad c. 6. sess. 24. querebatur an Epus ex hoc decreto posset absoluere Sacerdotem subditum suum a simonia occulta, et rehabilitare ad ordines et beneficia tam obtenta quam obtinenda, et pro responsione erat decretum fuit, quod si loquimur de absolutione in foro Conscientie ut p.o supponebatur in dubio dicen. est, quod sic quia Conc.m in d. c. 6. in 2. part. ubi loquitur de absolutione permittit hoc Epis et in casibus Sedi Ap.ce reseruatis exemplum ponit in heresi quod est crimen grauius omnibus, si uero loquimur de dispensatione cum rehabilitatione, et tunc distinguebatur inter simoniam comissam in ordine uel in beneficio licet hec due fuerint aequiparate de iure com. ut per S. Thom. 2 2. q. 100 in fin. in respons. ad p.m et ult. Siluestr. in uer. Simonia. n.o 19. Nam simoniacus in ordine si scienter

Simoniam commisit est ipso iure suspensus, non solum in ord.^e simoniace
susceptis sed in alijs et ante susceptis, secus si ignoranter. Abb.
et Felin. in c. per tuas il 2.^o de Simon. S. Thom. ubi s.^a Bulla Pij 5. ad
Kal. Aprilis 1566 anno p.^o ex quo sequitur quod cum talis qui est
solummodo suspensus potuit Ep.us dispensare, ex data sibi per hunc
Tex. pote ad dispensandum in omnibus irregularitatib. et suspensionib.
Si uero loquimur de simoniaco in beneficio et hoc casu
subdistinguebatur per dua membra, aut de beneficio ipso quo co-
missa est simonia, uel de alijs non simoniace obtentis, uel de
obtinendis, et quo ad p.^m membrum, quia per bulla p.tam Pij
5. simoniacus in Benef.^o non modo suspensus est ipso iure, ut
erat prius de iure, cons. S. Thom. ubi s.^a Fel. in c. per tuas de
Simon. Siluestr. uer. simonia n.^o 9. cum alijs per eos relatis
sed est ipso facto priuatus, et inhabilis quoad illud et alia
obtinenda, uidetur quod Conc.^m in hoc casu non habeat locum,
dat enim tm. Ep.is facultatem ad dispensand. in casib. etiam
occultis in quibus uenit irregularitas uel suspensio, nihil
de priuatione loquens, Quare cum simoniaco in benef.^o quo
est priuatus per d. Bullam non pot. dispensare Ep.us, quia
ubi in dispensatione imponitur certus modus, uel forma
non licet transgredi, Host. Io: Andr. et Domin. in c. p.^o
de supplen. negl. prel. in 6. Felin. in c. per tuas n.^o 4 et ita
in hoc art.^o censuit Sacra Cong.^o sub die 8. Maij 1575.
Quo uero ad 2.^m membrum de ijs beneficijs non simoniace
obtentis si distinguat Innoc. inter simoniacum occultum et
notorium, ut iste sit suspensus et ab alijs, ille uero non,
ut ipse tenet in d. c. per tuas n.^o 3 quem refert ibid. Abb.
n.^o 7. et tenent caeteri omnes, in eo tex. qui dicit, cum intrat

Conc.m loquens de suspentione, nec obstat bulla sextae quia non disposuit in hoc casu, loquitur enim tantum de beneficijs simoniace obtentis quibus imponit poenam privationis, hunc vero casum relinquit sub dispositione iuris comunis et regulam quod non mutatur stare non prohibetur, vulgatis iuribus. Quo ad 3.m membrum videtur Conc.m non intrare, quia per bullam talis simoniacus fit omnino inhabilis ad obtinendum, praeterea qui privatur obtento, multo facilius prohibetur obtinere, multa enim facta tenent quae impediuntur fieri per tex. in c. fin. de concess. preben. in 6. et in term.is Io: de Plot. tract. de excom. §. 41. in fin. tom. 3. fol. 220. Sed quo ad rescriptum Sacrae Cong.nis et quod dicitur Episcopum non posse dispensare in omnibus casibus etiam reservatis in quibus etiam venit poena privationis ipso iure, cuiusmodi sunt omnes alij simoniae praeterquam in ord. et benef.o ut per S. Thom. ubi S.o Silvestr. ver. Simonia. n.o 19. in ver. dispensatio n.o 16. Doct. in d. c. et tuas de simon. Sequitur quod Conc.m cum veniat ampliative ad iurisdictionem Episcopi concedit duos hos casus alias illius verba nihil operarentur. 2.o quia Conc.m utitur dictione uniti omnibus, quae omnes casus comprehendit etsi maior sit ratio in uno quam in altero. c. sedes ubi Felin. in 4.o declar. de rescript. L. in fraudem. §. fin. ubi Bart. de milit. testam; 3.o facit exceptio de homicidio voluntario quae cum sit de reservatis videtur includere regulam in contrarium esse in alijs casibus arg.o L. nam quod liquide de pen. leg. Dec. in L. regula. de reg. iur. Doct. in L. sicut dignum. de homicid. Silvest. ver. dispensatio n.o 16. 4.o facit quia de iure cum quilibet simoniacus in ben.o est ipso iure suspensus vel quo ad se vel quo ad alios si est notorius, vel quo ad se tantum

si est occultus S. Thom. ubi s.a Inn. Abb. fel. in dd. locis. ergo omni casu intrat Conc.m permittens Epis dispensare in omnibus suspensionib. Nec obstat bulla Pii V. quia non loquitur in Simoniaco occulto, sed manifesto, quod patet in illis verbis, si convictus fuerit que referunt.r ad forum exterius, interius cum p supponat declaratum id quod fuit deductum ad forum contentiosum aug. [illegible] tep. remanet ergo dispositio Concilij quod emanavit ante bullam, ut recipiat in casu occulto, de quo loquit.r interpretationem a curie [illegible], si enim bulla voluisset comprehendere casum occultum expressisset, sicut Martinus V. expresserit [illegible] suas extravag. ut not. Schiett. uer. Simonia n.o 13. et alij ubi s.a

An ex hoc decreto Conc. cap. 6. sess. 24. possit Epus in casibus illis absoluere et dispensare forensem, qui in civitate vel diocesi commoratur gerens officium temporanium et quod tamen sit alibi commissum, et puto respondendum affirmative, quia subdito Epo fit aliquis tribus modis, et inter alios domicilio c. fin. de temp. ordin. in 6. Constituitur aut domicilium sola animi destinatione v[illegible] receptionis Sacramentorum. Sum. Silvest. uer. confess. 3. n.o 6. Presertim si habitaverit ultra sex menses vel p annum, ut p Inn. in c. omnis utriusq. in 6. de penit. et remiss. Pet. de Ubald. in tract. de Canon. Epis cos. par. 2. c. 7. n.o 20. Sum. Ang. in uers. Confess. 3. n.o 10. est enim valde absurdum quod aliquis moram habens in aliquo loco per annum non possit ibi confiteri peccata sua, et in quo ubique locorum aliquid committens et obtinere absolutionem, Petr. de Ubal. ubi s.a et Inn. que absq. dubio procederent in duob. casibus relatis p Navar. in c. placuit uer. nisi p ignorantiam n.o 77. cum pluribus seq. usq. ad 96. de Penit et remiss. P.s quando no

haberet aliud domicilium habitationis, 2.° quando etsi haberet, illud tamen pro Sacramentis accipiendis adire non posset.
Quia si absolutio non posset dari, sine dispensatione, idem esset dicendum ut possit simul dispensare et absolvere, si vero opus esset sola dispensatione, cum non sit tanta necessitatis secus videretur.
Homicidio voluntario] App.ne homicidij non venit mutilatio membri nec obst. glos. in c. p.° de Homicid. quia procedit quo ad incurrendam irregularitatem, non quo ad dispensationem.
Dispensare] querebatur An Ep.us in casu huius c. 6. habeat facultatem dispensandi cum suo diocesano absente in aliena dioc. legitimo impedimento commorante, Sacra Cong.° censuit quod forensis in casu huius cap. 6. possit absolui in Sacram.° Penitentie, ab illo Ep.o in cuius diocesi vel civitate comoratur, non autem dispensari facit ad hoc, quia Nuntij qui possunt absolvere excomunicatos ob iniectionem manus in Clericos nõ possunt absolvere subditos ex Provinciam, Accedit eo quia Conc.m loquitur de absolutione Sacram.li in foro Conscientie, que requirit penitentiam exemplo confessionis que non potest fieri per nuntium vel per literas.
Sibi Subditos] Qui non est subditus Ep.i puta Medicus Pretor et alij similes qui tantum habitant in civitate hoc decreto comprehenduntur etiam si comiserint crimina in alijs civitatibus habita tamen hac distinctione, quod si ij possint absolui in Sacramento penitentie.
Idem et heresis crimine] Ep.us aut Inquisitor absolvere nõ pot hominem hereticum in foro conscientie cum hec facultas a Conc.° sit ipsi tradita.
Vicarium ad id spec.ter deputatum] Cong.° censuit ab ipso Episcopo

Sess. 24. de reform. cap. 6. = 336.

posse non tm̃ Vicario Generali, sed et penitentiario aut Vicario ad id specialr deputato comitti absolutionem huius capituli.
Epus pot absoluere, et ipi Confessarium, et ipi Vicarium ad absoluendos in similibus casibus specialr constitutum.
Congo. censuit huic decreto Concilij derogatum esse non tm̃ in crimine heresis, sed in omnib. casib. comprehensis in bulla Pij Vti.
Item querentibus, an idem locum habeat in casib. post Conc. trid. ex noua lege Sedi Aplicę reseruatis. S. D. N. Greg. 13. audita relatione Congnis non habere locum respondit.
Item an in delictis occultis in materia clausurę, Idem respondit audita relatione Congregnis eiusd. per Constitutionem Pij Vti censeri huic decreto derogatum.

A Sancta Sinodo &. Hic editus fuit sub Pio V. Cathechismus ad Parochos in quo elegantissime et summa cum eruditione presidente Congreg.ne selector. aliquor. Viror. Ill.mo et R.mo Simbolum fidei, orationis Dominicalis, septem Sacramenta unius et Deca: loquens.

Sess. 24. de reform. cap. 8.

In omnibus et Cathedralibus [Offitium Penitentiarie in Cathed.li quod per solum Episcopum institui, ad quem quoque pertinet electio personae quotiescumque opus fuerit pro exercendo tali offitio, nec requiritur aliquis Capituli consensus, Collatio autem prebende, vacaturae, ab ijs fieri debet ad quos antea spectabat.

Quesitum fuit An solus Episcopus possit dare prebendam primo vacaturam Penitentiario si de iure vel de consuetudine collatio illius competat Episcopo simul cum Capitulo; Et sacra Congregatio sub die 24. Julij 1572. censuit posse, quia ex sola deputatione Penitentiarij quae per hunc Textum ad solum Episcopum pertinet sequitur unio prebende, Non obstat dictum Archid. in c. . . . quod si Papa mandat Episcopo ut conferat beneficium cuius collatio ad Episcopum simul cum Capitulo spectat non potest id Episcopus facere sine consensu Capituli quia collatio ad eum spectabat, et sic per 7. Martij 1572 receptis ad Archiepiscopum Illud enim procedit in Collatione quae spectabat ad Cap. ratione; vero loquitur de penitentiario in cuius electione nihil habet commune Capitulum, Re postmodum ad Gregorium xiij delata idem censuit.

Queritur An si creetur aliquis in Canonicum, prebenda nondum vacante, An interim ille qui penitentiarij munere fungitur debeat gaudere distributionibus quotidianis. dubium faciebat Rot. decis. 16. alias 445. in nov. quia de consuetud. non servatur suff. numerario, ut ei dentur iura Canonicalia, sed alia opinio nihil placet et verba Concilij hic in fin. ibi interim presens in Choro censeatur [...] statim videtur quod statim cum quis fuerit effectus Penitentiarius quod quidem fieri potest cum unione prebende vacaturae, et sic super numerum statim habere debet idem ac si presens in choro esset, quae opinio firmatur et de iure quia creato Canonico, competunt iura Canonicalia, ut stallum in Choro et locus iuxta not. in c. cum seru illorum in fin. de preb. Archid. in c. si tibi qui. eo tit. in 6. Felin. post glos. et alios in c.

cum M. ferrarien. n.° 13 de const. Preterea qui creatur in Canonicum cum plenitud.e iuris Canonicalis debet participare de distributionibus quottidianis, que sunt de comunibus redditibus, et ex excrescentibus fructibus, non aut de distinctis prebendis ut q. felin post multos quos refert in d. c. cum M. n.° 7. Item cum iste sic creatus inserviat officio sue Penitentiarie vere in ministeriis et laboris debet habere distributiones quottidianas. c. dilectus in fin. et c. relatum de preb. Non obst. d. decisio Rote quia talis consuetudo dr recepta in expectatiuis, et sic restringitur ad eum casum in quem est recepta, nec ultra procedit Jas. post alios in l. de quib. not. 2. de legibus, sed in casu isto creatio non fit sub expectatione prebende, simplr ex mera gratia, que in impetrationib. est ambitiosa, et sic restringenda. c. quamuis de preben. in 6. sed ex munere oneris fauorabilis. Minus obstat quod verba Concilij non loquantur de creatione facienda in Canonicum, cui prebenda uniatur ut tradunt omnes in c. si clericus de preben. lib. 6. felin. in d. c. cum M. n.° 13. ista quoque verba Concilij in fin. dum uolunt quod interim censeantur pns in Choro Canonicatum inferunt, non solam prebendam, alioqui tn ex Ill.mi DD dicebant Can: intelligi ut penitentiarius tunc censeat.r pns in Choro audiendo confessiones qn prebenda fuerit cum unita secus autem donec expectat unionem, sed non placuit per supradicta, Item quia Canonicale est separatum a Prebenda et potest stare sine ea ut not. Hostien. in sum. de preben. in princ. fel. in d. c. cum M. n.° 201. Egid. concl. 220. sed cum ex deputatione in Penitentiarium det.r sibi locus in Choro et uox in Capitulo ergo habebat distributiones qs prebenda nondum uacauerit, et ita fuit in Sacra Congreg.ne resolutum sub die 2. Aprilis 1573.

Quid si uiget consuetudo ut detur a Capitulo stipendium Penitentiario, ea seruanda est, et si illud potiris Theologum reddere dilig.am

in sui muneris functione ordinamus una cum Capitulo pro triennio sub triennium eius condem et de consensu Epi. et Capituli constitui perpetuum stipendium Penitentiario.

Penitentiarius aliquis s. si offitio Penitentiarij cum unita prebenda uacare contingat in mense Apostolico aut alias prebenda esset reseruata, uel affecta, An Electio persone Penitentiarij huiusmodi pertineat ad Epum uel ad Sanctmum. Congo. his re diligo discussa citatis et prouenientibus Epiorum quorum interesset, et eorum bonis allegationibus perpetuis Censuit pertinere ad Smum

Cum unione prebende, que fiat ab ijs ad quos spectat illas conferre. An Uniones facte auct. sedis Aplice in casu huius Capituli ad fauorem Penitentiarij dicantur, saltem ex uerisimili mente comprehense in hoc decreto ad effectum ut tales uniones uel re, sub exceptione regule reuocatorie unionum, Congo. censuit huiusmodi Uniones cadem sub exceptione d. regule

Congo. censuit Concm. debere intelligi etiam de unione facta auct. Sedis Aplice in fauorem Penitentiarij ad effectum ut d. Unio, non cadat sub rega. reuocatoria unionum, sed sit obseruata ex uerba illa contenta in rega. preter auctoritatem

Prebenda pro penitentiario a Capitulo Sede Vacante assignari non potest, sed ab Epo hoc prestandum est c. 2. ne sed. uac.

Portio que sit in Eccla, in prebendam Canonicalem erigi non potest, sed prebenda Canonicalis

In Eccla. ubi hec prebenda nondum est erecta a Sede Aplica fuit deputatus penitentiarius sine prebenda assignato ei stipendio 70. scutorum a Capitulo in perpetuum soluendo.

Et si non adessent prebende, sed fructus omnes in distributionibus quotidianis, tunc distributiones habebuntur pro prebenda.

An assignatio huius portionis Eccl. Cathedralis loco prebende facta

An ab Epo, pro Penitentiario subsistat? Cong.ⁿ censuit esse invalidam.
An provisio per successorem facta de Penitentiario cum hac portione
censentur bona vel potius ab eo nominatus indigent provis.ᵉ sedis
Ap.ᶜᵉ quia ea quo portio vacavit sede Epali vacante, videtur
provisioni Papae reservatam? Cong.ⁿ censuit non esse bonas
An Penitentiarius sic institutus acquisiverit aliquod ius ad Canonicatus
et prebendas eiusdem Ecc.ᵉ vacantes durante d. sede vacante de
quibus auct. Ap.ᶜᵃ fuit provisus, cum Canonicatus et prebenda primo
vacaturi spectet ad penitentiariam, et ideo provisio sit nulla.
Cong.ⁿ censuit validam esse, quoniam hoc decretum non compre
hendit prebendas sedi Ap.ᶜᵉ reservatas.
In primae vacatione / non tamen in mense Papae.
Prebenda in mensibus Ap.ᶜᵉ sedi reservatis vacans non potest erigi in
prebendam penitentialem.
An preferatur provisio Theolog. vide not. supra in c. 1. sess. 5.
In Ecclesijs in quibus ex consuetud.ᵉ optantur prebendae si ea post
Concilium p.ᵒ vacaverit non fuit in penitentialem erecta potest optari
postea vacans, sed si ante optionem Epus erexit, erectio prevalet
et si postea optaretur.
An aut. postquam assecutus est prebendam Penitentiarius optare possit
alteram pinguiorem vacantem dimissa prima: Dic quod si pri
ma designata fuerat antequam vacaret eam dimittere non potest,
alias sic.
An Episcopo instituatur / solo absque consensu Capli et est ab eodem
solo eligatur, et si vacaret sedes Epalis Capitulum nihil potest
et quod eo tempore penitentiarius moreretur.
Penitentiarius ab Epo instituatur / etiam sine consensu Capli ut
Cong.ⁿ censuit.

Ad Episcopum solum pertinet deputatio penitentiarij, etiam quod collatio eius prebendę ad Capitulum spectaret adeo ut collatio sit Capituli Institutio, et electio personę sit Episcopi.

An quoties occurrerit vacatio offitij Penitentiarię et per consequens prebendę ei annexę debeat solus Episcopus de eis providere quamuis eo ad Capitulum collatio pertineat vel sufficiat quod voto Episcopi unum aut duo vota accedant ut persona per eum electa admittatur ad possessionem. Congregatio censuit electionem Penitentiarij quandocunque faciendam ad solum Episcopum absque consensu Capituli pertinere, Collationem autem prebendę ab illis fieri debere ad quos antea spectabat sicque electio penitentiarij facta a Capitulo Sede Episcopali vacante est valida, et ita etiam S. D. N. Gregorius xiiij censuit

in eo in terminis
net Honor. lib. 3.
ns. 14. de reb.
l. non alien.
l. Gii.

Qui Magister sit, qui Penitentiarius nec retento, nec dimisso offitio possit optare aliam prebendam cuius offitio fuit perpetuo unitus Canonicatus, et certa prebenda, ex hoc decreto Concilij et auctoritate apostolica unita et confirmata fuit

Dum confessiones audit, S. Si Penitentiarius vigore huius decreti deputatus recusaret confessiones audire, puniri potest ab Episcopo

Cum Penitentiarius audit confessiones casuum reservatorum vel aliorum peccatorum presens esse in Choro censetur secus dum missas celebrat aut privatum officium dicit eo ut opportunius auditioni confessionum incumbat.

Penitentiarius habendus est pro presente in Choro dum audit confessiones in Ecclesia sive in Confessario, nec audiet confessiones alijs in Choro divina Celebrantibus, nec recitans offitium privatim quod antequam recitarentur horę Canonicę in Choro audiverit

confessiones, nec si dixerit Missam, censendus est esse praesens in Choro.
Non possit Penitentiarius cogi ad maiorem residentiam quam alij Can.ci
qui per tres menses abesse possunt, dum tamen non absit tempore
quo frequentius penitentes accedunt et diebus festis solemnibus
veluti tempore Ieiuniorum Quadrag.me Adventus, Quatuor temporum,
Resurrectionis, Ascensionis &.
Penitentiarius non pot. absoluere quemq. a casibus quos Ep.us expresse
sibi reseruauit nisi ipsemet Ep.us hanc illi specialem tradat
authoritatem.
Publice peccantes / Hinc est quod populo qui potuit obuiare mort.
Parochi perpetratae in Ecc.a, quae propter illud sacrilegio polluta est
debet antequam reconcilietur per Ep.um iniungi penitentia condigna,
ex Sacrae Congreg.nis sententia.
Penitentiarius aliquis / An per erectionem offitij predicatoris in Eccl.ia
Merden. pro uno mag.ro in Theologia, pro habendis ad pos.m sermonib.
et alijs actibus similibus faciendis ad nutum Cap.li amovibilis,
cum certa portione panis mensatici, et distributionum assignatione
sit satisfactum Conc.e in hoc cap. vers. in omnib. etiam ubi man-
dat erigi Penitentiariam cum unione prebendae prox.e uacaturae; Die
27 Iunij 1599. Cong.o respondit non esse satisfactum Concilio.
Presens in coro censeatur / Die 14 octob. 1591 in una Viennen. Cong.o
censuit Penitentiarium dum confessiones audit in Ecc.a censeri
presentem et in processionibus et Orationibus.
Penitentiarius aliquis cum Unione Prebendae / Die 27 Martij 1594.
Cong.o censuit obtinent. Canonicatum cui post Conc.m munus sit
annexum Penitentiarij non posse in ead. Ecc.a una cum d. Can.tu
obtinere dignitatem in qua consuetud.is Ecc.ae permittentis Canonicatus
posse retinere Canonicatum cum dignitate.

Et die ult.° Maij 1596. Cong.° censuit Penitentiarium ad prescriptum Concilij institutum ante uacationem prebende ei officio unite neque uocem in Capitulo nec locum in Choro sibi uendicare posse, minusque habendum interim esse pro Can.co Prebendam autem ipsi off.o uniendam integram atque Canonicalem esse debere.

Et die Januarij 1597. censuit si Collatio alt. cons inter Epum et Capitulum, et Vacatio prebende Penitentiarij contingat in quibus mensibus inferior collatoris persone, Penitentiarij ad Epum collationem simul, quemadmodum ante Concm. pertinere.

Et die 17 Julij eiusdem anni censuit Penitentiarium non posse absoluere a Casibus Epo reseruatis nisi Epus ipse hanc ei tribuerit facultatem

Et die 15. Martij 1595. censuit Penitentiarium ex hoc decreto ab Epo institutum teneri officium exercere etiam ante uacationem prebende ipsi offitio unite

Incip. cap. 9. De adhibenda ab Ord.rijs diligentia / olim regulariter omnis Ecclesia in Diocesi subiecta erat Cathed.li Cap. alleg. 10. ad fin. nisi speciali priuilegio ab eius Iurisdictione eximeretur. Gloss. in c. omnes Basilice n.° 7. Hodie uero in casu huius Cap. non prodest exemptio, uel si sit nullius Diocesis uide not. d.° Sess. 6. c. 4. Sess. 7. c. 14. Sess. 14. c. 4. In quibus exemptiones tolluntur.

Equites Hierosmi. quatenus benefitia curata non obtineant non possunt ab Ordinarijs uisitari ut censuit Cong.° et Bullarum Pij V.

Benefitiorum et exemptorum / Benef.a nullius Dioc. uisitari debent ab Epo uicinori, et id ab Ord. faciendum est solum in capite non in membris.

Collegiata nullius Diocesis, uisitari debet a uicinori Epo tamquam Sedis Apostolice delegato. — §

Archipresbiteratus qui nullius est Diocesis a Vicinior Epo visitari debet.
Visitatione / Visitator vig.e huius cap. eligendus est a.o Prelato illius loci qui visitandus est, non ab alio.
In Ecclesijs Secularibus / Hoc decretum non habet locum in Ecclesijs regularibus nisi ijs subessent benef.a Secularia, ut solent esse in Abbatijs quia illa beneficia Secularia possunt visitari.
Abbates regulares possunt parochiales suas visitare, et idem alij inferiores una cum vicario Epo cumulative, et S. D. N. Greg. 13.s dixit quod Parochiales quibus inseruitur per presbiteros Seculares censentur Seculares non regulares licet unitę, ac dependentes a Regularibus, et Ideo hoc decreto comprehenduntur. Dedit tn. S. S.tas pro illa vice breve propter abusus per Epo Sarsinaten. Salvis iurib. utriusq. partis con. Abbatem de Balneo Camaldulen.
Beneficia Secularia exempta tn. non autem regularia in huius decreti virtute ab ord.rijs visitari possunt; Cong.o censuit personas Ecclesijs ei non servientes comprehendi.
Cuius Cathed.lis Ecc.a est vicinior ab ipsamet Cathed.li, distantia est mensuranda.
Ecclesia Secularis exempta, et nullius Dioc. ab ordinario vicinior est visitanda.
Ad Epum spectat ut concedat literas dimissorias ijs qui sunt nullius Diocesis quando non constat, quod non sint intra fines alicuius Diocesis.
Item in visitatione potest punire et corrigere sicut ut in c. 2. sess. 5. et plebem suam unus quisq. salutaribus verbis pascat.
Item Vicinior / potest in visitatione eius qui est nullius Dioc. illud si non residet vel a in discretos licentias non residendi suis ministris

concesserit monere et corrigere, Ad istum tamen Episcopum tanquam viciniorem non spectabit Sacramentum confirmationis his qui nullius sunt Diocesis ministrare, cum possint accersire quem maluerint Catholicum Episcopum salvo tamen maiori iure Episcopi si aliunde id sibi competat, et non modo Ecclesiam visitabit sed etiam Prelatum illius, alios. minores poterit idem Episcopus vicinior visitare Ecclesias huic subiectas, Cumulative enim cum ordinario loci intelligendum est.

Si id constet / Alij Codices Concilij huius legant si id possit, vera tamen lectio est si id constet ut Sacra Congregatio censuit.

In Concilio Provinciali / Hinc infertur quod Prelatus Inferior Episcopo potest interesse Concilio Provinciali de quo dixi supra eadem sess: cap. 2. et electio ab huiusmodi Prelato facta ligat Successores pro visitationibus ut censuit Sacra Congreg.

Electus fuerit / et talis electio successores.

Tanquam Sedis Apostolicae delegatus / Eaque ad visitationem, et morum correctionem spectant non possunt per appellationem impediri aut suspendi, sed ad effectum devolvendi causas ad Metropolitanum vel alium Superiorem Sacra Congregatio censuit, quod si Episcopus excedat in sua visitatione, vel in exequendis penis vel in procedendo contra suos Capitulares vel contra alios appellationi vel devolutioni locus sit ad metropolitanum ita ut teneatur dare copiam actorum partibus ad requisitionem Metropolitani; Concilium enim non sustulisse appellationem devolutiviam, sed suspensivam tantum. Et licet Episcopus id faciat tanquam Sedis Apostolicae delegatus pro ut hodie dicitur, tamen cum hec sunt de iure suo ordinario ei etiam ante Concilium competeret non

impediri

impediri devolutionem ad Metropolitanum; quo vero ad dandas copiam actorum attinet, servanda esse decreta Sess. 13. c. . et Sess. 24. cap. 20.

Benefitiorum etiam exemptorum / Die 4. Decembris 1597. Cong.ᵒ censuit et saepius declaravit Ecclesias seculares nullius Dioc. quantumcunq. exemptas, et Sedi Ap.ca immediate subiectas earq. Prelatum secularem habentem in ea iurisdictionem quasi Episcopalem posse ab Episcopo cuius Cathedralis Ecclesia est proximior visitari vigore huius Decreti.

Sess. 24. de Refor. cap. 10.

annot.º Episcopi ut aptius ∫. Et si Epus visitare nequeat propter legitimum impedimentum deputare potest alios hoc munere dignos, pc inter cetera de offic. ordin. et c. si Epus eod. tit. in 6. et vide auct. Apostolica contra textum.

Quae ad visitationem, et morum correctionem, eaque ad visitationem et morum correctionem subditorum spectant non possunt per Appellationem impediri aut suspendi.

Congregatio censuit Epum solum visitando posse non tantum mores ita corripere sed etiam aliquod crimen corrigere et punire et si in c. statuit, post 6. sess. 25. dicatur debere duos capitulares assumere, quod fit, cum procedendum est ad poenam ordinariam punitionem respicientem secus si ad ea poenam quae magis emendationem morum respiciat et contra non recitantes horas, et non incedentes in habitu honesto et similia id enim solus aggredere potest, quia decreto Concilij corrigere et emendare Epo visitanti permittit.

Tamquam sedis Aplicae delegati ∫ Si Episcopi possunt visitare tamquam sedis Aplicae delegati, non impeditur tamen Archiepus qui in casibus a iure et Concilio permissis recipiunt appellationes

Non potest Epus pretextu quod sit simpliciter sedis Aplicae delegatus, declinare iurisdictionem Metropolitani in casibus illis in quibus ante Concilium tamquam ordinarius poterat uti eodem iure eademque potestate

Nec in his ubi de visitatione, Congregatio censuit hoc habere locum quando non fuit processum iudicialiter.

Fuit dubitatum An Epus visitans possit allegari suspectus et fuit resolutum quod non possit, si voluerit visitare ad Congregationem et non compilato processu, quo casu non possit

infligere penam ordinariam. sed si voluerit visitare compilato processu et imponere penam ordinariam, fuit dictum quod sicut in isto casu datur appellatio de iure ita eo poterit allegari suspectus. nam cap. illud non habebat locum in tali casu, nempe quando compilato processu et ad penam ordinariam Episcopus procedebat. vide in Sess. 25. cap. 6.

Appellatio interposita ad Metropolitanum ab Episcopo vigore huius decreti tamquam delegato Apostolico visitante, si devoluat causam non tantum causam suspendit, quare acta sunt transportanda, et danda copia iuxta prescriptum c. 3. Sess. 22 de reform. et cap. … huius sess. …

Caput hoc … sustulit appellationem devolutivam sed suspensivam tantum, et si Episcopus id faciat eo tamquam sedis Apostolice delegatus pro ut dicitur, hic tamen, cum hec Iurisdictio iure suo ordinario et ante Conc. Trid. competeret non impedit appellationis devolutionem ad Metropolitanum.

Quoquo modo impediat aut suspendat in causis visitationis et correctionis appellari potest post definitivam, ita tamen ut appellatio non suspendat executionem; pro ut hic sancitum est et supra c. 1. sess. 22. Quod si Episcopus compilato processu formato Iuditio servatis servandis pro ut Iuris fuerit procedat veluti ex causa Blasphemie et Adulterij aut restitutionis fructuum beneficiorum ob non recitatum officium divinum et similium non habeat locum hoc decretum. sed an contra cap. 6. sess. 2…

In eadem materia correctionis ubi Episcopus et sine processu, et sine scriptis carcerat subditos, et eos tenet diu carceratos potest Metropolitanus cognoscere de tali excessu, si carcerati appellaverint ad eum, et dummodo interim non impediat aut suspendat executionem eorum que ab Ordinario decreta

fuerint, ut hic, et supra Sess. 22. cap. 1. de reform.

la ordinandi, puniendi emendandi] Die 24. Aprilis 1597. Congr. censuit Episcopum non posse in visitatione imponere poenas ordinarias delictorum, sed tantum extraordinarias, quae magis morum emendationem, seu correctionem quam ordinariam delicti vindictam respiciant.

Quaesitum fuit an Ordinarius confecta sua visitatione possit procedere ad integram illius executionem extra actum ipsius visitationis remota omni appellatione; Congr. censuit hoc cap. non habere locum et sic respondit Congr. Episcopo Vintimilliensi die 1 Decembris 1597.

De exemptis et eorum causis, et de forma procedendi in eos vide Conc. lateran: 3. in bulla 2ª. Leonis tom. 4. fol. 649.

Quoniam privilegia f. Preter casus de quibus in textu hic exempti subijciuntur Epis in multis alijs casibus.

1º. ut exemptione non obstante teneatur quicunq. animar. curã exercens quibusdam temporibus p se vel alios si legitime sint impediti populum sibi commissum pascere salutarib. verbis cap. 7. sess. 24.

2º. Exempti subduntur quo ad correctionem non obstant. privilegio, ut in sess. 6. cap. 3. et sess. 14. cap. 4.

3º. Subduntur ijdem in causis civilibus miserabiliũ personar. et mercedis etc. si a Sede Apca. certum Iudicem deputatum habeant, et in alijs causis certum Iudicem deputatum non habeant. sess. 7. cap. 14.

4º. Subdunt. ijdem ut nemo quantumvis privilegiatus admittat presentatos nisi previo examine per Episcopũ facto sess. 7. c. 13 approbat. ad beneficia curata ꝗ conversum facienda sess. 24. c. 18.

5º. Subdunt. eisdem Monast. et Comend. Prioratus, Preposituræ in quibus non viget regularis observantia ut ab eis visitari possint per annos singulos sess. 21. c. 8. et data negligentia superiorum illius regulæ subdunt. eis post monitionem ibidem ad fin.

6. Subduntur eisdem Hospitalia etiam Laicor. et exempta ut ab eisdem cognosci possit de illor. administ. et visitari sess. 22. c. 8.

7º. Subdunt. eisdem in Collatione ordinum et dimissorialib.

8º. ~~Subijciuntur~~ Subijciuntur occasione veniendi ad Concilium ut venire cogantur omnes qui alias exemptione cessante venire cogerentur, vel capitulis gratis nõ subdunt. sess. 24. c. 2.

9º. Ratione visitationis et morum correctionis in Ecclesijs secularibus sess. 24. c. 10. nisi sit benef.m in Iurisd.ne Epali et temporali vel ratione personar. que sunt de familia sess. 24. c. xi. de ref.

x.° Subduntur omnes in causis matrimonialibus sess. 24. c. 20. ad hec nisi habeant iurisdictionem privative ad episcopos spiritualem et temporalem vel immediatem per se, et ad eundem Ep. Sacra Cong.° censuit.

xi. Subduntur eisdem omnes et exempti Regulares quo ad clausuram sanctimonialium ubi violata fuerit restituendam, vel ubi inviolata fuerit continuandam sess. 25. c. 1. de regul. et si nullius dioecesis sint sess. 6. c. 1. et 2. sess. 13. c. 10. et sess. 24. c. 9.

xij. Subduntur quo ad Confessiones audiendas sess. 13. c. 15. Item quo ad predicationem sess. 5. c. 2. sess. 24. c. 4. Item quo ad processiones publicas sess. 25. cap. 13. de regul. Item quo ad festa et interdicta sess. 25. cap. 12.

Aut militijs actu serviunt. Fuit dubitatum an ex hoc decreto possint fratres Sancti Joannis Hierosolimitani dare dimissorias clericis actu inservientibus in eorum ecclesijs ut possint ordinari et conclusum quod non.

Non interveniens actu militię, nec residens in eius domo, nec sub illius obedientia si non probaverit in eam legitimam professionem emisisse non debet eius privilegio gaudere ex Congregationis sententia super quo videatur Constitutio Gregorij 13.

Equites Hierosolimitani habentes indulgentias a S. D. N. debent literas ostendere episcopo eorum ordinario, putavit alias tenetur ordinarius contra eos et eius clericos procedere prout cavetur sess. 6. de refor. c. 3. et sess. 24 de refor. c. 4. xi.

notatio. Nihil ex ijs privilegijs detractum esse ordinarijs si hoc capitulum non habet locum in civilibus

notatio. Non obstantibus privilegijs in extravag. dicunt de privil. et Conc. Later. 3. in bulla 2. Leonis tom. 4. fol. 650. col. p.a

Exemptio a proprij episcopi iurisdictione est odiosa, et stricte interpretanda

Abb. in c. appella. n.o 5. de privil. Bellam. cons. 20. col. 4. Bero. cons. 24. n.o 07. et seq. lib. p.o Hostien. in sum. de privil. ver. quod operitur n.o y. ver. regulariter aud. Aym. cons. 132 n.o 20. Sed an Subditus . non exemptus possit se tueri privilegio, Eori exempti die . . . ut ij. feder. de Sen. cons. 2.

Et quo ad Capellanos Regios [quod et Capelan Regij in . . . trib. annis curam Subeant visitationi ord.rij, et idem procedit circa aliorum beneficiorum qui obtineant non expresse eximantur ab eius Iurisd. Tenuit Rota in una Salamantina Iuris visitandi, cuius dicto est inter impressas divers. decis. 736. par. p.a et decis. 744. eadi. par. p.a

Et intra eorum septa, et sub eorum obedientia, et intra septa vivant] quia Concilium nihil innovat circa eos qui vivunt sub obedientia, et intra septa Mon.rij ex hoc decreto dicuntur sublata Remedia, et Exemptiones illæ tantum, quæ cum bus Comune competunt, non autem eæ quæ de iure cum competunt, ac regulas et regularem disciplinam concernant ita dixit Rota decis. 701. par. p.a divers. in impress.

Archidiaconi etiam] Archidiaconi qui non habent curam animarum vel Iurisd.nem non comprehenduntur hoc decreto ut sint Doctores vel Licentiati.

Hoc ad debet intelligi de his Archidiaconis qui re vera Archidiaconatus off.o exercent, secus si nomine essent tantum Archidiaconi.

Ubi fieri potest] In dignitatibus ubi fieri potest ut hic, In Canonicatibus vero ubi comode fieri potest, ut in eodem cap.o hortatur, hic vero precipitur, sed restringitur ad Archidiaconum, non autem ad alias dignitates, nam nullo Concilij decreto statutum est ut qui Decanatum consequi vellet si necessario sit magister vel Doctor aut Licentiatus in Theologia vel Iure Canonico ex Cong.nis sententia.

Ad certas autem dignitates] In Synodo provinciali non licet imponere onus dignitatibus, quod quis nisi graduatus non possit eas obtinere sine sedis Ap.ce auctoritate.

Quod dignitates et Canonicatus in Cathedralibus dentur tantum graduatis non est inducendum ex necessitate, nec ex concilio provinciali id statui possit.

Quid de Abbatia seu Mon.rio habenti cum Iurisdictionalem iuxta distinctionem quam posui supra sess: 23. cap.o pr. vers. et alijs quibuscunque: et dic idem si sit comendatum, quia cum hodie expressum sint Comende, tituli ut per Gomes. in reg. de trien. q. 5. Idem hic est statuendum et cum dignitas nihil aliud sit quam prehemninentia cum Iurisdictione, et ob id quis teneatur ad residentiam, et ad faciendum se initiari sacris ordinibus. c. cum in cunctis. §. inferiori de electionibus. Docto. et Card. in Clem. unica q. 20. de offic. Vicar. Rebuff. in praxi tit.o de non promot. inf. ann. n.o 6. Idem dic de comenda curae Iurisd.nalis que similiter est prehe minentia cum Iurisd.ne, et ita pendente dubio In Cong.ne Ill.mi rescripsit summus Pont.x Greg.s xiij. 6. Kal. Martij

Clerici alioquin Idonei] qui cum sacerdos est et peritus] Idem

Ass.cam in forma dignum de Canonicatu super litteratura seu Idoneitate Scientiæ, examinandus non est ab Ord.rio et idem de quocunq. alio ordine sacro illi Canonicatui requisito

Et 22. annis non minores / Ætas 22. annorum sufficit ad acquirend. Canonicatum cui unita est Parochia

Ætas 22. annorum non requiritur in Canonicatibus Collegiatarum ecclesiarum magis nunc quam ante Concilium, a quo nihil innovatur super ætate promovendorum ad Canonicatus huiusmodi Collegiatarum ecclesiarum cum in nullo decreto Concilij Trid.ni de hoc statutum quicquam sed relictum est intra illos terminos qui ante idem Concil. præscripti sunt

An ætas 22. annorum requiratur incepta vel completa, cum sermo sit conceptus in Ablativo vide per Abb. in c. cum in cunctis. §. inferiora de elect. Silvest. ver. ætas. n.o 4.

De Consensu Ord.rij dispensat.r super ætate resignatarij attenta fide vitæ et morum probitatis, eorum consensu et eadem de causa et dispensatur ad Canonicatum in Cathedrali, et quod non promoveatur

Hic locus alius declarat sess. 22. de refor. c. 4. §. nec alijs in postremum.

Nomine et de beneficijs comprehendunt.r et Canonici, et aliæ dignitates et personæ existentes in Cathed.li ante Conc.m

Ad minus ante duos menses / nec longissima, nedum triennalis possessio prodest ei, qui non emisit professionem fidei quo ad fructus percipiendos quamdiu infra d. professionem non emiserit.

An si qui non fecerit professionem fidei iuxta hoc decretum, et non faciunt fructus suos hor. appellat.e veniant distributiones quotidianæ

Cong.o censuit distributiones quotidianas non comprehendi his verbis Concilij, quoniam dant rationem ministerij personalis ac propter operas suas et illas percipiens facit suas ita ut possit de eis testari, et alias ad libitum disponere ut tradunt omnes in cap.o unico de Cler. non resid. in 6. quod non veniant appell.e

fructuum Flor. cons. 110. Rot. de preben. in nov. decis. 2. et decis. 33. de sent. et re iud. in antiq. Cassad. decis. p.a in tit. de preben. Prob. in Addit. ad Monach. d. cons. unico n.o 35. et citat omnes, quos c. licet de preb. lati Paris. cons. 32. et seq. lib. 4. et Gig. in sua respons. 35.

Sue fidei publicam professionem per se ipsum, et si absens accedat ad Ecclesiam.

Ad hanc fidei professionem tenent. etiam ludi magri qui Grammaticam in domibus privatis docent, et expensis aliorum vivunt.

Ad emittendam professionem fidei omnes docentes artes liberales tenentur. qui antequam admittantur possunt arbitrio Epi prohiberi donec de moribus eorum sumpserit informationem. Idem est dicendum de iis quibus per aliquod universitatis testimonium non cedit. et hoc non solum est conforme Bullae Pij 4. sed et decreto Pij V.ti

Dubitatur An facturi fidei publicam professionem iuxta formam huius cap. si sint absentes possint illam emittere per procuratorem. Cong.o censuit non posse, sed bene per se ipsos professionem emittere.

An Bulla Pij 4.ti de professione fidei singulorum doctorum et professorum comprehendat et docentes primo principia Grammaticae et artium liberalium etiam privatim Cong.o censuit eos istos in bulla comprehendi.

An capienda sit informatio et faciendus processus summarie super fide Catholica illorum antequam emittant professionem fidei: Congreg.o censuit ita faciendum esse, sed quatenus Epo sufficere videbitur.

An ordinarij non observantes contenta in d.a Bulla incurrant penas ibi impositas habentibus facultatem doctorandi: Cong.o censuit in locis in quibus non sunt Gimnasia publica videri d. bullam has penas non imposuisse Ord.rijs si patiantur quemque quoquomodo docere litteras priusquam professionem fidei faciat.

Provisi aut de Canonicatibus intellige infra annum. c. licet et c. cum ex eo. de elect. in 6. supra Sess. 7. c. 12. et Sess. 22. c. 4.

Canonicatus Ecclesiae Collegiatae in Romana civitate dignior est

In Canonicatu Cathedralis alterius Civitatis.
In Ecclesijs Cathedralibus. Cong. Censuit non extendi ad Canonicos in Collegiatis
Fructus non faciant suos per omissionem professionis fidei, amittuntur fructus
tantum praebendarum, non autem distributiones quotidianae quas in serviendo
quis acquisiverit.
Fructus ammissos, ob fidei professionem non factam iuxta hoc decretum re-
mittere non potest Ord. sed recurrendum est ad Papam qui solet eos condonare.
Nec illis possessio suffragetur, comprehenduntur et si fuerint regulares et
computandi sunt duo menses a die electionis, vel a quo admittuntur
ad participationem mensae Capitularis
An Concilium per haec verba auferat omnem titulum ~~possessionis~~ possessionis
ita ut nec triennalis possessio suffragetur, et tales semper dicantur
intrusi? Et videtur respondendum affirmative, quia ubi lex expresse
resistit possessioni, talis dicitur potius detentor et intrusus quam
possessor. c. ad decimas ubi Lap. de restit. spol. in 6. non enim
intrusum sed iustum possessorem defendunt leges c. pro. § quis fiat
investitura nihil enim aliud est possessio quam ius insistendi rei
non prohibitae possideri l. 1. ubi Doct. et Bart. de acq. poss. nec
obstat, quod talis fuerit legitime provisus ab initio, quia ad iuxta
decretum Concilij cum sit professus ille titulus reducitur ad non
titulum, et sic cessat qualitas requisita ad triennalem ut in
simili probat Gomes. in reg. de trien. q. 2. n.o 6. Et cum talis
sciat se iniuste possidere, et non facere fructus suos tanto gravius
peccat, quanto diutius perseverat arg. c. fin. de consuet. et c. fin. de
rescript. nec obstant privilegia trienalis quia illa emanarunt ~~propter~~
negligentiam non petentium ius suum ut not. Gomes. in prohem.
d. reg. n.o 3. quod non cadit in isto casu in quo interest Reipu-
blicae ut fiat professio fidei. minus obstat quod concludit Gomes.

in d. reg. q. 10. quia etiam execrabilis non inficit possessionem haud insit hic Concilium. Et idem respondetur ad c. licet Canon. de elect. in 6. Verum licet hec de iure possit sustineri, tamen non videtur facere ad Decretum Concilij cuius verus intellectus videtur esse, ut non possidentes patiantur unicam illam personam, et ne faciat fructus suos nec illis possessio suffragetur, ita ut non inficiat titulum sed circa fructus provideat, qui intellectus facit, ut nec possit quis se tueri triennali ad faciendum fructus suos predicta, et ita propositio dubio in Congregatione Illustrissimorum dictum est plenaria Illustrissimi nihil tamen fuit decisum sub die 4. Maij 1574. Vide Sarn. de visit. lib. . c. 3. n.o 4.

Sed quid fiet de dd. fructibus: dic esse applicandos fabrice Ecclesie vel pauperibus sicut diximus de fructibus non residentium q. c. 1. vers. si quis autem. Sess. 23.

Canonicatum aut portionem § Qui enim est Canonicus et in minori etate constitutus non est cogendus ad susceptionem ordinum nisi postquam pervenerit ad legitimam etatem.

Distributiones quotidiane non comprehenduntur sub hoc vers. quas inserviens facit suas tamen possessionem fidei non emiserit.

Obtinentes prebendas in Cathedralibus quantumvis eorum etas patiatur statim cogendi sunt suscipere, et exercere illos ordines qui annexi sunt illis prebendis; ut censuit Sacra Congregatio sed non promotus ad Sacros ordines intra annum, non debet privari Canonicatu si eius possessionem habuit a Papa, et impedimentum non promotionis provenit solum propter defectum etatis ex Congregationis sententia

Eo ordine sacro monitus ad suscipiendum eum ordinem quem eius dignitas aut portio requirit, si non receperit auctoritate huius decreti privatus denuntiari poterit ipso iure [illegible] statuta

in Concilio Constantien. sess. 43. de dispens.

An sit initiatus vacante prebenda presbiterali possit Epus illam conferre illi qui diaconatum, vel subdiaconatum habet, et aut eum qui etatem habeat pro his obtinendis

An vacante canonicatu presbiterali in cathedrali in sacris ordinibus cum propter etatem 22 annorum nequeat ullum alii idoneo conferre possit illi providere de canonicatu subdiaconali per resignationem alterius canonici auctoritate sedis Aplicae et presbiteralem conferre d. resignanti in legitima etate constituto. Congo censuit posse ex hoc decreto.

An in tali etate ut infra tempus neque ante, neque post Concilium Trid. nullus ordo sive diaconalis sive presbiteralis canonicatui annexus fuerit, ut parochialis eccl. legitime et perpetuo ei canonicatui unita tamen postea accessorium attendenda est natura canonicatus, non autem parochialis, et ita sufficit ut is cui collatio facta est sit in ea etate 22 annorum que in canonicatus collat. requirit.

Obtinentes canonicatum per resignationem in etate minori legitima constitutus nulla facta mentione de supplimento etatis nequaquam illos retinere posse, sed infra sex menses resignare permittitur, nulla tamen sibi reservata pensione.

Initiari valeant, et qui non potuit initiari ob defectum etatis privari possit canonicatu, et fructibus eo percepti, S. D. N. Greg. 13. decrevit nihil disposuisse Concilium qua in etate esse debeant ii qui canonicatus requirere volunt in collegiatis ecclesijs et ideo relictum esse id in terminis illis qui ante Concilium constituta erant.

In omnibus vero ecclesijs si hoc habet locum solum in cathedralibus. ut Congregatio censuit non autem extenditur ad canonicos in collegiatis

Episcopus non potest cogere ut Canonici omnes efficiantur Sacerdotes sed sufficit ut dimidia pars Canonicorum presbiteri sint, inter quos precipui debent esse Parochi, ceteri vero diaconi, et subdiaconi ut Sacra Congregatio ~~censuit~~ declaravit.

Omnes Canonicatus, et prebendis etc. Canonicalis ordo sacer adiungatur.

Annexum ordinem etc. Cum Sacra Congregatio intellexisset Vicarium Patavinum in annexione sacrorum ordinum quam fecerat Canonicatus illius Ecclesie inclusisse dignitates, censuit rescribendum his verbis; Cum Concilium non meminerit dignitatum, cum de illa annexione disposuit, cum idem voluerit saltem dimidiam partem presbiteralem esse cum caveat item Capitulum ac de eius Consilio subtrahat dignitates, et earum loco designet et ~~distribuat~~ tribuat quibus alijs Canonicalibus Cathedralium nisi quis se faciat promoveri ad sacrum ordinem infra tempus a Concilio prescriptum, ~~possit post~~ monitionem privari non modo distributionibus sed etiam Canonicatu ipso, Clem. ut hi de etat. et qualit. iuncta glos. pen. c. licet Canon. de elect. in 6. que Lex non modo habet locum in ijs qui de cetero obtinebunt, sed etiam in iam obtentis, quam hec lex reformat et reducit rem ad usum consuetum, functionis omnium ordinum ut sup.º sess. 23. cap. 17. Felin. in c. fin. n.º 23. de constit. et ita censuit Congregatio sub die 22. Ianuarij 1573.

Ut dimidia saltem pars etc. Dimidia Canonicorum presbiteratus debet assumere et in hac parte computantur dignitates obtinentes.

Ista medietas accipienda est a singulis Collegijs non confuse videlicet sumendo Canonicos cum portionarijs

Ceteri vero diaconi Episcopus facta annexione ordinum civilis Canonicatus Canonicos ad eorum susceptionem cogere debet

Hortatur et Sancta Sinodus &c. Cong.ⁿᵉ hic hortatur non autem precipit ut ibi id comode fieri possit dignitates in Cathedralibus ecclesijs et Collegiatis Insignibus conferrant. tantum magistris vel doctoribus, vel etiam licentiatis in theologia aut Iure Canonico
Dignitates omnes &c. Principalis dignitas in ecclesia Collegiata exempta cui ordinaria iurisdictio cum omnibus iuribus Episcopalibus competit nec necessario non debet conferri doctori vel licentiato, cum id nunquam per Conc.ᵐ Trid. caveatur et hic non precipit, sed hortatur ut dictum est supra cap. 2. sess. 22.
In Cathedralibus ecclesijs &c. Quod dignitas et Canonicatus in Cathedralibus dentur tantum graduatis, non est inducendum ex necessitate nec id potest Concilium Provinciale statuere possit.
Conferantur tantum magistris &c. Cong.ᵒ Concilij censuit eos qui subdiaconi aut diaconi vel presbiteri sunt petuntque admitti ad Cathedralis eccl.ᵉ Canonicatus, qui eorum ordinem sacrum quem ipsi habent requirit, sibi in forma dignum collatos opus non esse examine, quod ad explorandam litteraturam pertinet, eos vero qui sacros ordines nondum susceperint examinandos esse, ut illi habeant ad iumentum doctrinae, quae ex dispositione Concil. Trid. necessaria sunt illi sacro ordini qui Canonicatui quem volunt erit annexus.
Praeterea obtinentibus &c. An beneficia simplicia obtinens residere debeant, dic quod obtinens beneficium quod sit simplex et sine cura animarum et ecclesiam Collegiatam nec personalem residentiam ob aliam causam requirens non tenetur in eo residere tenetur tamen ad inserviendum illi per alium qui sit ab Ordinario approbatus
Non fuit mens Pij V. in bulla de residentia edita 01. Iulij 1569

cogere habentes beneficia simplicia in eis residere, dicta bulla incipit, Cupientes &c.

Declaratum fuit per Sacram Congreg.^nem quod Canonicus qui abest a servitio suae Ecclesiae ultra tres menses licet sit et maneat in Civitate seu loco in quo ipsa Ecclesia consistit posse mulctari prout in Concilio statuitur, et omnes contrarias consuetudines per d. decretum Praeterea, sublatas esse.

In eisdem Cathedralibus aut Collegiatis / intelligitur de omnibus collegiatis etiam insignibus, nisi tamen istae insignes collegiatae essent rurales prorsus destitutae in quibus nunquam antea post hominum memoriam solitum esset residere aut adeo tenues redditus essent, aut Canonici aliunde non habentes, unde viverent, valere non possunt, et sufficit ad excludendum immemorabilem quod aliqui Canonici resederint.

Can.ci Collegiatarum etc in oppidis insignibus teneantur resi[dere] censuit [Congregatio] in una Comen. 5. Julij 1599.

Ad hanc residentiam tenentur et Abbates regulares et alij Superiores Ecclesiarum Collegiatarum licet habeant iurisd.^nem in Canonicis, si in eis dignitates obtineant, et ad hoc cogi possunt ab Episcopis sub quorum dioecesi sunt.

Ecclesia instituta iamdiu ob incursum furum et intemperiem aeris ad aliam viciniorem locum est transferenda ne resid.^a deserat.

Tempore vacationum in Ecclesijs Cathedralibus et Colleg.^tis distributiones debent esse solutae, Nota in hoc sensu, quia verba ijsdem et alia huiusmodi sunt restrictiva praecedentia ut not. Afflict. cons. 90. n.o 1. Veral. decis. 94. n.o 1. Verall. decis. 34. lib. Videtur propter hoc verbum eisdem dicendum quod quae requiruntur, statuitur de residentia habeat et locum in Canonicatibus et Collegiatis insignibus, et Canonicus aliarum collegiatarum non insignium

non teneri hoc decreto ad residendum, neq. ad hanc penam, sed verius videtur eos teneri cum alias deterioris conditionis essent Ideo de iure comuni post sex menses priorum statim privari. cap. tue. ubi Glos. de Cler. non resid. et sequeretur aliud absurdum quod idem esset dicendum de Canonicis Cathedralium non insigniis, quod tamen falsum est, et quod supra statuitur in eod. cap. de distributionibus quotidianis refertur ad quoscunq. Canonicos cuiuscunq. collegiatae iux. c. 1. de Cler. non resid. in 6. et quod dicitur supra sess. 21. c. 3. de separanda 3.a parte ex comunicatis quarcunque collegiatarum. Intelligitur sive sint insignes, sive non, nam nulla est etiam differentia servitii ac oneris, nec de iure et intelligi potest illud eisdem ut referat ad omnes collegiatas supra relatas, non tantum ad proximiori quod fieri convenit ut vitetur absurditas, quia hec dictio sicut dictio suprad. tunc refertur ad proximi precedentia verba, si ad alia comode fieri non potest Bart. in l. 1. ss. hoc edicto. n.o 20. de postul. Dec. cons. 423. Tiraq. de retract. lign. ss. 1. gl. 3. n.o 24. Et ita ius esse censuit Sacra Congreg.o in una Mediolanen. Instan. Ill.mi d. Card.le Borromeo sub die 7. ctris 1565. Et decretum fuerit moderatum quoad Collegiatas quasdam ibi existentes que sunt nullius momenti, nec habent servitium.

Dignitates compelli possunt ad residen. personalem penis, officijs a Conc.o in hoc tex. non obstan. quod voluerint dignitates amittere 3.as partem in fructuum pro distributionibus quotidianis applicatam.

Dignitates, Canonicatus, Prebendas / Hoc decreto cavetur ne obtinentes in Ecclesijs metropolitanis, Cathedralibus vel Collegiatis dignitates

Sess. 24. de reform. cap. 12.

Canonicatus, seu portiones, possunt vigore alicuius Statuti, siue consuetudinis recreationis gratia ultra mensem ab eis. Ecc. abesse. Decanus et Capitulum Ecc. Abulen. pretendunt vi cuius cuiusdam sui Statuti seu Consuetudinis non obstante decreto supra posse ex dicta recreationis causa abesse a seruitio et residentia eorum Ecclesiae per quatuor menses, et interim non solum prebendam grossam sed et distributiones quotidianas, ac si diuinis interesset lucrari. Episcopus. Episcopus credens ex huiusmodi pretensione Cultus Diuini augmentum laedi, eamque de directo esse contrariam dispositioni Conc. Trid. recurrit ad Sacram Congreg.onem supplicans declarari duo; Primum est, An d. decretum cap. 12. sess. 24. tollat quascumque Consuetudines, et Statuta, quae longius tempus trium mensium indulgeant. 2.o An in dd. tribus mensibus quibus possunt abesse a residentia lucrentur quascumque distribut.es quotidianas quocumque nomine nuncupentur, et ex quacumque causa dentur ac distribuantur, Congreg.o respondit donec et quousque Rota hic decreuerit, Confirmationem Statuti Abulen. validam et legitimam esse, seruandum decretum Concilij supra de absentia trium mensium, non obstante quacumque consuetud.e etiam immemorabili. Interea vero absentes non lucrari distribut.es quotidianas.

Episcopus residens in sua Epatus sede, solutus est a resid.a decanatus et Canonicatus et caeterorum beneficiorum, ac illa retinere, fructusque percipere potest exceptis quotidianis distributionibus et alijs si quae forte sunt quae absentes alia de causa non percipiant.

Canonici ad Canonicam residentiam tenentur in Canonicatibus

nisi in alijs beneficijs eiusdem qualitatis resideant.
Aut portiones] Idem iudicandum de mansionarijs, et alijs beneficijs
quae sunt perpetua et habent annexum servitium in Choro.
Obtinentes personatus etiam sunt in eodem casu ut teneantur ad
residentiam dignitatis Abb. in c. ad hec de preben.
Non liceat] Nullus excusatur a residentia licet distributiones quot
tidianas ammittere contentus.
Habens Canonicatum et Parochialem in duabus diocesibus et non
residens in Parochiali, ex permissu Epi ut tenetur ex Bulla
Pij V.ti cogendus est ad residentiam in Canonicatu.
Statutis dummodo non sit confirmatum a Sede Ap.ca] Sacra enim
Congreg. censuit Conc.m non procedere in statutis a Sede Apostolica
approbatis.
Seu consuetudinibus etiam immemorabilibus] Congreg.o censuit immemo.
rabilem esse sublatam per Conc.m et statuta contra nihil valere
ut eam resolutum fuit nisi a Sede Ap.ca sint affirmata.
Si per Statutum Ecclesie concedatur Canonicis per tres menses abesse
si illud per consuetudinem non fuit observatum, attendenda
est magis consuetudo contraria quam statutum
In Cathedralibus et Collegiatis Insignibus ut supra obtinentes dignitates] Sta.
S. D. N. Gregorius XIIJ ex sententia Cong.nis declaravit in Collegiatis
aut non in quibus imm.lis consuetudo excusare poterit, si Ecc.e
sint Rurales prorsus destitutae aut in quibus ante supra
hominum memoriam solitum esset non residere, aut in quib.
adeo tenues redditus habentes ut Canonici non aliunde
habentes unde vivant alere non possint.
Statutum per quod conceditur abesse ultra tres menses ab Ecclesijs

Cathedralibus et Collegiatis si a Sede Ap.ca fuit confirmata non censetur in Concilio abrogatum.

Ultra tres menses et continuos / Interessentia de qua in hoc decreto debet esse in omnibus diebus et horis offitijs divinis; Congreg.o enim Concilij censuit servandum esse precise hoc decretum, quo omnes dignitates, et Canonici iubentur omnibus diebus et horis offitijs divinis interesse et inservire, preterquam in tribus mensibus singulorum annorum. nisi Ecclesię Constitutiones longius servitij tempus requirant.

Non requirit. licentia Epi, sed tamen non possunt omnes Canonici abesse eodem tempore, ~~nec~~ ne Ecclesia destituatur suo debito servitio, sed tantum ea quota pars Canonicorum que videbitur arb.o Epi et Capti.

Non licet ultra tres menses abesse, nisi ex causa Inimicitiarum si post obtentum Canonicatum Inimicitię supervenerint, vel nisi in parochiali Ecclesia resideret, etiam si sit tenit in loco sed tantum absuerit a servitio ultra tres menses.

Fuit tamen dispensatum; cum multis in Polonia ad longius tempus ex varijs causis.

Studiorum causa nemo abesse ultra quinquennium et hoc tempore distributiones quotidianas non lucratur.

Quibusdam propter graves ac diuturnas Inimicitias recusantibus in suis parochialibus residere, et volentibus resignare et de Rectore providentur. An Epus possit unita ijs quedam simplicia beneficia et Oratoria dividere, et illis conferre, cum ijs detractis, redditus Parochialium sufficiat ad hoc, et sustentandum Rectorem, Congreg.o censuit Epum non posse hoc facere.

Tz de iure

Ts de iure communi Capitulum possit statuere, ut Canonici serviant una hebdomada, et duabus vaccent, et sic inducere vacationem sex octo mentes ut not. glo. in c. postulat. ver. quod in templo. et ver. in ces. dist. 92. et ibidem Turrecrem. quem sequit. domin. in c. unico post prine. de cler. non resid. in 6. et in addit, Tamen cum hic per Conc. derogetur statuto, et consuetudini censentur omnes vacationes ultra tres mentes sublatę, si aliter sint inductę ex fundatione, ne subtrahantur homines a fundatione multa permittuntur glos. in c. cum dilectus de iure patr. in generali derogatione non censetur derogatum conditionib. in fundatione appositis Roman. in l. si vero. §. de iure nº. 45. vers. probatur. solut. matr. qui allegat decis. Rot. 3. Et ita censuit Sacra Congreg.º sub die 6. 7bris 1574. Ts multi expectent responsum S.D.N. et dubitent, ne detur occasio multis non residendi, quod fingant sibi fundationes: Tandem censuit Congr.º quod vacantię omnes unius aut plurium mentium in quibus absentes distributiones quotidianas percipere solebant sublatas esse nisi absint ex causis a iure permissis, proterque si dictę vacationes concessę essent in fundatione quę ex intelligunt. sublatę

Si Canonicatus fructus sint omnes distributiones quotidianę
An eisdem Ecclesijs absens ultra tres menses a Cathedrali vel colleg.ta Eccl.ª licet in civitate maneat, ubi est Ecclesia non excusatur quin hoc decreto puniri possit.

An illis tribus mensibus a iure concessis sit assignanda causa absentię et cum licentia Prelati! vel possit potiri beneficio trium mensium, nulla causa declarata, sed impetrata licentia a Decano vel presidente in Choro, et frui quibusdam rivis distributionib. per Capitum impositis pro ut fruuntur in dd. trib. mensib. omnib.

fructibus suarum prebendarum cum pro presentibus et interessentibus habeantur de iure: Congregatio censuit nullam assignandam esse causam; 2.do nullam licentiam requiri; Non tamen omnes Canonicos abesse posse eodem tempore, ne Ecclesia debito servitio destituatur, sed quintam partem quae videlicet arb.° Episcopi vel Capituli; 3.° non posse frui dictis distributionibus, cum istae distributiones sint distinctae a prebendis.

Cong.° Concilij censuit eum, qui cum Episcopo? est detentus ne possit discedere ab Urbe, non posse cogi ad residendum.

Quolibet anno abesse etc. Sepe Cong.° rescripsit quod Archiepiscopus Genuen. provideat ne duo illi menses, quos habent vacantes Canonici sui Capituli, incurrant in Natalem aut Pascham Domini aut huiusmodi maximas solemnitates.

Decretum hoc intelligendum est, ut Canonici non possint abesse ab Ecclesiae suae servitio ultra tres menses singulis annis, nihilque eis prodesse quod in civitate maneant nisi Ecclesiae debitis horis inserviant, intelligendumque est omnes in contrarium consuetud. per hoc decretum esse sublatas.

Episcopus potest ob legitimam causam dare licentiam Canonicis ut abesse possint per quatuor menses a sua Ecclesia.

Residens in Decanatu unius Ecclesiae non amittit fructus aliorum Canonicatuum quos in alijs Ecclesijs obtinet ex sententia Congregationis exceptis tamen quotidianis distributionibus, et alijs quas absentes non percipere solent.

Congregatio censuit de alijs qui non sunt beneficiati et inserviunt Ecclesiae Conc.m nihil disponere, sed quatenus servandum id quod Conc.m mandat circa regimen debitum in divinis officijs. sess. 24. c. 12. in fine.

Aliquis pro anno p.o absens per annum a dignitate, Canonicatu, et Prebenda distributionibus est privatus, et privari debet dimidia parte fructuum si vero perseveravent in absentia privandus est non fructibus tantum sed etiam beneficio

Si quis ergo non resideat in Canonicatu vel dignitate sum pro vigore huius decreti privari nisi servata forma eius post triennium, et in hac sententia resolvisset Cong.o Epo Rosanen. 6. Idus Aprilis 1564.

Ecclesiarum Constitutionibus / Quod si non adsit constitutio ulla longius servitij tempus requirens, sed tantum consuetudo, An huiusmodi consuetudo longioris servitutis sit a Conc.o praeservata Cong.o censuit esse praeservatam, et ita respondit die 15 Iulij 1599. in quadam causa Ferrarien.

An liceat Canonicis Regularibus et Secularibus in eadem Ecclesia abesse tres menses stante quod p. eorum statuta et consuetudines absunt per quadraginta dies tantum cum licentia; In Secularibus autem censuit sacra Cong.o negative ex hoc textu, In regularibus autem censuit non comprehendi sub hoc decreto, verum si causa sit rationabilis et adsit licentia Prioris possunt.

An Indultum Leonis x. tribuens Preposito et Canonicis S.te Mariae della Scala vacationem duorum mensium cum fundationem Ecc.e Castilligat. sublatum sit p. hoc cap.tum. An vero ex hoc textu preservetur dum vult salvas esse Constitutiones Ecclesiarum. quae longius servitij tempus requirunt. Congreg.o censuit negative, cum expresse non deroget Indultis, et Conc.m hic tantum revocat Constitutiones, quae concedunt absentiam ultra tres menses

Redarguit.r Epus qui p.o anno in Cathedrali vel collegiata Ecc.a privat non residentem

Quando tempus faciendi introitus periculosum esse solet propter nimios calores concedenda est dilatio saltem eam ad perficiendum ad

residentiam sui beneficij, et interim dum abest ab eo quoad fructus beneficij habenda est ratio ac si resideret.

Quando non stat per aliquem quo minus in suo benef.º resideat nullum detrimentum ob non residentiam sentire solet.

Licentia ut aliquis possit abesse causa studiorum a servitio suae ecclesiae vel sui Canonicatus; non suffragatur ultra quinquennium a die quo studere cessit.

An obtinentes dignitates a Cathedralibus aut Collegiatis Ecclesijs quae pro prebenda quae eis distincta est ex certa dismembratione interim dum eam illius expectant residere teneantur. Cong.º censuit negative.

Habentes plures canonicatus ubi residere debeant. Cong.º censuit quod si sint dignitatis pari isti Canonicatus, quis obtinet residere debet in eo in quo plurimus inservire possit.

Obtinentes duos Canonicatus tenent.ʳ in digniori residere, eius vero in quo non residet quotidianas distributiones perdit, in quibus distributionibus intelligi et comprehenditur 3.ª pars prebendae quae ex Conc.º Trid. conversa fuit in distributiones quotidianas.

Obtinens Canonicatum et Monasterium in Comendam ab animarum curam liberum in Canonicatu residere tenetur.

Epô Ulisbonen. Scribatur N. residentem in Canonicatu Ecc.ᵉ Ulisbonen. cogendum non esse ut resideat in Mon.ʳⁱᵒ N. ordinis Cistercien. quod obtinet in Comendam.

Habens duos Archidiaconatus dignitate pares residere potest in quo sibi placuerit, si alter eorum est dignior in eo tenet.ʳ residere.

Parochus habens Parochiam intra cuius limites adhuc habitant Parochiani tenetur in ea residere.

Ratione et Prebendae ac residentiae fuit non, Non tñ. si in alio Canonicatu et Ecc.ª Collegiata alt. Dioecesis resideret.

Crescenti vero Contumatia, declaravit sacra Cong.º in privatione fructuum

et emolumentorum Canonicatuum et prebendarum observanda esse que habentur in hoc capitulo.

Illi qui licentia legendi obtenta absunt causa studiorum distributiones omnes percipere habent exceptis incertis et quotidianis provenientibus que tantummodo inter presentes dividi soleant ex Congregationis sententia.

Canonicus qui dum erat sanus nec aliquem legendi causa impeditus canonicatus sui personale munus obire solitus erat, si postea egritudine superveniente impediatur id exequi non debet propterea quotidianas distributiones ammittere.

Privatur omnibus fructibus quem olim Episcopus non poterat sine Capitulo privare Canonicum non residentem ut per Oldr. cons. 194. dubitatur hodie ut hic et s.ᵉ c. sess. 6. et c. de cler. non resid. in 6. et Cassad. decis. unic. eod. tit. sed advertas quod distributiones quotidiane non debentur absentibus etiam privilegiatis. c. fin. de cleric. et c. cum non debeat. de elect. in 6. nec etiam debentur stantibus cum Episcopo vel in studio. c. licet ubi glos. et Doct. et in d. c. fin. de residentia et in c. 2. de privileg. in 6. Staphil. de liter. grat. et bull. fol. 192. Cassador. decis. p.ª de privil. etiam si serviant per substitutum Cald. cons. 1. de cler. non resid. nam in distributionibus non sufficit presentia nisi concurrat interessentia glos. in d. c. p.º de cler. non resid. ubi Prob. n.º 10. Cassad. d. decis. p.ª de privil. et de cler. non resid. quia laborantes merentur salarium diurnum ut dicit Iul. de Mont. in extravag. Io. 22. suscepti vers. convenit. Host. et alij in c. fin. de vita et honestate cler. Oldr. cons. 194. super p.º col. 3. quem ampliat procedere etiam si ille distributiones in fine anni distribuantur quia cum sint constitute pro interessentibus sunt vere distributiones et non dantur absentibus contra Dec. cons. 204. in fin. quem reprobat Paris. cons. 33. n.º 15 lib. 4. Ita firmavit Rota in una Canonicatus S. Iois Lateranen., et reprobatur ideo eo quia

distributio fit tantum inter Interessentes secus si fierit inter pentes Prob. in d. c. p.º n.º 12. Paris. d. cons. 33. n.º 3. quod limitat.ʳ non procedere in Ecclesia, in qua omnes fructus sunt distributiones, quia tunc privat.ʳ aliquid operetur; Creditur quod Papa de illis intellexerit Alex. cons. 200. n.º 10. et lib. in d. c. licet suis adde Archid. in d. c. p.º Et quando illa que distribuuntur per mensem, uel hebdomadam non ueniunt app.ne distributionum uide per extrauag. nonnullos de preben. inter communes circa med. Item causa Inimicitie est sufficiens, ut quis possit percipere ex distributiones quottidianas ut p. not. per glo. Jo. And. dom. in d. c. p.º de cler. non resid. in 6. Afflict. decis. 09. n.º 15. 16. 19. Item quelibet alia causa rationabilis et corporis probabilis necessitas d. c. p.º de cler. non resid. in 6. ubi Archid. col. 2. uers. corporali necessitas. p. tex. in c. his qui de consecr. dist. 4. Cald. cons. 17. ad fin. de preb. exemplum ponit.ʳ in exclusu, uel expulso ex si sit in culpa, dumodo non sit ordinata ad hoc ut uoluit Jo. And. et Gemin. in d. c. unic. § qui uero, uer. quod de exilijs de cler. non resid. in 6. Cald. d. cons. 17. Paris. d. cons. 3. n.º 19. lib. 4. et cons. 102. n.º 12. et 13. et idem posset dici de incarcerato presertim ante condemnationem, quia dicit.ʳ impeditus ex necess.ᵉ causa arg.ᵒ l. Papinianus de minor. Paris. d.ᵒ cons. 102. n.º 4 et 5. lib. 4. Alex. in l. 2. de in lius uoc. Item si timeat Seuitiam Prelati, quia non tenetur se exponere periculo corporis uel rez. max. Cald. d. cons. 17. c. fin. de pact. c. accidens. de prouant. Item si sit procur Ecc.ᵉ et ad defendendas ius Ecclesie si sit absens Paris. d. cons. 32. sub n.º 24. et seq. lib. 4. Quid de contumacis, uel in exilium missis, uel suspensis uel excomunicatis; dic quod ex quo isti sunt declarati non lucrantur distributiones Ita Felin. in c. cum omnes n.º 39. de Const. Prob. in d. c. unic. n.º 22. Couar. uar. resol. lib. 3. cap. 13. uers. 7.ᵐᵒ quia nemo iudicatus ex culpa sua meretur distributiones, Quo uero ad carceratum Sacra Cong.ᵒ censuit eum non

priuari distributionibus usq. ad p^am sententiam q si damnatus appellet interim non percipiet, sed si in 2^a instantia obtinuerit omnia recuperabit ut dictum fuit sub die 27 Iulij 1570. in ca Canonicatus Brachareii.

Distributiones circo qui stant horis, An Canonici uel alij officiales Choricantes in Cathedralibus uel Collegiatis Capellanias in titulum uelut mercenarij eo tempore quo in dd. Cappellanijs celebrant distributiones recipere debeant, licet absint a Choro, et q si deuotionis causa, uel si a superiori ecclesijs eis iniungatur, ut eo tempore celebrentur, S. D. N. etiam ex sententia Cong^nis declarauit non posse, nisi quando sic iussi essent a suo superiori, quem tn^a admoneri uoluit ut ab huiusmodi iussu se abstineant.

Tempore uacationum in ecclesijs Cathedralibus et collegiatis distributiones debent esse solitae

Inseruientes Ecclesijs suis parochialibus et habentes legitime beneficia in ecclesijs Cathedralibus uel alijs servientia quae residentiam requirunt quorum omnium fructus consistunt in distributionib. quotidianis possunt eos omnes percipere, d. modo nullae prebendae distinctae fuerint, et omnes de eis percipiantur, nec debet aliquid eis qui diuinis horis non intersunt, et quando saluo debito seruitio Ecclesiarum Parochialium potuerint etiam inseruire Cathedralib. tunc non possunt percipere nisi quatenus inseruiantur.

Habens parochialem et Canonicatum ex legitima dispensatione debet residere in Parochiali amissis distributionib. quotidianis ita et statuit S. D. N. Pius V. de obtinentib. utrumq. benef^m ante Conc^m.

Absentes pro utilitate Ecc. distributiones non amittunt quotidianas

Absentes causa peregrinationis etiam ex facultat. statutor. Ecc. non percipiunt distributiones quotidianas, Imo neq. ad prebendae

fructus hoc tempore peregrinationis percipiendos non excusetur ultra tres menses a Concilio permissos.

An distributiones quotidianae debeantur Canonicis, et alijs infirmis stante hoc decreto. ~~Congreg.~~ Congreg. censuit deberi; et rursus die 29. novemb. 1600 dixit infirmis eis deberi portiones illarum distributionum quae a Canonicis absque alio leg.mo impedto absentibus, amittuntur, presentibus in Choro accrescunt.

Senis Consultis, si alias residere soliti sunt distributiones debentur ac eis infirmis ex propria culpa et peccato non precedenti occasione, nimius enim rigor esset, nec Superior huiusmodi inquisitionem facere debet, addendo afflictionem afflictis quandoquidem multe essent cause et non turpes, debentur etiam detinentibus in Carceribus, non tamen ob propriam culpam Jo. Andr. in c. pe. de cler. non resid. in 6.

Caecus non excusatur a recitatione suarum horarum si beneficium obtinet tamen in alijs sit privilegiatus.

Canonici qui sunt in ecclesia sed extra Chorum, tamen eis celebrent causa devotionis in eadem ecclesia non censentur presentes; secus si iussu superioris, Superior autem eis hoc mandare non debet, quod procedit eis in illis Canonicis qui sunt in eadem ecclesia Cappellani et missas celebrare tenentur.

Nec possunt Canonici etsi duo aut plures associantes eorum Prelatum volentem quandoque audire missam in ecclesia Cathedrali, sed in alia ecclesia civitatis participes fieri distributionum quotidianarum quae non nisi presentibus et interessentibus dantur.

Canonici qui sunt a Choro absentes cum eo ipso distributiones quotidianas amittunt quae interessentibus tantum debentur, ob privilegium autem qui suo Epo inserviunt, etiam si absint ultra tres menses prebendarum suarum fructus faciunt suos.

Non licet Capitulo ex aliquo pretextu distributiones quotidianas donare, relinquere, aut quavis colectione remittere alicui; qui vel ab Ecclesiae servitio absunt, vel alio quovis modo debent legitime distributiones amittere, nec fas est cuipiam eas accipere, et si acceperit suas non faciet, sed eas attribuere cogatur illico distribuendas fabricae Eccl.ae quatenus indigeat, vel alteri pio loco Episcopi arbitratu.

Statis horis) Congreg.ne Concilii intelligit statas horas idest omnes horas quibus divina celebrantur. Si glos. in Clem. ut hij qui. et ibidem Card. de etat. et qualit. n.o 12. ibi ante de iure posse fieri distribut.es per certas horas.

Non valet statutum, ut una hora vel duabus interessentes lucrentur maiorem grossam, hoc prebendam, amissis distributionibus quotidianis.

Statas horas intellige sm ordinem factum vel faciendum a Capitulo et Episcopo in ipso cap. in c. unico de cler. non resid. Et si hec verba non revocantur distributiones ut not. ibi glos. in ver. ordinationem et glo. in clem. ut hi qui in ver. nota pro consuetud. de etat. et qualit.; Dic idem si sint statuta iurata, seu a Sede apostolica confirmata, et ita censuit Congr. die 7. Iulij 1575.

Congr. censuit Canonicatus ac dignitates obtinentes teneri interesse omnibus horis, et distributiones quotidianas singulis horis ex fructibus massae proportionaliter assignandas esse ne negligantur.

Interfuerint) qui tempore quo cantatur una hora in choro missam celebrant in eadem lecta ex devotione vel obligatione non dr interfuisse illi horae, nec illius distributiones accipere potest, si vero iussus fuerit a superiore ut celebret, tunc recipiet; superior tamen cavere debet a tali iussione

Censuit Congreg.ne facultatem Capitularibus se se invicem substituendi in servitio Ecclesiae ab Episcopo debere concedi ea tamen cautione

adhibita ut non eodem tum tempore, tum servitio sint obstricti.

Recipiant / habentur tamq. presentes in Choro qui curam animar. exercent que illi Ecclesie immineat, dum tn̄ sunt in actu administrandi Sacram.ta vel alia exercendi que spectant ad ipsam Curam.

Non potest declinari quin 3.a pars prebende convertatur in distributiones quotidianas ex decreto Concilij supra Sess. 22. c. 5. ratione curę animar. que immineat Canonicatui vel dignitati, que a prebenda non est divisibilis.

Religiosi / Quid si Canonicus habeat Capellaniam in eadem Ecclia cum legitima dispensatione, vel ei deserviat ut mercenarius, an interim dum celebrat in ea, et a Choro abest percipiat distributiones. Cong.o respondit negative, quia nemo duo incompatibilia munera eodem tempore exercere potest et ex utroq. percipere ad not. per Sbar. in c. ex parte n.o 14. et seq. de prebend. nec obst. sup.a c. 3. sess. 22. quia ibi onus curę erat annexum Canonicatui vel dignitati et propterea favore curę animar. permittitur interim donec curę deservit percipere Canonicus distributiones quotidianas, si vero Canonicatibus debeat esse Sacer ordo annexus.

Canonicatus et portiones / qui ante Confirmationem Concilij Trid.ni duos Canonicatus legitime obtinuerunt, ex hoc decreto non prohibentur eos nunc utrumq. Canonicatum retinere, quod si partem Ecclesiam nullam habent in Canonicatu digniori residen. est ut ex altero Canonicatu fructus percipiantur, exceptis duntaxat quotidianis distributionib. alijsq. preterea quas Canonici ex alia iusta causa absentes non percipiunt.

An intervenientes Parochialibus possint recipere aliquos fructus ex Canonicatibus seu beneficijs que possiderent in Cathedralib. Cong.o censuit posse omnes percipere si modo nulle prebende distincte fuerint ac omnes percipiantur de comuni, nec detur aliquid eis qui

non interesant diuinis horis, et quando saluo debito seruitio parochialium potuerint eb interesse Cathedrali, tunc non posse percipere nisi quatenus interuenerit.

An si qui Canonici eiusdem Ecclesiae Ecclesias parochiales habentes quarum Collatio ad Abbates regulares spectat, nolint in eis residere, cum hoc Abbas Collator, an Episcopo incumbat? Congregatio censuit Episcopo incumbere, et amplius debere eum inquirere, an ex legitima sedis Apostolicae dispensatione utramque possideant cum alias de iure obtinere non potuissent.

Et portiones, non ergo dignitates neque eb dimidiae portiones Episcopus aut cum Consilio Episcopus in ordinatione facienda qui ex Canonicis presbiteri qui ue Diaconi, aut Subdiaconi esse debeant tenetur solum ordinarie adhibere Capitulum consensum non consensum, quem potest eis inuitis quid magis impedire uidelitur efficere, ut saepe Congregatio censuit.

Quibus quisque ordo) Intellige quibus Canonicatibus non aut quibus Canonicis nam Concilium hic mandat posse sacros ordines annecti Canonicatibus non personis eos obtinentibus, et ita declaratum fuit.

Non obstat huic decreto statutum Ecclesiae ut puta quod 2.a pars essent secolit. nec consuetudo eb immemorabilis quia ligat hoc decretum non possessum postquam ordines fuerint distributi, et tunc possunt compelli ad eos ordines suscipiendos et exercendos, quos eorum Canonicatus habere Iudicatum fuerit, iuxta formam praedicti decreti. si uero aliquis inhabilis, et non idoneus reperiatur ad ordines sacros suscipiendos eorum qui ante distributionem ordinum fuerit recepti carebit uoce in capitulo ut in sess. 24. cap. 4. et quantum eorum etas patiatur, Praeuius de Canonicatu habente annexum ordinem sacrum si non est completae etatis ut possit intra annum ordinem requisitum suscipere non habet uocem in Capitulo iuxta decretum Sig.le in c. quar. sess. 22. de reform. et in Clem. 2. de etat. et qualit. sed non perdit

partem aliquam distributionum quae dantur iis qui ceteris horis interfuerunt pro p.o anno, intra quem ad ordines potest se facere promoveri, elapso vero anno, si non fuit ad ordinem sacrum annexum promotus subtrahitur illi dimidia pars distributionum, neq. habet vocem in capitulo, etc. si sit in sacris, ex quo non habet ordinem requisitum iuxta dispositionem d. Clem. 2. cum eius glos. in vers. ex tunc.

Aut subdiaconi | Hinc infertur quod cum sit annexus ordo sacer canonic. Si vero canonicus cogatur a Prelato celebrare pro servitio Ecclesie tunc si sumus in maioribus quibusdam festivitatibus vel si sit facta distributio a Prelato de celebrantibus et distributiones percipiant, ut voluit maior pars Cong.mi sub die 4 Aprilis 1571. sicut nunc observatum vidimus in Eccl. B. Petri a cuius exemplo non convenit divinare arg.o c. non decet. distinct. 12.

His caveant | Hinc residentes in parochialibus nullos redditus ex prebenda haberent, si omnes fructus in distributionibus essent quia tunc habentur pro prudentibus et inservientibus. Salvo si ad possent servire canonicatibus quia tunc nihil ultra servitium...

Puniendi sunt qui a servitio Ecclesie absunt, licet in civitate loco ve in quibus ipsa Ecclesia consistit sint partes tam.

Qui fuerunt olim Can.ci reservantes in vers.bus domos canonicales easq. etiam laicis locantes cogendi tamen sunt locare iusta mercede dd. domos canonicis residentibus, ita ut hi preferantur quibuscunq. aliis in locatione cessantibus quibuscunq. privilegiis inquilinatus

Non obstantibus quibuscunq. statutis ac consuetudinibus et immemorabilibus in Eccliis Cathedralibus, Collegiatis non deserviendi.

Remissiones quas faciunt Canonici in die Coene Dni, seu alio tempore de portionibus an liceat, et Fructus removent, Vide Gemin. in c. pr. de

ctur non resid. in b. Sarn. de visit lib. 4. cap. 4. n.° 4.

Per se et non per per substitutos; An excusentur Canonici abeundo ad statutum ex immem.¹ consuetud.° Sacra Cong.° censuit non excusari si nullam aliam causam allegant preter hanc quod si per se ipsos id facere debent, An augende illis sint et petunt distributiones, Cong.° censuit id agere ex prescripto decreti Conc. Sess. 21. cap. 3. et Sess. 23. cap. 3.

Canonici per se ipsos missas in diebus festiuis canere debent, prout ex instituto ecclesie vel consuetudine tenent.ʳ

Si factum est aliquod statutum quod Canonici possint inseruire per substitutos vel alternatiue unus ~~pro alium~~ pro alio, non habent.ʳ eius ratio, quia est contra Concilium.

Consuetudo hoc habent ut quis possit per alium deseruire ut est de Canonicis in Ciuitate Florentie, possit percipere fructus sine peccato Lap. alleg. 33. n.° 3. et 9. vide Abb. in c. peruenit il 2.° de appell. Sarn. lib. 2: cap. 4. n.° 3.

An obtinentes dignitates in Canonicatu, seu Canonicatus portionem in eadem Ecclesia teneantur per se ipsos utriusq. beneficij onera subire, itaut satisfaciant Conc.° deseruiens. per substitutum in Cant.ᵃ seu portione non obstante contraria Ecclesie consuetud.° Cong.° censuit posse aliquos in una Ecclesia ex priuilegio vel consuetudine fungi duplici off.° ut sit Thes.ᵘʳᵘˢ et Can.ᶜᵘˢ et propterea duplices lucrari distributiones, quia eas obtinet diuerso iure, cum inter dignitates suppleant numerum Canonicorum. nec egeat substituto Abb. in c. cum olim n.° 6. de re iud.

Compellantur obire officia, et ad omnes septimanas Can.ᶜᵃ tenent.ʳ et ad faciendum prim.ᵐ et officium hebdomadarij, si tn.° alij id sunt Canonici Comitantes Quin.ᵈ non lucrantur distributionibus quotidianis nisi Canonicatus consisteret in distributionibus quotidianis et tunc amittit tertiam partem, que deseruientibus accrescunt.

Sess. 24. de reform. cap. 12.

An Capellaniae in Ecclesia Cathedrali existentes quarum redditus ex varijs defunctorum redditibus cum onere multas aliquas et divina officia pro animarum salute celebrari inter se tantum distribuunt Capitulum autem qui onera praestant per se ipsos et alios presbiteros quoscumque persoluant, relictis capellanis qui ponentes sunt nihil percipientibus personalem residentiam requirant, ita ut qui eam obtinent ad residentiam praesente etiam per privationem cogi possint, non obstante consuetudine contraria? Multi ex Illustrissimis tenebant non posse cogi praesise, in hanc sententiam inclinabat maior pars, nisi allegaretur alias fuisse contrarium decisum, quoniam fructus sunt in forma distributionum, ut in Canonicatibus, ideo fuit decisum posse cogi praesise ad residentiam.

Episcopo celebranti aut alia Pontificalia exercenti assistere / Episcopo celebranti Canonici inservire debent non solum de assistente, sed etiam de diacono, et subdiacono Canonicis vigore huius decreti.

Missam privatam celebranti Episcopo Canonici non tenentur assistere quia dictio omnimoda infert similitudinem ad Bal. in l. fugitivi C. de Serv. fugit. Bart. in l. sed et reprobari. col. prima ff. de excus. tut. Bero. post alios cons. 41. n.o 10 lib. primo et ita censuit Congregatio die 13 Aprilis 1577. et limitata in Civitate tantum non autem in Dioc. teneantur assistere, quod amplia non solum in Cathedrali sed etiam in alijs, et ad hoc etiam cogere eos qui solent in Cathedrali inservire et assistere ut Congregatio censuit.

In modo assistendi et inserviendi Episcopo celebranti servanda est consuetudo Ecclesiae.

Canonicatus et dignitates obtinentes in Cathedrali omnes Episcopo Pontificalia exercenti assistere debent, nisi aliquis legitime absit cum titulo vacationis, et renuentes Episcopus puniat.

exercenti Pontificalia ad Cathedralem ecclesiam in civitate tm̄, non autem in
Dioecesi tenentur assistere et inservire ij qui assistere et inservire solent
exercenti Pontificalia in Cathedrali, quod in conferendis ordinibus
servandum est cap. 10. sess. 23.

Diaconus, Canonicus qui Epō ministrat debet et incensum ceteris Canonicis
prebere. Pax autem danda est ab illo, qui officio assistentis ei mini-
stravit.

An Celebrante Epō teneantur Canonici fungi officio Diaconi, et exercere
Subdiaconi S. Congō censuit teneri ad inserviendum in munere subdiaconi.

An ad solum Epum spectet nominatio assistentium in Pontificalibus tam
in Missa quam in Vesperis, vel an spectet ad Capitulum S. Congō censuit ser-
uandam esse consuetudinem uniuscuiusq. ecclesiae de qua sibi constet
seruandum esse id quod scribitur in Pontificali, et non obstante qua-
cunque consuetudine, Epō in Pontificali celebrante teneri Canonicos
deseruire pro Diacono, et Subdiacono.

Congō censuit Can.cos debere ad Cubiculum Epi quoties ipse non privatim
sed Pontificaliter cum Cappa in diebus festiuis et solemnibus voluerit
descendere ut assistat vel horis diuinis vel Missae Sacrificio, multoq.
magis si ipsemet sit celebraturus. in reditu vero usq. ad hostium
domus Epalis Epō ipso praeeunte eius sequentibus comitari debere
In diebus autem feriatis, quando privatim venit ecclesiam cele-
braturus aut quicq. aliud dicturus aut auditurus debere non-
nullos ex Canonicis accedere ad hostium ecclesiae et Epum comitari,
id ipsum in reditu observantes.

Pro parte Capituli sequentia suffr. inita dubia declarari circa quorū
observationem circa consuetudinem immem.lem eorū ecc.ae a Rmō D. Episcopo
molestantur. Pm est praesupposito quod ab immem.li tempore ipsum Capitulum

sit in possessione nominandi et deputandi per eius magnum Ceremoniarum et Presidentem Chori resp.ue ex dignitatibus, et Canonicis d.ae Eccl.ae assistentes et ministros in Choro per diem ante in tabula describendo eos qui assistere debent, et ministrare Ep.o pontificaliter in Cathed.li celebranti, seu Pontificalia exercenti, aut Concionanti. An Capitulum iuxta eandem consuetudinem dictos assistentes et ministros prout hactenus deputari debeat. An potius Ill.mus d. Epus. Et stante ista consuetudine videtur Capitulum satis habere fundatum suam intentionem, et sic eam servandam fore et esse, prout a Sacra Cong.ne in alijs fuit declaratum; Cong.o censuit servandam esse consuetudinem ita tamen ut Magister Ceremoniarum a libri pontificalis prescripto discedere non liceat preterquam quod eius dignitates in assisten. eligendos.

2.m An Capitulum teneatur dare assistentes eidem Ill.mo d. Ep.o quod in Cathed.li vel alia Civitatis Eccl.a privatim non aut pontificaliter celebrat vel concionatur sive Concioni interest pro arbitrio, et an unquam tales assistentes Capitulum dare consueverint quod est reperit.r in alijs Eccl.ijs declaratum, a Sacra Cong.ne: Responsum fuit Capitulum non teneri assistentes dare, quando privatim Ep.us celebrat.

3.m An Ill.mo d. Ep.o ex Civitatem sequenti pontificaliter celebranti seu Pontificalia exercenti vel Concionanti, seu Concioni pontificaliter interessenti, d.m Capitulum assistentes prestare debeat, et quidem pro parte Capituli dicitur non teneri dare assistentes ex civitatem, quod ut creditur etiam reperitur declaratum in alijs Eccl.ijs. Congregatio Respondit Ep.o Pontificalia exercenti tam in Cathed.li quam in alia Eccl.a in Civitate et Suburbijs teneri.

4.m Ut evitetur omnis discordia sufficienter declarari, An omnes assistentes debeant esse dignitates, et Can.ci An vero illi quos Cap.m nominavit

ex dignitatibus Can.ci et prebendatis iuxta consuetudinem ptam immemorabilem
quam esse servandam tam fuit in alijs ecclesijs declaratum, et pre-
supposita hac consuetudine, et quod decanus Seguntinę ecclię ex
statuto fundam.li d. eccę facto auctoritate apostolica est presidens
Chori, cui incumbit regimen Chori, et correctio ac punitio allo-
quentium in eo, et perturbantium officia divina, et quod ille tamq.
presidens Chori, est, inter dignitates et Can.cos tm., Diaconus vero
inter dimidias, nec ex consuetudine reperiuntur qui debeant
esse Epi assistentes et ministri; et in hoc videtur esse dicendum
servandam esse consuetud.em ecclię que rationabilis est et Iuri con-
formis, cum semper dignitates deputentur distributis inter omnes
oneribus pro ordine, et habita ratione personarum et Impedimentorum.
Sacra Cong.o censuit Epo Solemniter Missam aut Vesperas celebranti
obtinentem primam dignitatem debere pluviali indutum in
offitio presbiteri assistentis inservire, et eo legitime impedito
2am dignitatem, si Canonici sunt omnes Presbiteri. Postremos
Can.cos Epo celebranti assistere debere pro Diacono et Subdiacono.
pro parte Epi Abulen. fuere Capto Intimate, litteri Sacrę Cong.nis Concilij
in quibus declaratum fuit decretum huius cap. 12. vers. omnes
vero, et sic omnes Can.ci tenerentur Ill.mum d. Epum associare
a domo sua ad Ecclesiam quando decretum comprehendat oes,
qui sunt de Capto sive atex consuetudine sunt in d. ecclia
dignitates et portionarij simul cum Canonicis, et ita est sit
de iure quando appellatione Canonicorum veniat totum Captum ac est
ex mente d. Sacr. Conc. in d. vers. omnes vero sive ut fuit
declaratum per Congreg.nem in una Burgen. associationis, sub tempore

tamen pte. dignitates et portionarij d. ecclesiae Abulen. nolunt Rmum. D.
Episcopum Abulen. associare quasi non fuerint comprehensi in d. decreto
comprehendantur omnes dignitates et portionarij non sunt de Capitulo
et non deceat membra a capite dividere; Sacra Congregatio
respondit dignitates item ac portionarios istius ecclesiae aeque ac
Canonicos debere Episcopum associare, et ita vult omnino observari, sed
quia Capitulum vult associare dummodo sibi sustinetur hora, nec
teneantur expectare ultra dimidiam horam, et ne diuturnia
officia ex suas horas dicantur, et Cives recedant ab ecclesia et
Populus scandalizetur, Item dum Episcopus accedit ad ecclesiam
pro divinis audiendis seu celebrandis, interim dum orat orari
ante Altare maius licet, et antequam ad suam sedem accedat
in Choro Canonici incipiunt cantare horas, et tamen non debeant illas
incipere quousque Episcopus ad suam Sedem fuerit, et in ea existat eadem
Sacra Congregatio respondit.

Ad primum circa horam quod Episcopus pro sua prudentia statuat et moderetur.
Ad 2m. censuit horas divinas inchoandas esse statim ut Episcopus fuit in Choro.
Item quia usus est ecclesie huius ut quando Episcopus ingreditur Ecclesiam
Capellanus Ecclesie ei prebeat Hysopum cum Aqua benedicta, et
Canonici id fieri prohibuerint dicentes quod attendatur consuetudo
ecclesie quia Capitulum dicit contrarium servari. Et sic quod familiaris
Episcopi dat ei aquam benedictam Congregatio respondit servandam esse
consuetudinem, alioquin servandum quod a Pontificali prescribitur.

Decretum porrectionis Hysopi

Episcopo Rei divine peragende causa ad Ecclesiam venienti cum Cappa
Pontificali Comitantibus Canonicis dignior ex Capitulo in porta primaria

ecclesiae porrigat aspersorium cum osculo, cum vero priuatim adit ecclesiam tunc ex suis familiaribus unus aequam aspergendam ut est consuetudo Episcopo porrigat.

Dum autem Episcopus consecrat oleum et Chrisma, de consuetud. eccl.ae Sam.li solent ei assistere duodecim presbiteri Canonici et portionarij, Nihilominus dum moderrnus Episcopus duobus annis preteritis illum consecrauit assisterunt ei tantum Capellani d.ae ecclesiae ut dicunt Testes, Ita ergo instant Can.ci attendatur consuetudo ecclesiae quae est quod in consecratione olei non assistant Can.ci ex dignitatis, sed Capellani Chori, et beneficiati parochialium, tum quia interuenit magnus numerus in d.o actu, tum quia d.e prebendae paucissime sunt, et deserviunt in Choro: Cong.o respondit differentiam esse inter assistentes et putes, Unde si ex consuetudine non solent assistere in d.o actu non propterea sequitur, ut presentes non sint, et prestent id obsequij quod debent Episcopo Pontificalia exercenti.

Quando Episcopus celebrat pontificaliter denegant ei dare assistentes iuxta consuetudinem ecclesiae et formam in Pontificali prescriptam et dimittunt Episcopum solum ad Altare, Attendatur consuetudo antiqua quod Cap.lum nominat assistentes de dignitatibus et Can.cis qui teneant assistere, non tamen in casu Chrismatis, et Consecrationis olei ut in fine huius Capituli Cong.o censuit seruandum id quod consuetudine receptum est alias quod in Pontificali prescribitur.

Est consuetudo ecclesiae ut assistentes induantur prope Capellam maiorem et inde associent Episcopum ad Chorum, Ad requirendum tamen Episcopum solum prope Altare maius ut ipse solus ad Chorum accedat dum assistentes induunt se in sacristia et familiaris Episcopi ac alij induunt se in credentia inferiori ubi d. Episcopus uult quod induant.ur assistentes

post (Capitula?)

Congregatio censuit consuetudinem observandam esse, ita ut Epus ipsis non incedat.

Est etiam consuetudo Ecclesiae ut Epus dicat submisse responsorias in processionibus solemnibus et Diaconus et Subdiaconus teneant ei librum, quam consuetudinem recusant Canonici observare. Congr. censuit quod attendatur consuetudo Ecc.e ut qn Epus dicit submisse d. Responsorium, Diaconus et Subdiaconus teneant ei librum.

Caeterum quae ad debitum in divinis officiis &. Improbatur illa consuetudo non posse aliquem in sua Ecclesia Campanas pulsare antequam Cathedrales Ecclesiae pulsent, proinde omnes possunt horis tamen debitis suas campanas pulsare.

Pariter improbatur non posse alios missas in suis Ecclesiis celebrare donec decantatum fuerit offatium Missae maioris in Cathedrali.

Similiter non posse Regulares extra eorum claustra et eorum Ecc.e districtus processiones facere

De certa lege in Choro conveniendi, punctator debet esse Clericus in sacris constitutus sed decretum Concilij provincialis Compostellan. remiss. per S. D. N. sub dat. Romae apud S. Petrum die 17. Septembris 1568.

Quo ad residentiam observetur decretum Concilij de residentia nonobstante, et si aliquod statutum in contrarium sit factum, ita ut ne auctum, et lites, et causae commissae in Rota, vel alibi cedant quo ad hoc Capitulum

Praesupposita immemoriali consuetud. quae allegatur per partem Capituli quod deputatio Punctatoris pertineat ad Capitulum nihil innovetur, alias remaneat in dispositione iuris communis.

An Synodus Provincialis possit indulgere Canonicis ut Matutinum seu post Completorium

post Completorium recitare possint, et satisfacere, Responsum fuit negat.e cum hoc soli Pontifici Summo sit reservatum, ut per Bullas Breviarij Sed An sum. Pont. id concedere debeat? Et quo ad privatas personas clericorum qui privatim offitium recitant propter istorum occupationes permitti solet, ut per Archiep. Florent. 3. par. d. 13. c. 14. sess. 01. dummodo id non faciant ut quietius somno vel alijs voluptatib. vacare possint; tunc enim peccarent; Quo vero ad Capitu, Collegia vel Conventus sm. eund. Florent. ibidem ubi s.a. h. subesset causa leg.ma puta ob loci incomoditatem, et hiemalis temporis, frigoris, Nivis vel ob aeris matutine insalubritatem dispensari posset

In omnibus Ecclesie Ministris quesitum fuit An celebranti Canonico Diaconus et Subdiaconus Canonici subministrare debeant. Responsum est hoc in Provinciali Sinodo statuen. esse, interim nihil innovandum, quia Conc.m nihil determinat.

Utrum vero Epus Canonici, et beneficiati debent dare notas et copias authenticam omnium bonorum ad dd. Canonicus et benef.s spectanti Cap.o ut eas reponere et reservare possint in Archivio.

Epus non potest cogere aliquem in beneficio simplici residere.

Item non potest cogere obtinentem Capellaniam, ut ipsemet celebret si in eius fundatione disponatur quod Rectores celebrent nam ille omnibus Missarum rect. per substitutum satisfit.

Paula de [illegible] vidua de anno 1464 in Sancti Eccles.a S.ti Stefani de Cano.co de Urbe Capellas sub invocatione SS. Laurentij et Antonij fundavit pariter et competentibus redditibus pro substentatione unius clerici qui eidem Capelle in divinis deserviret, dotavit et ius presentandi personam idoneam ad Capellam pertaud. postq. quoties illa vacare contigerit sibi quoad viveret, et post

eius obitum, guardianis Hospitalis Pauperum sacre Imaginis ad Sancta Sanctorum de eadem Urbe pro medietate, et heredibus ipsius Paule pro alia medietate reservando, et quod illud pro tempore obtinens certas missas qualibet hebdomada in eadem Capella celebrare deberet ordinando, et Capellam predictam in perpetuum sive Curam benef. ~~locum~~ Ecclesiasticum pro uno Clerico qui eidem Capelle in divinis deserviret auctoritate Apostolica erigi, ac Ius patronatus reservari obtinuit. Quibus stantibus supplicatur Sacre Congregationi ut declaret, An huiusmodi Capella sic ut asseritur erecta requirat Sacerdotium Congregatio Concilij censuit iuxta declarationem alias editam huiusmodi Capellam non esse Sacerdotalem.

Obtinentes beneficia simplicia, non possunt ab Episcopo ad aliquod servitium personale suis beneficijs impendendum, cum ex antiquissima totius Ecclesie consuetudine non nisi ad officium recitandum teneantur.

annot. Hec declaratio non sufficit pro illis Capellanis in quorum fundatione posita est clausula quod per se ipsos, et non per substitutos servire teneantur

Quolibet anno abesse / Die 3. Julij 1591 Congregatio censuit in una Samnien. posse Canonicos pro mediana Ecclesie inservire, ex decreto Episcopi dummodo toto anno ultra bimestre non absint ab Ecclesia, et etiam eo tempore distributiones quotidianas minime percipiant

Et 22. annis non minores / Die 2a Octobris 1591 Congregatio censuit ad obtinendum in Cathedrali vel Collegiata dignitatem seu curatam requiri etatem 22. annorum completam.

Fructus non faciant suos / Die 2. Octobris 1591 Congregatio censuit scribendum ad Nuncium Hispaniarum. Ii qui professionem fidei non

emiserit possessionem non suffragari quoad fructus faciendos suos tm̃ quoad ceteros autem effectus, comoda possessionis, et ceteris Iuribus si que habet non fruatur.

Canonicum semel ab Examinatoribus Urbis cum Canonicatus adeptus examinatus et idoneum repertum, si eo dimitto alium canonicatum obtinuerit non esse iterum examinandum Congregatio censuit in una Faven. die 6. Iulij 1592.

Ultra tres menses / Cong.o censuit in Una Sarzanen. die 6. Iulij 1592.

Statutum excludens a perceptione fructuum et distributiones quotidianas. eos Canonicos qui novem menses integros Ecc.e non inservierint, non habere locum in eo Canonico per quem non stetit, quominus toto requisito tempore inservierit

Distributiones vero, qui statis horis / Die 17 9bris 1592. Cong.o in una Neap.na censuit non licere Capitulo aliquo prebenda distributiones quotidianas donare aut remittere alicui qui ab Ecc.e servitio abfuerit quinimo eum illas receperit teneri ad earum restitutionem, nec illas suas facere posse

Omnes Canonicatus annexum ordinem sacrum / Die 29. novembris 1592. In una Placentina Congreg. dixit Decretum hoc quoad annexionem ordinis non habere locum in Canonicatu, Iuris patronatus Laicorum ante Concilium fundato in cuius fundationis limine fuerit expositum pactum quod descendentes a fundatore possint illum obtinere licet non sint sacerdotes neque in sacris ordinibus constituti, sed stando tm̃ simplices clerici donec devenerint ad ordinem sacerdotalem.

Quae ad debitum in divinis offitijs regimen spectant / Die 19. Iulij 1593. in una Calaguritana, Cong.o censuit non potuisse Ep.um statuere ut Decanus primam obtinens dignitatem in Ecc.a S.ti Thome, teneatur contra consuetudinem d.e Ecc.e inservire in Diaconi offitio sacerdote

celebrante, nisi Decanus ultra dignitatem Decanatus obtinuerit cum eadem ecclesia etiam per prebendam unius hoc canendi Euangelium annexum habentem, tunc enim ad onus ipsum et subeundum cogendum fore.

Nisi qui eo ordine Sacro / Die 20. Aprilis 1594. Cong.o censuit in obtinentibus dignitatem nullam habentem curam animarum sed tantum ecclesiarum parochialium, que ipsi dignitati accessorie sint unite, non requiri ut attingant 25. annum.

Distributiones vero qui statis horis / Die 25. octobris 1594. Cong.o censuit quod si quis indebite coniectus fuerit in carcerem, ille distributiones quotidianas percipere debeat pariter censuit, quod fructus male gesti tam diu debeantur, quamdiu per sententiam non constiterit iniuste illum in carcerem detineri.

Et die 13 septembris 1595. Censuit Canonicum absentem studiorum causa percipere quidem fructus prebende non autem distributiones quotidianas, quod si in his distributionibus omnes Capituli redditus consistant, percipere etiam distributiones dempta 3.a parte que inservientibus accrescit, nullo autem casu debere ipsum Canonicum percipere distributiones Missarum, aut deffunctorum anniversarijs applicatas.

Ultra tres menses / Die 9. Maij 1597. Cong.o censuit nullam requiri Episcopi licentiam, ut Can.us tribus mensibus possit a residentia abesse.

Aut in tali etate / Die 10. [illegible] 1597. Cong.o censuit ad obtinendum in Cathedrali Canonicatum, cui est annexus ordo subdiaconatus sufficere quem esse in tali etate constitutum, ut intra annum possit promoveri ad subdiaconatum.

Distributiones vero / Die ult.o Januarij 1601. Cong.o censuit Episcopum sacris Canonibus concesso posse uti opera duorum Canonicorum eosque dum illi inserviant debere percipere fructus prebendarum cum distributionibus quotidianis, si distributiones quotidiane, remotis

sint a fructibus prebende, quod si omnes fructus in quotidianis distri-
butionibus consistant debere percipere earum duas partes amissa 3a
que inservientibus accrescit.

Nisi qui saltem 25. annum attigerint] Die 12 Februarij 1601. Cong.
censuit ad obtinendas partem sufficere eum cui confertur attigere
25. annum atque intra annum a die collationis debere ipsum ad pres-
biteratus ordinem se facere promoveri, quemadmodum expresse ca-
vetur in Constitutione Gregorij X. in Generali Lugdunen. Conc.
edita, cui inheret Conc. Trid. in cap. 3. Sess. 7.

Adm.o R.do uti fri Epo [illegible]. Ill.me uti frer. Hieronimus Franciscus
Canonicus istius cat.lis eccl.e qui amplitudinem tuam causa Beator.
Apostolor. limina visitandi ad urbem profectam comitatus est, atque eo
adventus, et reversionis tempore, quo ab officij amplitudine tua
abfuit percipere distributiones quotidianas perinde ac si divinis
interfuisset officijs, absque ulla diminutione debet. Ita ex senten-
tia Congr.ne respondent Ill.mi Patres Card.les Concilij interpretandi
ac Prelatis eadem limina [illegible] [illegible]
[illegible], atque ita ab Amplit.ne tua pro tuo munere observari
atque exequi mandant, teque Amplitud.nem tuam incolumem
servet, Romae die 4a Iulij anni 1601.
Amplit.nis tuae uti frater stud. Card.lis Lancellottus
Ime Card. [illegible] [illegible] [illegible]

Invicem uniat, et fructibus augeat. c. exposuisti de preben. et dign.
Interim vero ista dictio est ponderanda quia ex eam vi decerni quod Unio parrochialium seu aliorum beneficiorum censeatur prohibita, nisi ad hunc effectum tantum ut interim Episcopus per modum provisionis succurrant quia prohibitionem videtur habere locum si Unio fieret Ecclesie servata forma eius Textus in sui principio. Et ita censuit Congregatio pro unione facienda de ecclesia parroch. mensę Cathedrali ortam. Etiam si Ecclesia illa esset regularis et commendata sub die xi. Februarij 1574.
Poterit de beneficijs / Adde quod nec Collegiatę Ecclesię uniri debent Cathedrali sine auctoritate Papę, qui id quoque facere debet cum causę cognitione.
Dum tamen curata non sit parochis non debet uniri Cathedrali.
Sed Canonicatus et prebendę Collegiatę non debent uniri Cathedrali sine auctoritate Papę.
Si per beneficiorum Unionem / Si Episcopus non potest providere paupertati parochium Ecclesiarum iuxta rationem hic a Concilio Tridentino traditam providerat arbitrio suo ex sua scientia.
Si duę Parrochię per consuetudinem que per 40. annos viguit tamquam unite uni semper collatę sine dispensatione fuerunt, earum possessor non est molestandus.
ot. Dubitatur quid de Unionibus que fiunt sine suppressione ut cum duo beneficia ęque principaliter uniantur, et utrumque per se remaneant, et neutrum mutat naturam suam. Et tamen quod iste Tex. non procedat in hoc casu quia nullum preiudicium fit parochis sic unitę, secus autem si unio fieret ad suppressionem et accessione, quo casu beneficium unitum amittit naturam suam iuxta distinctionem Felini. in c. translato n.° 9. de rescript. post Oldr. cons. 234. n.° 15. Geniet. cons. 157. Cassad. decis. 2. n.° 6. de Union. Quomodo autem cognoscant cuiusmodi sit Unio dic ut per Felin. in d. c. translato, et Rebuff. in praxi de Union.

n.º 10. et est magni momenti hoc scire, quia Eccl.a parochialis unita ad incorporationem Prebende non facit Canonicatum curatum. c. extravagande. §. quia vero de preben. et beneficium simplex cui hoc modo univitur curatum non desinit propterea esse simplex ut per Vlor. consil. 223. post princ. Gomes. in Reg. de Idiom. q. ii. n.º 6. resultat inde alius effectus quod in provisione de primi non tenet.r facere mentionem de annexis et curatis vel cuiuscumque qualitatis existant Rota decis. 40. alias 310. de rescript. in antiq. Cassad. decis. 12. n.º 5. de preben. Faccialus tract. de union. art. 0. tom. 3.

In omnibus vero) hac ratione denegata fuit unio quam Epus Caserta nus petebat de Plebanata, et de parrochiali Regienti Prepositure, Mirandulane, inde librum sub die 25. 8bris 1564.

Aut Abbatijs) uniones parochialium Ecclesiarum non sunt faciende Abbatijs et dignitatibus, ut hi que iam facte sunt a 40. annis infra, examinentur ab ordinarijs.

In dignitatibus parrochialis non potest univi dignitatibus quibus vis nec hospitalibus ex hoc decreto Conc. Trid. nec Plebania potest univi Prepositure.

Sive Prebendis, nec etiam distributionibus.

Si Parochia non est unita Canonicatui ab initio sed ex post facto non comprehenditur in hoc Conc. Trid. decreto quod de parochijs loquitur.

Non univitur) non solum unio parochie est prohibita sed et aliqua pars fructuum eorum univi non potest.

Recognoscantur ab ordinarijs) An Epi ex hoc decreto possint revidere uniones factas 25 biennio ant. Conc. in forma gratiosa cum clausula de committendo ad partes vocatis vocandis, fuit decisum affirmative ex c. 6. sess. 7.

Ordinarij possunt compellere obtinentes dd. ecclias parochs unitas ad ostendendum titulos unionum a 40. annis citra ut s.a cap. 6. sess. 7.

Nullis pensionibus aut reservationibus in resignatione parochium, in qua tamen manet salua pensio resignantibus.

Quando Parocho reservatur aliqua portio super fructibus Parochię alteri reservatis, libera esse debet ab omnibus oneribus portio predicta Parocho reservata.

Petenti Epo Ariminitano, ut qm ii Canonici Cathedlis manerent in Parochijs deserveretur cultus Cathedralis, liceret resignare parochias, retentis 30. vel 40 scutis, visum est concedendum, modo addatur de petenti Epo, et servatis servandis.

De consensu Episcoporum concessum quoque fuit ut Parochis a resignantibus assignetur solum 30. vel 40. scuta reliquis fructibus alijs reservatis.

Doctori Fulginati obtinenti Prioratum cum cura animarum et Parochiam permissum est resignare parochiam pensione arbitrio Epi reservata.

De Parochia 120. aureorum Epo Lauden. in cuius resignatione vult relinquere 30. titulario, visum est conceden.

Postulatum presbiteri Brixien. ut sibi liceret alteri Parochiam in Vicariatum perpetuum traddere reiectum est.

Pro mercede Capellani sufficiunt 50. aurei

Merces Vicarijs perpetuis assignari debet, nec maior 100. nec minor 50. aureorum. Summa nisi Vicarijs temporaneis solitum fuisset plus assignari Pius V. in Bulla incipien. ad exequendum publicata Kal. Februarij 1567.

Certos non habent fines / Quae vero Parochię tz certos fines non habeant, sed certum tm populum, et certas familias distinguendas usque adeo ut Sacramenta promiscue nō administrent.

hoc Concilij decreto utiq. non comprehenduntur.
Fuit dubitatum An Epus possit curam animarum toto Capitulo Cathedralis Ecclae. incumbentem transferre per uiam unionis perpetue in certam personam seu dignitatem eiusdem Ecclesie. Congreg.o censuit posse.
Proprium Populum / Ubi Populus non potest subministrare victum suo Prelato Presbitero Curato, Ordin.s ea obseruare debet que habentur hic, et in casu in quo iura disponunt non debet pro iuris declaratione recurrere ad Papam, ex Congregat.nis sententia.
Et districto Populo / concordat c.9. sess. 14. et c. 4. sess. 21.
Dum tamen curata non sint / Congr.o die 19 Aprilis 1593. censuit decretum hoc etiam prohibere Parochialis posse uniri Monasterijs intelligendum esse de memorata Parochijs existant.
Summam ducatorum 100. / die 30. Martij 1594 Congreg.o censuit ualorem 100. ducatorum qui ex decreto isto debent remanere Rectori parochialis Ecclesie, que pensione grauatur esse intelligendum iuxta morem cuiusq. regionis
In Unionibus uero quibuslibet / Ecc.e Parochij / Monasterijs non Uniantur dic ID. Ecclesiasticarum seu regularium personarum obstante hoc decreto, Et si facte fuerint nullas esse Uniones.

Sess. 24. de reform. cap. 14.

In electione, presentatione, [illegible] Epus cum consensu Capli statuere non potest ut aliquid ei minimum solvatur in ingressu Canonicorum et dignitatum, et hoc est etiam prohibitum per Bullam Pii V.

Sive admissione ad possessionem. Utrum Epus ubi alias vigebat consuetudo quod quilibet Canonicus pro introitu ad possessionem dimitteret omnes fructus sue prebende per triennium pro usu fabrice seu sacristie Cathedralis Ecclie possit cum consensu Capli provisus a Papa in capienda possessione iure supradictorum fructuum solvat eidem fabrice seu sacristie scuta quinquaginta provisus vero ab Ordinario scuta decem. Congregatio censuit non posse.

An Constitutio facta per Epum et Capitulum post Conc. Trid. de solvenda certa pecunie quantitate ratione nove possessionis Episcopatus, Canonicatuum et dignitatum distribuenda in fabricam, salarium Notarij, Convocatoris, Campanarij et aliorum ministrorum Ecclie quibus alias sunt certa constituta salaria sit valida nec ne? S. D. N. ex sententia Congregationis respondit huiusmodi consuetudinem servandam esse, nihil tamen ex pecunia huiusmodi, Notarijs Cursoribus, Campanarij aliisve Ecclie ministris attribuendum sed integram summam in usu fabrice convertendam.

Pro immissione in possessionem Preposituræ non Capitulum Collegiatæ Ecclie quicquam exigere ab eo cuius nomine adepta fuit possessio nisi aut aliqua lege vel consuetudine id in aliquos pios usus eroganda esset nisi forte illud exactum itidem aliquo Instituto aut consuetudine in usus pios conversum esset.

Dulciani multa intelliguntur esse de genere prohibitorum ab hoc textu ab aliquo Capitulo exigendorum pro admissione in possessionem alicuius novi Canonici.

Epus non potest fructus primi anni alicuius beneficij sibi retinere

et attribuere pro possessionis datore eiq. de eo legitime provisus est. Deductionis ex fructibus per hoc decretum et prohibentur illi fructus primi anni qui aliquibus in locis Ep.is solvebantur de omnibus beneficijs suarum Diocesum.

Solutiones cuiusuis praetextu statuti et ex urgenti causa facti pro bono Ecclesiae non posse exigi nomine Canonicus aliquid solvere pro debitis antiquis suae Ecclesiae et factis pro reparatione, et melioratione bonorum, et hoc attenta Bulla Pij V.ti declaratoria huius decreti.

Antistes in receptione alicuius in Canonicum dulciani aut similia exigens tamdiu a Pontificali exercitio manet suspensus donec satisfactione praevia per Sedem Ap.cam illi suspensio relaxetur.

Capitula et Collegia quaecumq. Ecc.o subiacent interdicto et singulares personae Laicis incurrunt sententiam summ. Pont. reservato solo mortis articulo excepto.

Iuramenta de dulcianijs praestandis esse irrita ipsosq. iurantes in excommunicationem iam dictam incidere Pius V. statuit in Bulla quae incipit durum nimis publicata pridie Kal. Iunij 1570.

Cong.o censuit consuetudinem Eccliae Melphien. auctae Ap.lica Leonis X. confirmatam ut presbiteri et Canonici ad participationem massae comunis ipsius Ecclesiae non admittantur nisi prius decem annos in Accolitatu, Subdiaconatu, et Diaconatu, sit in quolibet ex dictis ordinibus per triennium, in Sacerdotio p. annum dictae Ecclesiae inservivuerint sublatam non esse per Conc.m hic et per Bullam Pij V.ti suptam, quia d. Constitutiones loquuntur in diversis terminis, Immo quod dicta consuetudo est rationabilis tendensq. ad cultus divini augumentum et ita censuit Congregatio.

Nonnulli interpretantur, nec ex hoc decreto, nec ex Bulla Pij

quinti super hac eadem re edita comprehenduntur statuta Ecclesiar. deserviendi per annum aliquod tempus ut nihil percipere etiam de massa, nisi peracto integre d.o servitio, Quia post obitum Heredibus deberi quae cum sit potius deffere quam auferre.

Mandat Epis.[?] hoc decretum non expectat aliam declarationem Epi. nisi in duobus casibus exceptis, in reliquis potest reg.am exceptionem.

Non potest Epus convertere id quod datur pro admissione in usus pium cum huius admissiones cedentes tal. in propria lucra sint sublatae.

Comprehendit.r etiam quicquid solvitur pro missis nunc decantandis in Ecclesijs receptivis ut admittantur ad portionem sacerdotalem etiam si tales solutiones cederent in pios usus, non enim sunt beneficia sed potius spectant ad avaritiam ut sess. 22. c. de obser. et evit. in celebr. miss. ut supra.

not.: Quas laudabiles probaverit, Ecce hoc probavimus consuetudinem Eccli. nostrae Theatine auctae Apulea confirmatam cogendi unumquemque Presbiterum in Cathedrali solvere portionem suam anno tantum in sacrarij utilitatem convertendam. Aliam vero quod non nisi Can.ci possint Capellas intra Ecclesiam Cathedralem obtinere improbavimus tamquam restringentem cultum divinum, et ipsi Canonico contrariam.

Ubi frequentes &c. Per hunc textum Sacra Congregatio censuit suppressionem factam ab Epo et Capitulo Aretin. de quatuor Canonicatibus factam legitimam, moti sunt Illmi. Dni. quia numerus prebendarum erat frequens, et prebendę tenues vix ad 30. aureos annuos ascendens: sub die 9. Aprilis 1574.

Adeo quod tenues &c. per hoc caput non licet Epo. unire beneficia capellanijs etiam Ecclesię Cathedralis quę habeant redditus tenues cum loquatur solum de prebendis, item neque sacristię neque fabricę.

Substinendo decenti Canonicorum gradui, An Abbati exempto collegiatę secularis habenti iurisdictionem ordinariam et quasi Epalem liceat in sua Ecclesia ubi prebendę simul cum distributionibus quotidianis adeo tenues sunt, ut pro substinendo decenti Canonicorum gradu, pro loci et personarum qualitate non sufficiant liceat cum consensu Capituli aliquibus ex eis suppressis et cum fructibus et proventibus aliquarum prebendarum distributionibus applicatis eas ad pauciorem numerum reducere; Congregatio censuit non licere id Abbati, sed Epo. tm. cum consensu Capitli si modo ipsa Collegiata Eccla. sit insignis et alia serventur quę a Conc.o perscripta sunt in hoc cap.o

Capitulum, sede Epali vacante, non potest supprimere quodcunque beneficium et sibi unire.

Liceat Epis &c. Epus ergo potest sed non tenetur. Unde Metropol. supplere non potest.

Quesitum fuit, An hoc idem liceret Abbatibus, et secularibus exemptis habentibus iurisdictionem ordinariam et quasi Epalem

in subditos, et fuit responsum non licere etiam Abbati qui jurisdictionem quasi Episcopalem habeant, etiam si esset exemptus ac ordinarius illius Ecclesiae, etiam si in d.a Ecclesia omnia quae in hoc decreto continentur concurrerent sed tantum Episcopo licere prout hic.

Aliquot simplicia beneficia S. Congreg.o censuit non comprehendi dignitatibus sed uniri posse. Non tamen distributionibus Capellanorum inservientium in eadem ecclesia, aut fabricae seu sacristiae ecclesiae.

Et uniones fieri possunt etiam distributionibus quotidianis ubi illae tenues sunt, et simul etiam praebendae tenues sunt, secus si praebendae non essent tenues quia hoc casu tenuitati distributionum succurri potest per c. 13. sess. 21.

Aliquibus ex suppressis ob tenuitatem Praebendarum Episcopus aliquas earum supprimere potest cum consensu Capituli.

Poterat ex de iure Episcopus cum Cap.o minuere ex causa numerum Praebendarum et dignitatum, ut in cap.o cum accessissent ubi nunc n.o pr.o glos. in verb. confirmat. de constit. quod si dignitas illa esset a Sede Apostolica confirmata, etiam non poterat sine licentia Papae, ut not. in glos. ubi supra, nec hodie posset quia Textus hic non loquitur de supprimendis dignitatibus sed tantum de praebendis.

Praelatus Collegiatae Ecclesiae hanc tenuium praebendarum suppressionem facere non potest licet sit exemptus, et ecclesia sit insignis cum hoc solum Episcopis Conc.m concesserit cum consensu suorum Capitulorum.

Aut affectione idem servandum hic quod s.te mem.e Pius V. et Greg. 13. decreverunt in unionibus factis seu faciendis seminariis quod uniones de beneficiis reservatis valide sint, si modo fuerint factae ante ipsorum vacationem, quod si post vacationem

factę reperiantur, nullę sunt, et provisi a Sede Apostolica mitti debent in possessionem dd. beneficiorum;

Neque ipsę Uniones uniri possunt beneficia vivientium sine tamen praeiudicio obtinentium servata forma huius decreti; sed si beneficius viventis unitum contingat resignari et resignationem per Sedem Apostolicam admitti, Unio pro illa vice suspenditur.

ijs Univi mente tamen Capitari aut alias ipsi Capitulo univi nō potest ut fuit in Congregatione resolutum die 29. novemb. 1601.

Liceat Episcopis cum consensu Capituli etc. Die 4 xbris 1592. Cong. in una Mediolanen. censuit verba supradicta liceat Episcopis cum consensu Capituli esse intelligenda de consensu Capituli illius Ecclesię in qua fit reductio prebendarum.

Aliquot simplicia beneficia etc. An Episcopus facultate sibi tributa ex hoc decreto potuerit cum consensu Capituli unire aliquot eiusdem Ecclesię Portiones Prebendis Canonicalibus quę frequentes et adeo tenues fuerint simul cum distributionibus quotidianis ut sustinendo decenti Canonicorum gradui non sufficiant. Die 8.. Maij 1599. negative fuit resolutum etc.

Capitulum sede vacante] Portionarij qui non sunt de Capitulo non comprehenduntur hoc capite, nec Clerus potest se cum Capitulo ad hoc ingerere.

Munus incumbit] Et onus probandi incumbit Capitulo quod ex consuetudine hoc munus ad se non pertineat alias pro Capitulo presumitur et ita in una Vercellen. declaravit Sacra Congreg. die 4. novemb. 1590.

Item officialem] s. non est de necessitate quod sit de gremio Capituli, si tamen adesset aliquis idoneus, ceteris paribus preferendus esset

Seu Vicarium intra octo dies] Capitulum potest ad libitum amovere Vicarium alias per Episcopum electum seu confirmatum, dummodo infra octo dies alium constituat, alioquin devolvitur Ius deputandi Vicarium ut in hoc decreto ad Metropolitanum, et si in ista ecclesia Metropolitana fuerit ad antiquiorem Episcopum.

Capitulum non potest eligere Visitatorem ad visitandum Diocesim absque Vicario

Ad Vicarium spectat dare illa omnia quae ex Concilio pertinent ad Episcopum occurrente vacatione parochialis cap. 18 sess. 24. quare idem Vicarius absque Capitulo parochialibus vacantibus deputabit idoneos Vicarios et proponet edicta ad concursum

Dubitatum fuit an Vicarius in vim illius decreti a Capitulo Constitutus teneatur procedere cum adiunctis vel sine iuxta c. 6. sess. 25. et fuit resolutum quod si Episcopus dum vivebat auctoritatem procedendi sine adiunctis, quod ita poterit Vicarius, sin minus poterat Episcopus procedere sine adiunctis, ita nec sine possit Vicarius.

Fuit dubitatum an si isti Dni. allegarentur suspecti possent eligi arbitri, et dictum fuit quod non, sed recurrendum esse ad Capitulum tamquam superius

Constituere vel existentem confirmare] hoc tamen requiritur ad hoc ut servetur forma electionis praescriptae per Concilium in sess. 25. cap. 6. de regul. post c. quia propter. de elect. quia isti Vicarij vel plurimum

sunt temporales et momentanei et Tex. hic loquitur de Capitulo non de electione cum Sarn. de visit. lib. .. cap. 15. n.° 34.

Omnino tenentur / Refertur ad utrumque scilicet confirmandos vel constituendum et debet habere qualitates hic requisitas alias electio esset nulla et in una Panormitana, et in alia Agrigentina declaravit Sacra Congreg.° ult.° Januarij 1569.

Saltem in Jure Canonico sit Doctor / Vicarius vacante Episcopali sede debet eligi Doctor alias electio esset irrita.

Si Episcopus demortuus reliquit Vicarium quem elegerat, cum non esset Doctor, Capitulum non debet eum confirmare, sed alium qui sit Doctor eligere.

Si plures ad officium Vicarij a Cap.° assumerentur in controversiam magis idoneus, et habens has qualitates a Conc.° requisitas remanere debet et ceteri removendi sunt.

Quod si ex consuetudine illius Capituli electio vel deputatio fieret de ipsius gremio, et bini vel singuli singulos menses administrent et haec consuetudo sit observanda, cum non essent omnes Doctores vel licentiati, dic deputationem non valere ubi alij Doctores possunt deputari, nec inspicitur ordo vel consuetudo, ubi lex nova certam formam prescribat arg.° Tex. in l. Scienduum de ordine ff. de legat.

An extendatur hoc decretum ad Ecclesiam Collegiatam defuncto eius Prelato qui ordinariam jurisdictionem et omnem fere Episcopalem habebat. Congreg.° censuit negative quia si non est necesse, ut hic Prelatus mortuus sit Doctor ut dictum est supra cap. 2. sess. 22. et s. 12. sess. 24. Ergo neque Vicarius.

Qui sede vacante fuerunt a Capitulo / An Capitulum sede vacante possit eligere arbitros ad cognoscendum de suspicionum causis quae contra Vicarium ab eo sede vacante deputatum proponuntur? Congreg.°

censuit utique posse eo modo quo Episcopus potuisset
um Panormitana Cong.o Censuit ex hoc decreto unum tantum Vicarium Sede
vacante eligendum esse, ceterum non esse ex eodem decreto sublatam
consuetudinem duos aut plures eligendi preseatim immemor.
Item die 9. septembris Congreg.o censuit non esse de necessitate ut Vicarius
eligatur de Gremio Capituli, ceteris tamen paribus preferen. esse Capitularem
et ceteris tamen Doctoribus vel Licentiatis in Iure Can.co eligendum
in Vicarium Doctorem seu Licentiatum in ipso iure Canonico sed suffi-
ceret, ut eligatur qui quantum fieri potest idoneus sit.
ventuum curam gerant / Die 17 Novemb 1594 Congreg.o censuit
emolumenta tempore vacationis Sedis Episcopatus obvenientia ex Iurisd.
et Sigillo aut alias undecumque que ad Episcopum Ecclesia non vacante
pertinuissent ad Capitulum minime spectare, nisi ex Ap.co privilegio
illa concessa fuissent, sed deberi futuro Episcopo reservari; ex his tamen
emolumentis deducendum esse rationabile Salarium Vicario Consti-
tuendo et persolvendum, quod si ex privilegio Apostolico com-
peterent Capitulo, non posse Canonicos si regulares sint et tria
vota emiserint inter se illa dividere.
Rationem exigat offitiorum / Die 17 Aprilis 1595 Cong.o censuit Episcopum
posse rationem administrationis offitij gesti a Vicario Capituli Sede
vacante constituto exigere atque alicuius delicti compertum auct.
sibi attributa ex hoc decreto
Saltem in Iure Canonico sit Doctor / Die 17 Maij 1602 Cong.o
censuit Vicarium Capituli Sede vacante Episcopatus non posse in loco
quempiam alium substituere, minime predictum qualitatibus
quas Conc.m in hoc decreto ipso Vic.o Capituli requiritur.

Sess. 24. de reform. cap. 17

Cum lec.ent ordo pervertatur] Non comprehenduntur hoc decreto dignitates cum Canonicatu, quae nullos vel tenues habent redditus tamen habent sedem in Choro quae ex consuetudine per Canonicos obtineri solent c. p.o de Consuetud. in 6.

Item dignitates cum beneficio curato absque dispensat.e Ap.lica ante Conc.m potuit obtineri

Capellania cum adiunctum est onus deserviendi in Choro obtineri non potest cum Canonicatu per hoc decretum, non autem si haberet simpliciter onus celebrandi missam nisi essent sub eod. tecto et tunc potest cum dispensatione Ap.lica.

Nec qui regressum haberet ante Concilij publicationem ad parochiales Ecclesiam vel Canonicatus et post Conc.m obtinuit vel canonicatus vel parochialem vel ante obtinebat simul non est molestandus si post Conc.m facto loco regressui vult obtinere utrumque beneficium ex tal lege, ut residat in Sancti amissis distributionibus quotidianis pro tempore quo in Canonicatu non deservivent

not.o Hoc decretum non comprehendit beneficium Iuris patronatus.

Fuit dubitatum si quis ante Conc.m obtinuisset dispensationem ad In compatibilia, An per hunc tex. dispensatio sit sublata quae non fuerunt sortita effectum ante Conc.m; Sacra Congreg.o respondit affirmative quia actus de praeterito expectans eventum de futuro per legem interim supervenientem tollitur ad Cassad. decis. 3. et 16. de preben. unde not. in c. is. sess. 24. ubi addit, sed in legmo ante Conc.m obtinuerit Canoniam et parochiam, non habet locum iste Textus ex Congreg.nis sententia.

An iste textus procedat in Curia Iurisd.li sive quam possit quod in foro contentioso suspendere, et excomunicare absoluere et citare quae

convenient

conveniunt quandoq. Archid. c. p.o de offic. Archid. c. dudum lec.â
ubi glos. de elect. not. in c. cum contingat de for. compet. Stepul. de qual.
stat. benef. n.o 10. Et respondet.r negative quia circa curam proprie
dicitur in foro pœnitentiali pro potestat. eligendi atq. absoluendi
cum administratione Sacramentorum, que non potest exerceri nisi per
Presbiterum c. omnis utriusq. de pœnit. et remiss. facit c. nemo dist.
20. bene per glos. in Clem. dudum. in vers. impendat de Stepulat.
Abb. c. de multa. n.o 24. de preben. Bec. in c. cum ad aures. n.o 17. de
rescript. Et capiendo curam proprie pro pœnitentiali minus iste
textus procedit L. cum exerceatur habitu et non actu, ut per
Feder. de Sen. cons. 130. et 135. Hosti. en. in c. quia nonnullis de Cler.
non resid. Petr. de Ancar. in c. 1. Apost. in prin.o de preben. in 6.
Imol. in Clem. 1. de offic. Vicar. Abb. in c. de multa in fin. de preben.
num. tm.1 Dubitatum fuit an liceret habenti unum simplex sufficiens
vel unum personalem residentiam requirens conferre aliud beneficium
et videbatur quod non quia quicquid fit contra L. prohibentem, sive
contra eius mentem nullum est. L. non dubium cum ibi not. c. de leg.
nec requiritur quod lex ulterius procedendo annullet actum, unde
sequitur quod Ordinarij non possunt facere huiusmodi Collationes; Contra-
rium tamen fuit resolutum in Sacra Congreg.ne quia ubi lex
declaratur per aliam legem est correctio cum eum existit c. 1. de
offic. c. cum dilectus. de elect. in 6. et textus hic declaratur per
c. 4. sess. 7. in quo non prohibetur conferri 2.m compatibile sed
decernitur vacare p.m per assecutionem alterius beneficij sim-
plicis, licet de eo non loquatur c. de multa sm. Fel. et Abb. in c.
quia nonnulli. et in c. fin. de Cler. non resid. in fine quia de
generali stundi Consuetud. beneficia simplicia non requirunt residentiam,

fuit dictum per extentionem idem esse decernend. ut nisi fiat mentio in provisione 2.di de p.mo simplici sufficienti ad victum per assecurationem 2.i vacat facit glos. sing. in c. dudum el 2.o in vers. titulares. in fin. de elect. et ut dici non videatur a iure prohibitum habere plura simplicia beneficia propter generalem consuetudinem quam Papa scit et tolerat Lap. alleg. 35. n.o p.o Ferret. cons. 112 n.o p.o Semper tn in Impetrationibus facienda est mentio de alio beneficio et minimo qd quis obtinet alias per assecurationem 2.i vacat p.m et ultima impetratio non valet Guidop. sing. 106. glos. in c. super litt. de rescript.

Singulis conferantur / Ad intelligendum cum effectu ut unus possit retinere quod ordinarius potest instituere presentatum, vel conferre aliud beneficium incompatibile vel ratione residentie dummodo habita possessione pacifica 2.di beneficij dimittatur primus.

Congregatio censuit idem esse in beneficijs que sunt iuris patronatus de quibus non fit collatio sed institutio

Substentanda / Competens dr arbitrio Iudicis ex qualitate persone, et sic felin. post Bart. in c. postulasti n.o 26. de rescript. et an post primum sufficiens possit sibi conferri aliquid simplex unde per Abb. in c. quia nonnulli n.o 5. de cler. non resid. Lap. alleg. 35. n.o p.o

Aliud simplex / per hec verba videtur induci vacatio, et incompatibilitas in duobus beneficijs simplicibus sufficientibus, videtur et non licere Epo conferre tertium beneficium simplex et si non sint sufficientia qd tn durum esset, et contra generalem mundi consuetudinem.

Congreg.o censuit quod Epus potest duo beneficia simplicia conferre ut hic dicitur, sed intelligendum nisi sint sub eodem tecto, nam tunc necessaria sit sedis Ap.lice dispensatio.

Sufficiens / Epus habenti unum simplex beneficium qd non sufficiat

ad eius substentationem potest aliud simile conferre absque dispensat.e
Ap.lica sed non potest plura simplicia usq. ad eius sufficientes substen-
tationem conferre citra dispensationem Ap.licam, et habenti beneficium
sufficiens potest conferre aliud, sed habita possessione 2.di beneficij suffi
cientis vacat primum sufficiens. An hoc sic contrarium scripsi c.2 fol. 205. v.o
Ep.us potest conferre 2.m beneficium si primum non sufficit ad substentationem
sed si duo non sufficerent non potest conferre tertium absq. dispensa
tione Ap.lica
Pro Collat.e ordinibus aut in beneficiorum Ep.us nihil est pro sigillo accipere
potest, [illegible] vero pro labore, carta, et alijs aureum unum pro
beneficio
Ultra duo beneficia Ep.us uni conferre non potest
Simplex beneficium est Archipresbiteratus licet habeat aliquam iurisdict.em
dummodo residentia in eo non sit necessaria
Beneficia etiam curata alijs beneficijs annexa transirent in sim-
plicem naturam dummodo accessorie sint unita, et illorum cura
per vicarium ab ord.rio positum exerceatur.
Plura beneficia non possunt obtineri licet simplicia sint sine dispen-
satione Papae intellige requirentia residentiam aut sub eodem tecto.
Quae appellantur Neapoli Grantarie non sunt incompatibiles cum
alijs beneficijs requirentibus residentiam
Dummodo utrumq. personalem residentiam non requirant / Illi qui
obtinent duo beneficia, vel plura beneficia cum legitima dispensatione
ante Conc.m Trid. obtenta requirentia personalem residentiam tenentur
residere in eo in quo maior est necessitas, nec ideo possunt
alterutro privari, amittunt tamen distributiones quotidianas illius
beneficij cui inserviunt
Cuiuscumq. tituli et qualitatis existant / Non est molestandus is qui.

ante Conc.^m obtinuit unum Canonicatum ab Ord.^rio et unam parochialem dummodo resideat in Parochia ex bulla Pij V^ti, nec etiam qui obtinebat duos canonicatus in diversis Ecclesijs etiam sine dispensatione Ap.^ca amittit tamen distributiones quotidianas illius Canonicatus in quo residet pro eo tempore quo illi non deservit.

Distributiones quotidianae cuiuslibet Capellaniae arguunt residentiam in Choro, ideo incompatibilis est cum beneficijs residentiam requirentibus

Qui in praeteritum plures parochiales obtinentes legitime et cum auctoritate Sedis Ap.licae ante Conc.^m trid. confirmationem Parochialem Ecclesiam et Ministerium perpetuo commendatum non potest ex hoc decreto cogi ut alteram dimittat quasi duas parochiales Ecc.as obtineat sed non potest utrumque retinere cum Ministerium et si curam habeat animarum appellatione parochialis hoc cap.^o non comprehenduntur.

Hoc decretum dicit in praeteritum ligare incipit tamen ex Kal. Ianuarij 1564

Habens legitime Canonicatum et Parochialem ante Conc.^m Si prebendam post Concilium acquisiverit, potest utrumque beneficium retinere per Constitutionem Pij V. dumodo resideat in Parochia, amittit distributiones quotidianas secus vero si esset dignitas cum Canonicatu, et Parochia quia obstat ex utraque incompatibilis

Sub hoc cap.^o non comprehenduntur qui cum parochiali obtinent dignitatem parochialem, neque dignitatem et Canonicatum habentes curam annexam.

Dignitas Ecclesiae collegiatae cui a Principio cura animarum iniuncta est aut illi postea iniungit non accessione comprehenditur in hoc decreto.

Qui unam Parochiam habet cum fructibus et alteram cum nudo titulo alteram ex eis quam velit tenetur resignare.

Habens duas parochias quarum altera est beneficio vel dignitati in perpetuum unita alteram dimittere tenetur.

Habens unam parochiam et titulum alterius cuius fructus omnes sunt

alteri referiat; nihilominus alteram dimittere tenetur.

Petitio cuiusdam Simonis de duabus Parochijs quarum altera est litigiosa ut posset utramque retinere donec alterius lis terminetur; reiecta fuit a Sacra Congregatione.

Habenti Parochiam datur Canonicatus Cathedralis sed duobus illis mensibus elapsis nondum cessat, quibus debet dimittere Parochiam, conceduntur ad dimittendum quatuor menses.

Cui non est Constitutum Salarium fuit dispensatum ut plures posset retinere, quoniam timetur ut parochiales perveniant ad manus hereticorum.

In Regno Poloniae, multis circumstantijs attentis Pius 4. dispensavit super pluralitate beneficiorum, sed Pius V. postea declaravit hoc procedere eo casu si periculum esset Ecclesijs ob Conc. Trid. decretum dimissis, in hereticorum manus venire, et dumodo ita cum pluralitate dispensati in una resideant.

Ordinarius potest habenti unam Parochiam lectiam alteram parochiam lectiam conferre sed si adeptionem pacificam posterioris non habet vacat prima.

An extendatur hoc decretum ad retentionem Monasterij cum Parochia. Congregatio censuit negative quia cum simus in penalibus in quibus statuta restringuntur c. statutum de elect. in 6. ubi statutum disponens de Parochia non vendicat sibi locum in dignitate seu Collegiata Curata, quod multo magis dicendum est in hoc casu, quia Abbas Monasterij non dicitur proprie habere curam animarum cum non habeat parochiam, neque Populum Secularem cui administret Sacramenta. sed tantum curam familiae sui Monasterij propter quam curam et si audiret confessiones Secularium non dicitur Parochus nec Curatus, alias autem censuit Congregatio non habere locum hunc si illi

vero in Prioratibus, quibus est annexa cura animarum. Quid in Abbatiis? Vide cap. 4. sess. 7.

Habens Parochialem Ecclesiam, et aliam dignitatem habentem etiam curam animarum An teneatur ex decreto huius cap. intra sex menses alterum beneficium dimittere; Quidam aiunt non teneri de iure c. Statutum de elect. in 6. quando de iure com., vel ex alijs Conc. Trid. decretis erit hoc casu providendum S.tas tamen sua censuit teneri, quia eadem videtur ratio subesse quando cura animarum a principio iuncta fuit dignitati.

An presumpta dispensatio in qua fundatur reg. de triennio habeat locum contra decretum huius cap. 17. Cong.o censuit quod non, quia regula triennalis requirit titulum coloratum Gemin. cons. 106. circa fin: vide etiam sess. 14. c. 9.

Unam Cathedralem et aliam parochialem habens Episcopum et Parochum quae resignari non potest quia est de iure patronatus, nihilominus unum dimittere tenetur ex istis duobus beneficijs

De postulatione quid habentes parochias in quibus alij habent regressus vel accessus coacti resignare agere debeant; Conclusum fuit dandam esse opinionem regressario, ut vel cedenti sibi parochiam solvat eandem pensionem, vel patiatur resignari alteri cum suspensione regressus.

Una tamen Parochi Episcopi Cremonensis petitio, ut quidam Presbiter N. obtinens duas parochias una scutorum centum, ex quibus solvit pensionem 50. alteram, retenta[?] patrono fructibus ornatus posset utramque retinere; penitus est a Congreg.e reiecta

Petitioni N. ut ex quatuor Parochijs cum accessent duabus et sibi una retineatur titulus S. Columbani Et tantummodo titulum alterius retinere, Responsum fuit ut titulum relinquat, nec ei accedat

Habens parochiam et Oratorium in Commendam ad vitam cui cura iminet

animarum, alteram dimittere tenetur.
Habens legitimè duas aut plures dignitates non curatas et Parochiam unam curatam, unam solam retinere potest
Habens duas parochias quarum altera est beneficio simplici aut dignitati in perpetuum unita, alteram dimittere non tenetur
Quis non tenetur alterum dimittere si habeat parochiam et Canonicatum obtentum ante Concilium sed tenetur residere in Parochia, et quod in fundatione Canonicatus caveretur quod illum obtinens sit ipso iure privatus si per 30. dies absens fuerit
Papa attenta personarum et locorum qualitate dispensat ut uni Parochia et Canonicatus conferatur, si utrique inservire possit.
Si alias resolutum fuerit quod habens ante Concilium duos Canonicatus quibus singulis esset unita parochia per hoc decretum non teneatur ad alterius dimissionem, Nihilominus in contrarium est veritas quod alterum dimittere tenetur.
Dispensatus legitimè sine dubio Canonicatum et parochiam retinere potest, sciendum tamen est Ordinarium sibi dispensandi facultatem non habere.
Dum hoc decretum loquitur de beneficiorum pluralitate tollenda scire oportet, quod ante Concilium non erat necessaria dispensatio pro retentione parochiae cum Canonicatu, quod si cui habenti parochialem Canonicatus conferatur, adepta possessione Canonicatus vacat parochia
Quis non potest habenti Canonicatum aut beneficium simplex quod ad eius victum sufficiat, parochiam Ecclesiam conferre, sed adepta parochiae pacifica possessione vacat Canonicatus.
Habens beneficium simplex ad victum eius sufficiens si adipiscatur pacificam parochialis Ecclesiae possessionem sibi legitimè collatae vacat beneficium simplex.
Habens Canonicatum, et duo simplicia beneficia quorum omnia annu-

. redditus sm̄ coem̄ estimationem non excedunt 128. scutorum tamen non prohibetur a Conc.° quin ea omnia retinere possit.

Conc.m Trid. non prohibet quin habens Canonicatum retinere parochiam et e contra, sed solum cogit ut quis dimittat alterum duorum eam acquisitorum.

Canonicus obtinens dignitatem perdit Canonicatum.

Petitioni Canonicorum Aquen. ut residentes in Canonicatu possint retinere parochias, visum est rescribere ut doceant de persona, de beneficijs ac de alijs.

Residens in Prioratu qui curam animarum habet retinere pot. Canonicatum et beneficium simplex, sed beneficio simplici qui alium inservire debet.

Qui impetrat per novam provisionem Archidiaconatum Narbonen. et obtinet alterum Archidiaconatum Auxitan. cum non possit possidere Narbonen. ob possessionem intrusi, cum quo litigat, petijt ne privetur Auxitano, quae petitio est contra decretum factum a Pont.° habita vel non habita possessione, visum proinde est rem ad S.S.m. rejiciendam esse.

Iuxta Const.em alias editam posse Canonicus ex consuetud. Ecclesiae in eadem obtinere dignitatem; An obtinens Canonicatum cui post Conc. Trid. unitum est munus poenitentiariae possit vigore d.e consuetudinis obtinere eo dignitatem in eadem Ecclesia; Cong.° censuit non posse, quia consuetudo stricte est interpretanda, et quia nemo pot. esse triplex in eadem Ecclesia.

Habens Archipresbyteratum, et regressum ad parochiam quam obtinuit ante Conc. Trid. publicationem cum dispensatione tali quod si regressus ei contingeret ipsam parochiam cum Archipresbyteratu posset retinere, si casus ipsi regressus evenirit ei post Conc. Trid. pot. et utrumque retinere et tenetur in parochia residere et non perdit quicquam Archipresbyteratus nisi distributiones quotidianas.

Parochiales ecclesiæ sunt incompatibiles cum beneficijs quibus assignatæ sunt distributiones quotidianæ, quas absentes a divinis amittunt, et illi qui obtinent duo vel plura beneficia cum legitima dispensatione ante Conc.m Trid. obtenta personalem residentiam requirentia tenentur residere in eo in quo maior est necessitas, nec propterea possunt altero privari amittunt tn̄ distributiones illius beneficij cuius ministerio nō interuenit, et ita declaravit Cong.o

Item declaratum fuit quod Canonici omnes debent in persona ecclia residere, et personaliter deseruire eorum muneri quod exigit Canonicus non possunt tn̄ eo privari, nec alia pœna affici, nisi privatione distributionum, nec ipsis pluralitati beneficiorum prouidit nisi in futurum praeterquam quod in parochialibus quas nec et per dispensationem ant. Conc.m Trid. obtentam, nemo nisi unicam retinere potest, Quod limitatum fuit nisi cura animarum fuisset annexa dignitati, non a principio sed ex post facto, quo casu possent cum legitima dispensatione ant. Conc.m Trid. obtenta retinere, ex Sacræ Congregationis decreto.

Capellaniæ et chorarium quorum fructus sunt tenues sunt beneficia incompatibilia nec possunt simul retineri sub eodem tecto sine dispensat. Ap.ca Quia Tex. hic loquitur de parochialibus quæ differunt a Curatis ecclesijs ut per Imol. in Clem. 1. de offic. vic. et per Rebuff. in concord. franc. in forma mand. fol. mihi 190. et ibidem de collatione in verbo Statuimus fol. 490. Et cum sit penalis non videtur extendenda arg.o c. Statutum de elect. in 6. Statutum fuit, tn̄ hæc dispositio habeat locum adversus eos qui unam parochiam cum pluribus curatis, vel plures curatas aut Cathedralem cum Curatis obtinent, et una retenta alias dimittere infra sex menses

teneantur sub poena privationis ipso iure omnium Curiar. quae obti-
nent non obstantibus supra allegatis, placuit mihi contraria sententia
ut fiat extensio, tum quia eadem ratio mihi videbatur in cura
quae in alia causa residendi, quae incompatibilitatis et administrationis
sacramentorum c. quia nonnulli, et c. conquerente de Cler. non resid.
Clem. dudum de sepultur. tum quia erant pacificata haec duo per
Canones antiquos Extravag. Jo: 22. Execrabilis, ad quam statutum
avium est penale et corrigens facile extenditur arg.° eor. quae
dicit post Glos. Imol. in d. Clem. p.a de offic. lic. Ponderabam est
Reg. in c. de multa de preb. in fine.° ubi ponit reg.a de parochi
et exemplificando disponit in curatis, ponderabam quod hoc de-
cretum est favorabile in odium obtinentium plura incompatibilia
et consultat lee.a c. sanc. dist. 09. ergo ampliandum, et respondebam
ad contraria, quod differentia inter parochialem et curatam est,
debet condignas poenas subire et puniri pro ut in eo statuitur.
Fructus per d. tempus percipere. Adverte quia si fructus nullos percepisset forte quia
impeditus esset, vel essent alteri reservati saltem pro maiori parte
non videtur adeptus pacificam possessionem et sic hic non incidit
in poenam huius Canonis, et aliorum loquentium de incompatibili-
tate c. commissa ubi glos. in ver. vacante de preben. in 6. Staphil.
de qualit. et stat. beneficij in fin. n.° 92.
Nam Cathedralem ex aliam partem / An parochia obtenta ab eo qui a
Sede Aplica ad Epatum in partibus Infidelium extitit promotus
in eodem die 12 Xbris 1601. fuit per oes Illmos DD. dictum non vacare.
Provisus de iure non amittit priora beneficia nisi post adeptam Epatus
pacificam possessionem, quia Epi. Titulares numquam adipiscuntur
eo quia existit in partibus infidelium, Ideo nunquam vacant

eorum beneficiorum, ut tenuit Rota in una Panormitana beneficiorum 9. Januarij 1590. coram Accorambono cuius meminit Achil. decis. 2. de elect. Mandos. reg. 26. q. 4. n.° 4. Flori. de Incompat. par. p.a c. 4. n.° 15. et 16. Pairs. de resignat. ben. lib. 3. cap. p.° n.° 90. Stapl. de lit. grat. tit. de qualit. benef. n.° . Nauar. cons. 14. n.° 3. de elect. Nec deputatio ad officium non perpetuum Induceret incompatibilitatem. Innoc. Abb. et alij in c. de multis. Put. decis. 117. et fuit dictum in una Seguntin. Thes.rie 29. Aprilis 1596. coram Orano, Flori. de Incomp. par. 2. cap. 10.

Plura simul beneficia obtinere / Die xi. Januarij 1594. Cong.o censuit Epum ex causa posse dispensare ut quis possit obtinere duo beneficia difformia sub eodem tecto dumodo quodlibet de per se non sit sufficiens ad substentationem promoti.

Et die 13. Januarij 1594. censuit consuetudinem permittentem ut in eadem ecclesia dignitas cum canonicatu per eundem obtineri, et retineri possit non censeri derogatum ex hoc decreto ubi disponitur habenti beneficium competens non posse conferri aliud.

Et die 20. Januarij 1594. censuit quod si habenti unum beneficium sufficiens, aliud sufficiens ab Epo fuerit collatum habita pacifica 2.di possessione vacat primum.

Et die xi. Julij 1596. censuit Epus habenti unum simplex beneficium quod non sufficiat ad substentationem posse aliud simile conferre, sed non posse plura simplicia, usq. ad eius conuenientem substentationem eidem conferre.

Et die 4. Septembris 1602. Censuit beneficium simplex Iuris patronatus Laicorum intra Cathedralem positum posse absque dispensatione

cum alio simili sub eodem tecto obtineri, si ita lege fundationis ab Ep̃o approbata caveatur. Vide supra fol. 29. Dispensationes.

Sabinen. dispensationis ad plura benef.a 28 Aug. 1606.

Orator qui natalium defectum patitur natus ex soluto, et soluta fuit ap.ca auct.e ad quæcumq. benef.a ecc.ca obtinenda dispensatus, dummodo plura simul non sint. Vacarunt in quadam Dioecesi duo simplicia, non tamen sub eodem tecto, quorum insimul fructus 37 ducat. aur. de cam. secundum com. extim. val. ann. non excedunt.

Sup.t nunc declarari: An liceat ordinario ad quem spectat collatio beneficiorum simul ambo ipsi Or.i conferre attento quod unum ad sustentationem non sufficit.

Sacra Congregatio Cardinalium Conc. Trid. interpretum censuit Or.em ex dispensatione potuisse obtinere benef.a admittere ~~beneficium~~ legitimum, ideoque si unicum non est sufficiens ad eius sustentationem, potuisse etiam plura ex ordinarii collatione adipisci.

Expedit maxime pro observatione huius Canonis in vacatione parochiarum videatur Bulla S. D. N. in Conferendis Kal. Aprilis 1566.

Cum parochialis Ecc.e vacatio Nov. dignitatis cui parochialis sit unita.

Item si fuerit Capellania per Conditorem in parochia instituta, quia in ea conferenda servatur hoc decretum.

Item etiam ex antiqua consuetudine si hae parochiales solitae essent commendari ad sex menses.

Et qui semel instituti fuerint etiam ad presentationem non possint amoveri ad nutum.

Et ex decretis huius Concilij post minores expectandus esset annus antequam quis ad Sacerdotium promoveretur, ut c. 2. sess. 23. potest tamen quis parochiam acquirere etsi habeat aliquem ordinem Sacrum et infra annum promoveri ad Sacerdotium debet.

Etiam si cum lectis. Etiam in Ecclesijs Cathedralibus vel collegiatis in quibus exercetur cura animarum per Capellanos amovibiles ad nutum Capitulorum ut per ipsosmet Can.cos absque examine ab immemorabili tempore, quo non obstante, omnes tenentur ad subiiciendum se examini Episcopi.

In casu quando alicui Ecc.e Collegiate imminet animarum cura et per ipsos Canonicos vel hebdomadarios, seu plures Clericos exercetur, videbatur quod in eius provisione non requireretur concursus per c. statutum ubi glos. de elect. in 6. quia constitutio quae loquitur in parochialibus non habet locum in collegiatis curatis, cum animarum cura strictius consideretur in simplici parochia quam in collegiata curata Barb. de pot. Episc. q. 1. n.o 34. Et cum unus sit sponsus Ecc.e sicut unus in matrim.o carnali, cura penes unum esse debet, non aut pluribus incumbit Flor. Cons. 67. Lap. alleg. 4. n.o 9. Rebuf. in prax. pot. 2. tit. de non promo. infra annum n.o 27. et 36. de qualit. et stat. benef. fol. 41. n.o 31. Put. lib. p.o decis. 294. Contrarium fuit in Rota resolutum, et allegabatur p.o

Ad vitelij cons. 0. Flor. vide Rota una Geren. coram Cotta, et decis. 0. p.a dictus

quod ubi eadem ratio Conc. militat ibi eadem debet esse iuris dispositio L. 3. de verb. oblig. c. cum dilecta de confirmat. util. vel inutil. quod procedit etiam in materia odiosa, quia non est extensio, sed comprehensio L. 2. §. quid curatores. et §. quid si decesserit. ff. ad Tertull. Bart. in L. si vero. §. de viro ff. sol. matr. Abb. in c. fin. de rescript. Fortun. Garzi in repet. L. Gallus. §. et quid si tm. ff. de lib. et posthum. quanto magis in hoc casu in quo agitur de salute animar., que materia est favorabilis ut per Abb. in c. 1°. de postul. prælat. et cum Conc.m inspiciat in hoc textu expedit salute animar. videtur hec esse ratio finalis que posita est in princ.° Dec. cons. 160. n° p°. arg. a ratione Prohemij Bald. in L. fin. de hered. instit., sed ratio Concilij militat et in istis hebdomadarijs, qui baptizant audiunt confessiones prebent Sacramenta, et animas gubernant, ergo necess.° in eis habet locum dispositio huius textus Nec obstat qd dicitur in d. c. statutum dispositionem factam de parochialib. non procedere in collegiatis, quia hec ecclesia de qua agr non est collegiata ex institutione, nec ex privilegio nec ex possess.e ut per Abb. in cap. nobis de uncap. n.° 11. et isti hebdomadarij non eligunt prelatum cap. 1°. de elect. nec faciunt unum Capitulum. L. 1. quod cuius univer. nom. non habent sigillum comune nec refectorium. c. ad monasterium de stat. monach. Ita And. Sicul. in d. c. nobis. Alex. cons. 117. lib. 4. Felin. in c. accedentes de prescript. Pretera que dicuntur de Rectore habent locum in Rectoris coadiutoribus, quales sunt isti hebdomadarij Abb. in c. fin. de cler. egrot. Nec obstat c. statutum de elect. in 6. quia illud loquitur in materia odiosa in qua agebatur de iure quesito auferendo, sed casus nr habet materiam favorabilem, quia tractat de iure querendo, et alia est causa lucri, alia damni L. fin. C. de codic. L. fin. §. licentiam. C. de iur. delib. et ita distinguit Glo. in d. c. statutum Adde Roch.

in tract. de uir. patr. ueni in tex. n.° 6. qui refert que sint signa ecclesiæ Collegiatæ Feline in c. in nostra n.° 24 de rescript. post Inoc. Abb. in c. dilecta de excess. prelat. Staphil. de literis expect. 5. . . . n.° 39. Archid. in c. in monasterium 16. q. p.ª facuint notata per Rotam decis 451 in nouiss. Gamm. tract. de offic. et potest. Cap. sed uacan. plud. 5.° Sarn. de visit. c. p.° lib. 2.

In uacationibus Ecclesiarum parochialium & earum collatio pertineat ad Canonicos, edicto tri. et examina electis personas que sunt magis idoneæ proprie ad Epos ordinarios spectent, collatio aut parochialium ab his facienda est postea ad quos pertinet eos conferre.

Epi resignantes in forma dignum proprias parochias resignent eas conditio et prouisione ordinariis Epi.

Uni uel pluribus / sed non intelligitur de Canonicis Cathedralis, uel collegiatæ quibus animar. cura incumbit, et per quos ista cura animar. exercetur S. D. N. Greg. 13. noluit hiere Cant. regularis Congni lateranen. etiam de licentia sui generalis absq. permissu sum. Pont. assumere curam animarum etiam ad tempus multoq. minus beneficium uacantum ad tempus.

Vel resignationem / decretum hoc non habet locum in resignationibus factis in manibus Papæ in fauorem certæ personæ, cum non possint dici beneficia uacare neq. que dicuntur de resignationibus conuenire possint, et ita in Congreg.ne Ill.mor fuit declaratum in una Mediolan. 2. Idus octobris 1566. et in una Imolen. per D. Vettrio de mense Maij 1569. et in una Aurien. 3.° Kal. februarij 1566. videlicet Sess. 23. cap. 18. que ibi scripta sunt de resignationibus in fauorem ut dicitur factis

Guil. Rod. loquens de examine per concursum faciendo non habet

locum in vacatione parochiae per resignationem factam in manibus Papae quam idem Pontifex admisit et mandavit expediri in forma dignum.
Et qui exhibuit bullam Parochiae sibi resignatae Epo Celenaten. et reiectus est ab examine de quo pridem examinatus, affert eundem esse danda appellationem ad Suffraganeum Ravennaten.
Resignatione facta in manibus Papae ad favorem certae personae ab eo admissa, ille in cuius favorem resignatum est non est examinandus per concursum, sed sufficit si examinetur eo genere examinis quod vocatur in forma dignum.
Cum parochialis Ecclesiae resignatio fit in manibus S.mi ad favorem 3.ii quae tunc non dicitur vacare antequam alteri conferatur, nec in ea potest statim Vicarius deputari non est necessarium examen per concursum, et aptiorem eligere per Ord.um sed satis est resignatarium ab examinatoribus in Synodo deputatis simul cum Ordinario probari idoneum.
In provisionibus faciendis de beneficijs ex causa permutationis non est necessarium novum examen, potestque apponi clausula, ut non obstantibus beneficialibus, et dummodo permutatio sit vera non fraudolenta, nec de simplici ad Curatum, nisi in valore sit magna inequalitas, vel aliquid simile alias debet fieri examen.
Declaratio in permutatione Parochialium eiusdem Dioc. non fiat examen alterius Diocesis, fuit concessa.
Ad literas Epi N. non probantis examen eius presbiteri cuius resignatio facta est, quia presumptio est pro presbitero, respondeatur a R.mo S. Datario ut Epus testes examinet et si quid contra eum habet quod indignum reddat, transmittat.
In concessione iurium in favorem eius qui pretendit habere ius nec examen nec expressio beneficiorum aut valoris est necessaria si vera sit (?)

Ecclesia reservata] In beneficijs curatis reservatis Sedi Aplicae in quibusius alijs etiam ex antiqua consuetudine, Ordinarij proponunt Edicta concursus a Sede Aplica fit provisio approbata ab examinatoribus in Synodo Diocesana deputatis, si habet fidem approbationis sic ab Ordinario et de hoc est Bulla Pij V.ti iam dicta.

In Abbatem] Ad Abbatis provisionem spectans. Curata beneficia cum vacauerint Ordinarij Edicta concursus proponere debent, et Abbas collationem faciet.

Examen per concursum ad Parochum de quo in hoc textu potest fieri ab Abbate qui ab immli tempore exercuit Iurisdictionem corporalem et spetialem in Parochos et Parochianos privatiue ad Ordinarium loci presupposito quod Abbas possit conuocare Synodum, attento quod hic textus non derogat immemli.

Videtur respondendum simpliciter quod non, quia cum concursus sit vere noviter per Concilium inductus non est opus derogatione immemli. et cum committatur solis Episcopis alij videntur exclusi, nec videtur posse permitti ut Monasterium intra fines alicuius Diocesis existens possit conuocare Synodum que conuocatur ab Episcopo, cum absurdum sit duas simul esse Synodos Diocesanas in eadem Diocesi. Quod tamen limitatur nisi iste Abbas cum tali Iurisdictione sit etiam nullius Diocesis habens proprium et distinctum territorium, quo casu possit conuocare Sinodum, deputare examinatores, examinare et approbare, et ita censuit Sacra Congregatio die 5. Maij . . . pro Illmo de S.to Severino.

Quoties aliqua Ecclesia parochialis vacauerit ad quam Abbas aliquis habet ius nominandi, quemcunque Abbas nominauerit eum Ordinarius ad examen admittere debet, si autem Ecclesie vacatiue ob mortem

Rectorum, in quibus Abbas habet Ius conferendi qui eand. curatio-
nem suscipere volunt, eos Ord.s probare debet illo examinis ge-
nere, quod vocatur per concursum, Neque Abbas eam ob causam
ullum examinis Edictum proponere potest, neq. illius officii par-
tem ullam attingere, sed id pertinet ad Ord.m, qui et ipse debet
proponere Edicta et Examinatores ex Conc.o prescripto deputatos
adhibere, a quibus omnes illius modi concurrens examinentur
quo examine confecto, ex his quos vite, integritas et doctrina
comendabit, Ord.s debet eligere magis Idoneos, ac postea Abbati
relinquere ut ex electis, cui maluerit conferat.
Si aliqui Patriarche habeant collationem parochialium ecclesiarum in
aliqua Diocesi, Ord.s illius Diocesis Edicta proponere debet
et collatio postea debet approbatis fieri a Patriarca.
Patriarcha habens ius conferendi aliquas parochias ecclesias que sunt in
Diocesi Epi sue Provincie non potest eas conferre, nisi his qui ap-
probati et examinati fuerint ab examinatoribus deputatis per
Epum eius Diocesis in qua site sunt ille parochie, et interim
dum ille Parochie vacant Epus illius Diocesis in qua sunt
habet ius constituendi in eis Vicarium cum congrua arbitrio
suo fructuum portionis assignatione, qui dictis parochiis inser-
viat donec de Rectore fuerit provisum, Nec Patriarca
potest in alia Diocesi si ea sit Epi sue provincie Capellanos ad
animarum curationem constituere, nisi de eiusdem Epi consensu
et examine eius precunte quod per eum aut eius examinatores
est faciendum, Et cum quis Epus Provincialis d. Patriarche
sinodum Diocesanam habebit, Patriarcha nihil potest omittere
quamobrem ecclesiarum rectores quarum electio ad ipsum.

Patriarcham spectat, alijsq. praeterea quia curam animarum in eis gerunt, vel Synodo non interfuit, vel decretis Epi minus obtemperent.
Nec potest idem Patriarcha alienos Epos in Dioecesi Epi sui Provincialis inducere ad ecclesiam benedicendum vel consecrandum, velut Sacramentum extremae unctionis oleum consecrant, velut Chrisma administrent vel aliqua pontificalia munera obeant atq. exerceant. nisi de Epi cuius ipsa Dioecesis est, consensu

Seu Capitulum et ad illos collatio, institutio seu praesentatio pertineant.
An quando collatio parochiae est ab immemoriali tempore pertinet ad Capitulum Cathedralis vel collegiatae ecclesiae, vel ad alium inferiorem, An ad eundem occurrente illius vacatione pertineat potest edictum appositio ad vocandos oppositores, An vero ad Epum, Congreg. censuit pertinere duntaxat ad Epum in cuius Parochia sita sit.

Vacanti Parochi cuius collatio spectat ad Archidiaconum, ius examinandi eligendiq. virum idoneum in demortui locum atq. edictas proponendos ad Ord. spectat, non ad ipsum Archidiaconum.
Archidiaconus cuius territorium est in una Dioecesi Parochiales ecclesias conferre potest illis tantum, ~~quibus~~ quos Epus eiusdem Dioecesis in qua territorium est elegerit magisq. idoneos iudicaverit, qui ab examinatoribus in Dioecesana Synodo deputati idonei enunciati sint.

Parochiis. Si vacaverit aliqua ecclesia parochialis cuius collatio spectat ad Praepositum alicuius Collegiatae, debet idem Praepositus curare ut fiat saltem edictum publicum in quo descriptus certis dies, et huius tenoris ut quod praestetur se in ipsam ecclesiam conferenda Ord. Epus quaeri, ipsamq. conferre illi quem Epus idoneum eliget ex ijs quos

examinatores approbauerint, atq. ideo se eis denunciare ut Edicta proponat, et curet ut examen fiat suo tempore

In uacatione parochialis Ecclesiæ cuius collatio ad inferiorem spectat examen et electio personæ Idoneæ, ac edictorum appositio ad Ord.^m spectat

Debeat Epus statim / Epus debet uacante parochiali Eccl.ª seruare formam examinis, et concursum, et uelet eam conferre eius Vicario ex Congregationis sententia, quod per Epos Iurisd. benetæ imprimis obseruari curetur pro huius decreti obseruantia, et Bulla S. D. N. super huiusmodi concursu.

De familiari Papæ, qui de Com.^{ne} eiusdem examinatus et approbatus fuit Romæ debet Ord.^s eam rationem habere, ac si examinatus ab eo fuisset.

In prouisionibus Aplicis in forma dignum non est necessarium nec de iure fieri debet examinatio, quæ uocatur per concursum; sed Doctoratus seu licentiatus in Theologia, uel in iure Canonico, et in publica Uniuersitate graduatus non excusatur ab hoc examine quando petit sibi prouideri de aliqua Ecclesia.

Examen et Edicta proponere, et alias prouisiones facere prout in hoc decreto spectat ad solum Epum, et non ad alium inferiorem uel Capitulum non obstante quacunq. immemorabili consuetudine et quod ipse Inferior ex immemorabili consuetudine debere huiusmodi ius cumulatiue cum Epo in loco sue Iurisd.^{nis} dumodo in ipsius Epi Dioecesi Parochialis posita sit sic etiam Vicarius constituere et omnia alia facere, nisi Inferiori Ord.^s haberet ius congregandi Synodum ut inferius annotatum est.

Idoneum in ea Vicarium / Qui Vicarius debet habere custodiam et administrationem omnium bonorum, ut infra uers.º alioquin Vicarius

Et Ecclesiæ cuius institutio non ad Epum, sed ad inferiorem spectaret

non obstantibus

non obstantibus his que traduntur per Roch. in c. cum nos. de offic. ord.
Sanctimaliter quedam mercenarie ex Bergom. ep. antiqua consuetud. ab ord.
commendari solent ad sex menses sacerdotibus a vicariis presentatis, quibus
elapsis nunquam vel raro sacerdos ipse prorogationem vel novam pro-
visionem requirit sed vigore d. prime deputationis ad rectoris vel
parrochianum beneplacitum in ipso munere cum persistit. An hanc ergo Co-
mende post Conc. Trid. amplius locum habeant vel potius ep. eodem
debeant deputari vicarii amovibiles? Congreg. censuit locum non
habere, sed in eis servandam esse formam prescriptam a decreto Conc.
Trid. sess. 24. cap. 18. Si tamen in illa ecclesia fuerint ius pa-
tronatus laicorum pro ut Conc. requirit sess. 25. c. 9. permittendum est
illis presentare institutendos precedente tamen examine ep. d. c. 18. sed
denegandam illis expressam facultatem semel institutos amovendi
ad eorum nutum.
Congreg. censuit pro collatione vel institutione curarum ecclesiarum curatarum
seu deputatione vicarii ex sess. 6. cap. 2. et sess. 7. cap. 6. et 7. Can-
cellarium posse in singulis recipere mercedem pro labore conve-
nientem quod tamen pro scriptura, sigillo et ceteris omnibus compu-
tatis unum aureum non excedat, et examinatori ipsi Conc. salarium
nullum pro officio suo exercendo permissum sit, et ep. pecunia
quam accipit nihil proprii emolumenti collatores aut institu-
tores ullo modo directe vel indirecte percipiant.
Cum congrua portione duorum aureorum pro singulis mensibus ista fuit
congrua portio
Fructuum portionis assignate parrochie ipsius perpetuo sede vacante capitulum
quod si in portionis assignatione gravamen intulerit potest ep.
novus ipsius corrigere.
Examen ipsius ipso examen commendam ad ipsum ordinarium spectat ...

Dioecesi parochialis est, collatio autem fit ab eo ad quem de iure spectabat. Et si Inferior haberet praeventionem collationis cum Ord.[o] debet habita notitia vacationis parochiae coram Notario declarare se velle d. parochiam conferre, et ideo rogare Episcopum ut proponat edicta, et hac ratione tuebitur praevenire [illegible].

Et qui iuris patronatus habet / Cong.[o] censuit hoc Cap.[lo] non requirere examen per concursum ad parochialem quae sit Iuris patronatus Laicorum validè, ideoque admittendum ad eam illum qui extra tempus examinatus et idoneus repertus fuerit.

Coram de [illegible] examinatoribus nominet / Cum nominati a Parocho Ecclesiae possit Episcopus et Clericos ad concursum admittere

Per Edictum et publicam vocentur / Cong.[o] censuit, si unus tantum ad concursum comparuerit intra terminum posse solum examinari et approbari

Item an uno comparente possit prorogari terminus et proponi aliud edictum / Cong.[o] censuit aliud Edictum non esse proponendum sed illum qui comparuerit examini subiiciendum esse, et si idoneus repertus fuerit, eidem beneficium esse conferendum nisi si qui descripti sunt excusent se a legitimo impedimento detineri, quo minus valeant ad concursum accedere, tunc enim potest Episcopus tempus terminum prorogare.

Item si Episcopus semel Edictum proposuit per concursum et ex multis examinatis nullus repertus sit idoneus, S. Cong.[ni] non videtur necessario requiri Edictum per concursum fieri, tamen tutius Iudicatum aliud Edictum proponi, et si nemo comparuerit idoneus, tunc alicui [illegible] examine sine concursu benef.[m] conferret.[r]

Hoc decretum de concursu non habet locum in beneficiis regularibus quae regularibus conferri consueverunt.

Examen concursus in Parochialibus est necessarium et in illis locis

in quibus sunt factiones, et partialitates, ob quas timentur scandala in concursibus peragendis.

Doctor sive licentiatus in Theologia vel in iure canonico, et in pub.ca Universitate graduatus non excusatur ab examine, quando petit sibi provideri de aliqua ecclesia parochiali.

Omnis cura et diligentia adhibenda est, ne prava consuetudo vel inducatur apud Ep.os iurisd.nis Venetae ut in parochiarum vacationibus nō adhibeant examen per concursum. Sed curandum est ut decretum Conc. Trid. et motus proprij S. D. N. in huiusmodi concursu omnino servetur.

Examen concursus non est necessarium in dignitate quae parochiam effective et accessorie unitam habet

In parochialibus per resignationem quam in favorem appellatur vacantibus concursus fieri non debet cum proprie non dicantur vacare provisiones, tamen istorum Ordinarijs committuntur qui examinatis nō autem per concursum provisis sive resignatarijs, et idoneis repertis iis parochias huiusmodi conferrant.

De Archiepo Colaraum qui habens titulum parochiae a Papa provisus in Curia, alias ab ipso Archiepo approbatum in eadem voluit ad examen recipere, scribatur, vel ipse una cum examinatoribus examinet in forma dignum vel committat Ord.rio vicinior.

Resignans parochiam cuidam qui manet per multos annos in Curia petit ut examinetur in Curia etiam deputatis examinatoribus in partibus concessum fuit

In vacationibus permutationem, nullum prorsus examen requiritur cum proprie non dicatur vacare Clem. 1. de rer. permut. L. etiam esset magna inaequalitas parochianorum. et quod alias isti permutantes non fuerint examinati, iterum examinabunt ab Ordinarijs sed absque concursu.

In permutationibus que fiunt de beneficio simplici non curato licet non sit necessarius concursus, examen tamen est necessarium.

In parochialibus, quas quis acquirit per regressum non est necessarium examen, quod intelligendum est si eam alias possederit, secus si eam nunquam possederit.

S. D. N. ex sententia Congregationis Conc. declaravit examen quod ex decreto hoc faciendum est, quodque concursum in collationibus parochialium non opportere fieri in provisione dignitatis nuncupat. Abbatia, cui sit unita parochialis ecclesia dummodo hec unio auct. Sedis Apostolicae ac perpetua et accessorie sit.

Petentibus Jesuitis, an parrochia Toletana in Seminarium erecta et unita eorum Collegio gubernari possit ab ipsis, modo sit approbatus, Congregatio censuit posse;

Examinentur ab Episcopo, videtur ex his verbis Episcopum posse fungi dupli officio, uno ut ipse sit unus ex examinatoribus, altero ut possit accedere, si vota sint paria vel singularia, sed Congregatio censuit examen fieri debere coram Episcopo vel eius Vicario ~~coram~~ absque eorum voto decisorio, et tamen eos posse accedere, ubi vota sint paria vel singularia.

Cum examinatores sunt tres, non videtur posse dari casus, in quo vota sunt paria, ~~vel singularia~~, ideo dic Conc.^m legem quod non possunt esse examinatores pauciores tribus, et sic possunt esse plures, quo casu bene dantur vota paria, quod si tres tantum fuerint examinatores accedit Episcopus votis singularibus et censuit Sacra Congregatio Bullam Pij V.ti de concursu habendo non habere locum nisi ubi iuxta decretum Concilij examinatores fuerint deputati in Sinodo.

Licet Episcopis, Capellanos seu Coadiutores ad exercendam curam animarum

deputatos a Capitulo, seu a quocunque ad id auctoritatem habente exa-
minare, nec permittere illis absque eius approbatione curam exercere, nec
Sacramenta administrare.

Hoc decreto comprehenduntur parochiales seculares quarum collatio spectat
ad Abbates et alios inferiores collatores.

Ab eius Vicario generali / Vicarius Sede Episcopali vacante in locum examinatorum
absentium vel defunctorum alios propria auctoritate sufficere non potest
nec recurrere debet, ut elapso anno alij in locum demortuorum suffi-
ciant, sed eligantur in Synodo, alioquin pro legitimis non ha-
bentur qui supererunt.

Hoc paucioribus quam tribus / tres examinatores esse adhiberi omnino de-
bent in parochiali modici valoris.

Satisfactum fuerit huic decreto si tertius examinator examinauerit et
sit par in approbatione, licet votum suum non explicauerit.

In examine per concursum quatuor examinatores ex deputatis in Synodo
honestius est conuocare; et an idem numerus in omnibus examinibus
tam ad tenuiores quam ad maiores parochias sit seruandus, Concilium
satis clare expressit hoc cap. vers. adueniente vacatione, et quot
adhibendi sint. Vnde Congreg. censuit eundem numerum seruandum esse
in omnibus.

Quoniam votis accidere possit paritas / in hoc casu Episcopus tamen, vel eius Vicarius
habet votum decisiuum, ita fuit resolutum in una Vicentina.

Episcopus non potest admittere in Canonicatibus in maiori parte resignantis
consanguineos, familiares tam suos quam resignantium ex Bulla Pij
Quinti anno 3.° Kal. Aprilis

Cap. 13

Concilium non exprimit an vota examinatorum palam aut secret-
e dari debeant, magis tamen expedit ut Examinatores palam inter
se sua vota conferant et idem notario iubeant ut in actis suis
simpliciter scribat tertium approbatum et idoneum, reliquos vero

reprobatum ut Romę fit.

Approbantibus examinatoribus aliquem tanquam magis idoneum in scientia cuius tamen mores ignorant, et habentibus alium non tam doctum sed ab eis cognitum et approbatum in moribus, hic ultimus est preferendus. Sciendum tamen est quod Pius V. approbationem concedit in favorem magis idonei quibus alijs minus idonei preservantur, et coram Iudice approbationem iterum fieri debet, et qui magis idoneus apparuerit preferatur.

In Diocesana Synodo / In diocesana synodo eligendi sunt examinatores qui examinent promoveri volentes ad parochiales. eligendi sunt et Iudices ecclesiastici quibus ecclesię causę ex Conc. Trid. decreto comittendę sunt.

Qui Synodo satisfaciant, quorum offitium non expirat morte episcopi.

Adveniente vacatione, datarius dictatur Papam providere de benefitijs vacantibus in mensibus reservatis sede episcopali vacante, tamen de his nulla habentur reservatio, vel in corpore Iuris, vel in extravagantibus vel in regulis.

nota Querebatur an in aliqua vacatione benefitij possit quis admitti ad examen per concursum sub spe quod postquam fuerit approbatus, non egeat alio examine, si fiat locus alicui vacationi. Verba textus videntur instituere examen post vacationem non ante sed alias videtur verum ut possit quis admitti sive vacet, sive non vacet benefitium, quia mens Concilij est conferre benefitia curata personis dignis et per concursum examinatis, et approbatis. Expecto quid velit Illustrissimus D. meus Cong.º dicere, verius videtur non debere prius admitti ad examen, quia tamen quis non patiatur defectum scientię forsitan tamen ob inimicitiam in eo loco contractam vel ob aliud scandalum non veniret admittendus si esset certa vacatio ecclesię quam incerta observari nequeunt. Cap. allegatum c. 4. et qui

dat licentiam generalem, forsitan non dedisset specialem, et quis forsitan eligeretur ad locum, cui non expediret praefici ut not. glos. in Clem. fin. in vers. si quam de elect.

Sed alias Cong.ⁿ censuit, his qui ab Epō testimonium scriptum afferre iussi sunt quod sint idonei etate administrandis Parochijs dari debere testimonium in genere non in specie alicuius Parochie et esse examinandos in genere ita scriptum fuit Epō Cremonen.

Tres ex illis eligat Epus / quod servandum est in ecclesijs tenuioris redditus idest parochialibus modici ualoris.

Non statuit precise ut examinatores sint tres, sed quod non possunt esse pauciores tribus ut supra dicitur, itaquod si tres tm sunt examinatores uota non possunt esse paria, sed singularia quando singuli singulos approbant

Nec ant. nec post dicipiant, quacumque etiam immemorabili consuetudine non obstante

Idonei iudicati fuerint etate / An ad obtinendum beneficium curatum oporteat esse Diaconum uel Subdiaconum cum infra annum debeat promoveri ad Sacerdotium; Congregatio Concilij censuit non oportere

Moribus doctrina &. Preferendus est minus doctus modo alias idoneus quando eius mores sunt noti et approbati, alterius quamuis doctioris uita ignorantur.

Ex his. Epus non eligat / Non ideo prohibetur, quin si unus tantum comparuerit in concursu, isq. repertus fuerit idoneus ei debeat Ecclesia conferri.

Magis idoneum / Et si collatio pertineat ad Abbates et alios inferiores collatores.

Sess. 24. de reform. cap. 18.

Ubi non alteri Collatio Ecclesiæ fiat, S. D. N. Gregorius XIIJ audita relatione Congregationis Concilij respondit Constitutionem Pij V.ti super collatione parochialium Ecclesiarum Kal. Aprilis 1566. editam in Bullario n.o 32. non habere locum nisi in ijs Dioecesib. in quibus coacta fuit Sinodus Dioecesana in ea (...) forma dep. 18. sess. 24. fuerint examinatores deputati.

Si vero Iurispat.s Eccl.ci fuerint. Idem in Collatione et Institutione Iuris patronatus mixti olim partim Laicales partim Eccl.ci

Non habet locum in hoc decretum cum Constit.em et fund.em quia servanda est Ep.o in ipsa institutione apposita. sed tamen presentatus est exami nandus et approbandus ab Ord.rio citra concursum etiam si repu gnaret Institutioni suæ fundationis.

Ep.us instituere debet in beneficio portatum ab Eccl.co patrono. si digniorem elegerit ex approbatis ab examinatoribus.

An ad obtinendum etiam in mensibus Papæ reservatis ius eligendi et presentandi digniorem in beneficijs curatis Iurispatr. Eccl.ci Illud competat patronis et Instituto ad Ep.um. Cong.o censuit si Institutio ad partes Ecclesias que Iuris patr. Eccl.ci sint, faciendo est à summo Pontifice Ius eligendi digniorem ad eundem Ep.us pertinere, qui transmittere debeat relationem examinis facti per concursum quoq. in eo fuerint approbati, et quem ex appro batis ut digniorem cui S.tas Sua gratiam faciat nominare; Ita Congregatio censuit, et Sanct.mus voluit quia Ep.us melius cognoscit personas

Si beneficium Curatum Iurispatr. Eccl.ci in mensibus Sedi Ap.licæ reservatis vacaverit Ep.us iste Ord.s nulla habita ratione per sonarum debet edicto concursum proponere, et idoneum eligere.

et Romam mittere, cum fide approbationis a Summo Pontifice instituendus sicut fit in alijs Curatis que vacant de iure patr.

Si Institutio dd. parochialium de iure patr. Ecclesie ad inferiores pertineat ti exemptos et Abbates etc. Epus ord. debet edicto concursum propo nere, et inferior instituet magis idoneum approbatum ab Ord.; quod si secus actum fuerit collatio est nulla.

Quod huius patr. Laicor. speciale est in iure patr. Laicor. ut non requirant concursus.

Si his patr. mixtum sit Laicale, et Ecclesiam, quo ad examen velut Ecclesiam censendum est, et servanda est forma prescripta examinis per concursum.

Item dicendum est quando Patronatus pro duabus partibus pertinet ad Laicos, et pro una tm. ad Ecclesiam. Ita censuit Congreg. in una Montis Regalis 6. Augusti 1593.

Lz Ista iura patr. Laicor. intacta esse dicantur a Conc.o relicta et infra sess: 25. cap. 9. non possunt tamen Patroni quacunque consuetudine contra ria non obstante ad nutum amovere semel presentatos et ab Epo approbatos.

Examen per concursum fieri non debet in vacatione parochialium que sunt huius patr. Laicor., sed sufficit quod presentatus a Patronis exa minetur ab examinatoribus in Diocesana Synodo deputatis, et idoneus iudicetur.

Lz si plures sint presentati tunc requiritur examen per concursum inter ipsos presentatos tm., ut ex his qui facto examine idonei ab examinatoribus renunciati fuerint atq. alium et non alterum institueret.

Cump hoc decretum ita in specie fuit dictum die 29. 9bris 1601.

Potest et debebit Epus cogere parochos post Conc.m de beneficijs huius patronatus ad ostendendum titulum provisionis et eos quos inuenerit habere parochiales huiusmodi sine approbat. ordinarij

admittere ad novum examen, et eis idoneis repertis, dare confir
mationem. In illis autem non requiritur Examen per concursum, et
Instituti non possunt amoveri ad nutum, et stante consuetud.e
Et semel Rector deputatus non potuit ad Nutum amoveri a Patronis ex
quod allegavint esse in possessione ita faciendi et hus part. erat
alicuius Com.tis sed illius Rector perpetuo permanebit.
Hoc Idem fuit declaratum in positione Com.tis Compsi. Test. qui allegabat
antiquam consuetudinem amovendi Rectorem ad libitum.
Non cuiq. alteri q. Epo. ee pbs examinatis / An Vinicd. et quasi possessio
immem. tempore praescripta a Capto exercendi Curam in Civitate
et deputandi ad id Capellanos adiutores ad nutum amovibiles
possit se tueri ad Conc.m quod non liceat Epis examinare et appro
bare. Congregatio censuit Ordinario licere.
An Appellatio / Datur nunc appellatio ex bulla Pij V.i
De iure Comuni a Collatione facta reperto magis idoneo non datur
appellatio ut per Innoc. in c. constitutis. s. ult.o col. i. n.o 4. de appel.
Et qui exhibuit bullam Parochie sibi resignate, Epo Cesenaten.e et reie
ctus est ab examine de quo fidem examinatorz. afferre visum est
dandam appellationem ad suffraganeum Ravenaten.
Subreptitiae esse ~~consentur~~ censentur / Examen omissum in parochialib.
per concursum vitiat Collationes.
Collatio Mansionariorz. Curatorz. facta sine examine concursus nulla est
iudicata etiam quod consuetudo esset quod conferrent. Prosth.
Sciendum tamen est, quod postea fuit a S. d. N. decisum in Numero
Mansionarijs concursum non esse necessarium.
Collationes et Provisiones parochialium Ecclesiarz. factae post publicatione
not.o Concilij ab ordinarijs absq. Examine per concursum nullae sunt
et postea parochiales ita collatae vacant earumq. collatio ad sedem
Apostolicam spectat, ut expresse cautum est in Bulla Pij V.ti super

Annot.: Ipse enim Epus damnationem incurrit et non tenetur lectis dam-
num resarcire Rebuff. de pacificis nº. 70 pen. qui autem, et c. signif-
cati de Iur. patr.
Si tamen ades exigui / Vide limitationes per Garn. de Antit. lib. 2 cap. 5
nº. 9. et 10.
Potest Ord.s pro sua Conscientia / Ex hoc verbo Ord.s intelligitur hoc decre-
tum locum habere et in Inferioribus Prelatis Unde Inferior Episcopo
qui omnimodam Iurisd.em Epalem habet, nec alicui subditur, sed est
immediate subiectus Sedi Aplicae nullius dioecesis propriam terri-
torium habent, si habet ius congregandi Synodum et legitime con-
stat illam congregasse, et elegisse examinatores potest concursum
instituere, et examinare et approbare, ac Oeconomos et Vicarios de-
putare, denique omnia alia quae per hoc decretum praescripta competunt.
Epus Vacante parochi proposuit edicta, et infra sex dies quatuor compa-
ruerunt qui adscripti fuerunt iuxta formam Concilij sed in die pro
concursu et examine deputato ex istis quatuor tres comparuerunt
qui examini se subiecerunt idoneiq. reperti sunt; dubitatum fuit
An examen, cum Conc.m non praescribit quod omnes adscripti examinent.
Cong.o censuit sustinere quia verbis Concilij intelliguntur quatenus
veniant ad examen, alias in potestate unius esset nolle venire
impedireq. ne ulterius procederetur
Non examinatus qui obtinuit parochiam in qua ex hoc decreto Conc.
nullum ius habet, ac examini se subiicere vult audiendus est.
Fuit resolutum in Congreg.ne die 5 Aprilis 1701. quod textus hic regu-
lat examen ab Epo iuxta hanc formam faciendum in parochialibus
tm, nam quo ad beneficia simplicia Conc.m nihil mutavit sed
reliquit dispositioni iuris communis nec modo examen sed collationes
et cuicumq. inferior possit conferre, potest eos examinare et approbare

De Iure patr.[us] mixto, in quo Clerici simul cum Laicis gaudent, quaesitum alias fuit in Sacra Cong.[ne] quid circa dispositionem huius cap. dicendum esset, et videbatur quod esset censendum ut Laicale ut post Felin. in tract. quando lit. apost. nov. patr. col. et Roch. de Curte de iur. patr. in vers. ius. in 2.a q.ne sequit. Lig. de pens. cap. 70. n.o 14. Et hoc suadebatur ratione, quia si haberetur ut Ecc.cum, laici non possent presentare praesupposito concursu et sic per indirectum amitterent ius patr.[us] et lz Io. de Silva tract. de benef. q. 11. 3. par. 21. S. Thom. 4. teneat quod debeat censeri ut Ecc.cum praesertim si inde resultaret de eius Ecc.a per c. pertinas de arbitr. et c. 1. de iur. patr. in 6. tamen valde me movet illa ratio ne Laici retrahantur a fund.ne et piis causis in Cong.ne Ill.morum propter varietatem Sententiarum a primo nihil fuit resolutum, sed iusserunt amplius considerari: Considerandum ego ulterius quod lz derogatio iuris patr.[us] non noceat Laicis, nisi de eis fiat mentio Abb. post alios in c. fin. de iur. patr. unde secus esset in Iure patr.[us] mixto, quia pars Clerici trahit ad se partem laici, ideoq. Collatio Papae valeret in totum ut ipse et sequitur Stephil. de mod. et form. ... n.o 14. attenta praesertim illa ratione si inde resultaret, decus vel Commodum Ecclesiae, retinebit Ecc.a et Praelatus praerogativam indicendi examen per Concursum, et approbandi quos voluerit secus esset si haberetur pro Laicali, et hanc sententiam sacra Congreg.

notav.o die 9. Iulij 1573. ut habet.r tamen Examen per concursum non debet fieri in vacatione parochialium quae sunt Iuris patr.[us] laicor. sed sufficit quod deputatus a Patronis examinetur ab examinatoribus in dioecesana Synodo deputatis, et idoneus iudicetur.

Resignatio beneficior. in manibus ord.riorum admittere, si fiat iuxta bullam 2. Pii V. quoad vero pro infirmis, senibus, vecontis, et alijs ibi comprehensis sed ord. non potest beneficium talia conferre consanguineis vel familiaribus Resig. aut

eius qui resignauit, etiam si tale beneficium sit curatum et detur per concursum quia etiam in hoc sess. casus accedere quando iura sunt gratia vel singularia ut in sess. 24. cap. 18. Et si esset iuspatr. laicor. ad tollendas omnem suspitionem affectionis aut consuetudinis inter eos qui de iure conferendo de iure patr. tota dependeat ex presentatione patronorum 16. q. 7. c. decernimus, et c. ex continuatione de iur. patr. et patroni sunt citandi nec retrahantur a fundatore. glo. in cap. nobis in vers. capella. eo tit.

Vacante Prioratu S. Nicolai ord. S. Bened. cui iminet cura animar. sed conuentu caret, fuit quesitum an in eius prouisione requireretur examen per concursum iuxta formam huius cap. 18. Sacra Cong. censuit in huiusmodi Prioratibus non requiri examen per concursum.

An in beneficijs regularibus curam animar. habentibus comendari solitis requiratur concursus iuxta formam cap. 18. sess. 24. Cong. Conc. censuit non requiri.

An Prioratibus qui sunt dignitates siue seculares siue regulares quauis curatis, siue in titulum siue in Commendam dentur an requiri examen per Concursum Sacra Cong. censuit ...

In Causa Tudertina prioratus S. Nicolai de Crispis in Rota vertente inter Illmum D. Cardinalem Rusticucium tamquam Comendatarium Abbatie S. ... cuius d. Prioratus erat membrum, et D. Epum Tudertinum, quesitum fuit, presupposito quod beneficium de quo agebatur esset regulare, et quod in eo olim fuerint Prior et Monachi, Capitulum et Conuentum facientes dignitatem actu et habitu constituentes, hodie tamen per desinentiam Monachor. desierit quidem esse dignitas actu, remaneat autem dignitas habitu, qui facile possit in actum transire quando Monachi reuertantur et quod sit solitum commendari Clericis secularibus, an propter Curam animar. illi imminentem subiaceat concursui, et facto uerbo cum S. D. N. resolutionem hanc Ill.mi Card. comprobauit.

Examinentur ab Epo solo die 4 Maij 1592. Cong. censuit a resolutione examinator. dari appellationem ad Epum deuolutiuum a die sententie.

Per Edictum publicum uocentur / die 6. Aug.ti 1593. Cong.o censuit illum qui termino elapso comparuit, minime esse admittendum ad concursum parochiae.

Seu Abbatum uel Capituli / die 5. 8bris 1594. Cong.o censuit inferiorem Ep.o qui omnimodam Iurisd.em habeat Ep.alem nec alicui subdatur, et sit immediate subiectus Sedi Ap.cae nullius diocesis proprium habeat territorium, habeatque ius congregandi Sinodum, et sine consilio illam congregasse, et eligisse exam.res, utque posse concursum instituere, examinare et approbare, et Oeconomos et Vicarios deputare, omniaque alia agere quae hoc decreto continentur.

Omnes qui descripti fuerint examinentur, die 30 Januarij 1596. Cong.o censuit in Collatione Canonicatus cui unita est parochialis non oportere obseruari formam examinis per Concursum.

Quotcunque ab eis idonei et reperti fuerint / die 5. Aprilis 1590. Cong.o censuit Exam.res Sinodales debere denuntiare quot quot idoneos reperierint ad uacantem parochiam gubernandum, sed ad Ep.um non autem ad eosdem exam.res pertinere Iudicare qui inter eos sit magis idoneus.

Parochialis Eccl.ae uacatio / die 6. nouemb. 1599. Cong.o dixit si in oppido est Eccl.ia parochialis absque fonte Baptismatis, et Archipresbiteratus ab illa separatus cum fonte Baptismali, ita demum Archipresbiteratum cui alias cura non incumbit animarum esse curatum, si tenentur homines oppidi pro pueris Baptizandis solum Archipresbiterum adire, et ille teneatur ad Sacramentum adeuntibus ministrare.

Quotcunque ab eis idonei / die 29. Maij 1601 Cong.o censuit ex relatione examinatorum renunciantium unum ex approbatis idoneum quoad scientiam tantum et quo ad uitam et mores reijcientium ad Vicarium Archiep.i non esse satisfactum huic decreto.

Regula infra ad uerbum examinatores. fol. 319

Quae expectativae dicuntur / Expectativae sunt omnino sublatae etsi illae factae fuissent de consensu ordinariorum.

Decretum hoc expectativarum abrogatarum intelligi debet ut porrigat ad verum et non debet extendi ad identitatem rationis

Ex hoc decreto expectativarum abrogatarum colligitur non posse eligi Canonicum supranumerarium ad futuram prebendam, vide Rotam decis. 4015. alias 16. in novis. Staph. de grat. expect. fol. 7. Put. decis. 3017. lib. 2. decis. facto dub. 44.

Speciales reservationes fuerant etiam sublatae in Lateranen. 3. Sess. 9. tom. 4. fol. 632. col. pa.

Collegiis et Neque Capitula Ecclesiarum possint Canonicos supranumerarios creare super futuram prebendam.

Nec Indulta / An habeant locum ista Reg. in Ecclesiis Cardinalium quas dimiserunt reservato sibi indulto, et hi dubitaverint; Congregatio tamen censuit quod non quia Concilium intellexit de Ecclesiis alienis, quae nullo iure ad eos pertinebant sub die 17 Maii 1575.

Congregatio die 9. septembris 1592. in una Crehenden censuit expectativas concessas a Sixto V. et Gregorio XIIII cum paucissimae sint nempe alias quia mandata sunt de providendo, videntur posse dici post obitum concedentis revocata non debere per regulam generalem, sed specialiter revocari illas scilicet quae non fuerint sortitae effectum, neque super his lites pendeant Sanctissimus auditis Congregationis sententia cum paucissimae sint expectativae concessae inclinavit nolle eas revocare.

Causæ omnes / Idem ferè decreuerat Conc.m Lateranen. sub Leone X.mo sess. 7. in bulla Regimini tom. 4. fol. 650. cap. p.o

nota de hoc c. ut. infra

Causæ omnes ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentes, et beneficiales in p.a instantia nunc per Signaturam Iustitiæ alijs committuntur quad locorum Ordinarijs nisi illi ex legitima et in iure expressa causa recusarentur, quo casu sane Iudicibus in partibus committerentur, et si matrimoniales causæ fuerint, Episcopis vicinioribus, sed si effectus aut reseruatis beneficijs agerentur, tunc in Curia committuntur.

Item per Sedem Apostolicam de beneficijs reseruatis possunt uirtute breuium in fauorem, uel litterarum seu nomine Cameræ Apostolicæ ad capiendam possessionem, et Auditori eiusdem Cameræ directarum, citari, et ad Iudicium coram eodem A. C. uocare possessores talium occupantes beneficiorum ac detentores, ac si coram ordinario Iuris possessorij tantum causæ uentilaretur, et contra Ius eidem possessioni praelata fuerit, et possit pars ad lo. causas in Curia committere.

Sed an si partes renuncient Iuri fauori possit causa agitari coram Iud.e Apost.cis uel alio superiore, uidetur quod sic per Lex. in c. statutum cum nepos de rescript. in 6. iuncta glos. in uerb. nos committatur quam sequitur Imo. ibi licet. in fin. c. adijt ... possunt tamen illi Iesturi partes renunciare, et ita affirmat, per multos Sylues. in c. dilecto in 6. amplia. n.o 4. uers. cauè quoniam de rescript. facit Clem. cum de elect., ubi glos. in uerb. deuoluta. Rota decis. 1. de elect. in nouis. Bartol. dub. 13.

uide infra fol. 224 à tergo.

In prima instantia / Congreg.o censuit non procedere in Conseruatorijs Vniuersitati tantum, et alijs. de quibus c. 5. huius sess. in fin.

Intra biennium / Ex hoc cap. quo cauetur eas a locorum Ordinarijs esse intra biennium terminandas alioquin post id spatium

interim sit fructus, vel aliter illam iudices superiores ad se habeant locum, si resultet per iudicem quo minus intra d.m tempus causa definitet, sed ob qualitatem causę vel ex partium cavillationes. Cong.o censuit, et quotiens ex iudicem non steterit, partes alios superiores adire non posse, facit c. venerabilis de iudic. et Abb. et alij in l. properandum. §. sin aut. et c. de illo ext. de iudice iudices superiores f. quando legitime appellantur a sent. a quo quia eam tullit ex tamen sedis Ap.cę delegatus ex facultate decreti huius Conc.ij, nihil est derogatum iurisd.m metropol.ni

Regie app.nes, redarguuntur Metrop.ni qui non servata forma huius decreti suis Suffraganeis inhibent, de modo aut a Metropolitanis servando in causis app.num vide infra fol. penult.

Possunt tamen Metrop.ni sibi app.nes admittere a sententijs Suffraganeorum servata forma Conc. Trid. in casibus ab eo exceptis vide sup. fol. 572.

Vel a diffinitiva vim habente, fuit resolutum quod quando fuit appellatum a diffinitivę vim habente cuius gravamen per app.nem a diffinitiva reparari nequeat et gravamen fuit iustificatum, tum Conc.m non disponere, ita causa principij remittenda sit Ord.rio sed remanere in dispositione Iuris Communis.

Ex cuius gravamen per app.nem ita iustificato coram Metropolitano gravamine illato ab Ord.rio per eius interlocutoriam causa remaneat coram Metropolitano vel revertatur cognoscenda coram Ord.o stante hoc decreto. Cong.o censuit quo ad causas ex iuris communis dispositione remittendas Metrop.no Conc.m Trid. nihil innovasse.

Et diffinitiva reparari nequeat, intelligendum etiam de gravamine

indebitę carcerationis et ord. tenetur huic app.ni differre et tenere processum transferri ad Iudicem app.nis, interim tn eo remanente in Carceribus donec Iudex App.nis causa cognita aliud iusserit.

An Constitutiones Conditę in Synodo Dioecesana Hispalen. debeant executioni demandari pendente Iuditio in Rota super earum nullitate, et pretensis attentatis.

Non videntur posse executioni demandari pred. Constitutiones quia regulariter nullitatis exceptio retardat executionem. l. si pretor §. Marcellus. ff. de iudic. l. contra maiores. C. de inoff. testam. lat. Ias. in l. 2. §. condemnatum. ff. de re iudic. et presertim quando nullitas pretenditur ratione ex defectu iurisd.nis et not. Ias. ubi supra nº. 20. 2do quia donec pendet Iuditium attentatorium non potest procedi in causa principali. Affl. Decis. 90. nº 3. suspendit enim causam tam petitorij quam possessorij. Cassad. Decis. 4. de dilat. 3o quia pendente app.ne nihil est innovandum. tot. tit. ff. ut lit. pend. c. non solum de appell. in 6. c. app.ne interposita eod. tit. 6. Dict. l. pr. C. de bon. poss. sec. tab. Cot. in suis memorial. vers. appelat.

Ita fuit resolutum in Congreg.ne die Iunij 27. Aprilis 1609

Metropolitanus. quando appellatur ad eum in causis concernentibus executionis decretorum Conc. Trid. a Cognitione earum abstinere debet.

Ad hęc causę matrimoniales et Criminales. Hoc decretum non repugnat quia Abbatibus habentibus iurisd.nem pleno iure spiritualem et temporalem causę matrimoniales et criminales remitti possunt et debent.

Cong.o censuit Concilium non sustulisse immemorialem consuetudinem, et ideo si Archipresbiter legitime illam probaverit, admittendus est ad exercendum

hanc iurisdictionem interea tñ dum illam probauerit Epus duntaxat hanc iurisdictionem exerceat.

Et quia in fine huius decreti est derogatio privilegiorum. dubitatur an hoc decretum intelligatur sustulisse etiam res iudicatas que innituntur privilegijs ante ipsum Conc.m obtinentes; Congreg.o censuit Affirmatiue Et sustulisse, quia sententia quando innititur privilegio non dat plus roboris privilegio quam de se habeat, sed solum imponit finem liti.

Criminales nisi essent in quasi poss.e Imm.li cui hoc Conc.m non derogauit Idem exigendo penas inobseruantibus dierum festorum.

Hec quasi possessio Imm.lis probanda erit coram eodem Epo, et interim Epus ipse solus iurisdictionem exerceat.

In Decani. s. Hoc de secularibus voluit Cong.o intelligendum non de regularib. Etiam si fuerint Decani Capitulorum et quorumque ap.ci sed per hoc non tollitur quin isti Decani possint citare subditos suos.

Hoc decretum non se extendit ad illos qui nullius Dioecesis sunt.

An hoc decretum se extendat ad Decanum, et Capitulum ab ordinaria iurisdict. exemptos, et quibus ex privilegio Ap.co et consuetud. et imm.li causarum et controuersiarum contra eos, et in ipsos, personasque ipsi subiectas ratione contractus vel seu etiam delicti emergentium cognitio competit. Cong.o censuit non se extendere, nec etiam ad eos qui hanc imm.lem consuetudinem habent.

An comprehendantur sub hoc Capito Abbates, Prepositi, seu Archipresbiteri nullius Dioecesis qui ord.ia iurisd.ne ab Imm.li tempore citra funguntur. Cong.o censuit non comprehendi eos qui nullius Dioecesis sunt.

Legitime constat de Imm.li quasi possess.e Archipresbiteri in cognoscendis et decidendis causis criminalibus suorum Clericorum decretum hoc non derogauit huic imm.li quasi poss.e Unde in ea Archipresbiter est conseruandus.

Sess: 24. de reform. cap. 20.

Hoc decretum non tollit si Archidiacono competerent oblationes annuę quę ex benedictionibus nubentium percipiuntur, huiusmodi iurisdictionis, dummodo ritus benedictionis relinquatur ijs quibus ex decreto Concilij sess: 24. cap. 1. de reform. matrim. comp.

Aut aliorum inferiorum inditio non comprehenduntur inferiores Prelati qui sunt nullius Dioecesis.

An facta per ipsos visitatores correctione et seruatis de iure seruandis possit cogi reus suam innocentiam ex eadem causa coram Episcopo denuo purgare, et an debite punitus ab eodem denuo puniri possit. Congregatio censuit non posse.

Etiam si in partibus inter Episcopum superius responsum est hoc decretum Concilij non sustulisse immemorialem consuetudinem et ideo si illi inferiores eam legitime probauerint tenendi sunt exercere huiusmodi iurisdictionem interea tamen dum illi eam consuetudinem immemorialem probauerint, Episcopi soli hanc iurisdictionem exercere debeant, cum pro Episcopo sit regula mens, uerba, et ratio Concilij, et legitime probatur quod per tres sententias probatum est.

Decani seu Archidiaconi etc. Hoc procedit in Decanis qui sunt in Dioecesibus Episcoporum, non in ijs qui nullius sunt Dioecesis ut uoluit Congregatio Decani Archipresbiteri et Abbates, qui sunt nullius Dioecesis non obstante hoc decreto causas hic prohibitas cognoscere possunt.

Quod Decani, et ceteri hic nominati non possunt cognoscere causas matrimoniales hoc etiam procedit dato quod essent exempti.

Teneantur acta omnia, que Iudex quo ad ipsum gratis exhibebit ut supra sess. 13. cap. 13.

Expensis suis transferre, cum contrariatur c. 3. sess. 13, nam ibi non loquitur de Notario, hic uero loquitur de eo.

Priuilegijs, nota Concilium duntaxat priuilegijs et consuetudinibus etiam derogare

derogare voluisse, nec illorum pretextu includatur Episcopus volens visitare corrigere, et emendare, et alioquin non videtur Concilium eandem facultatem Episcopo concessisse privative quo ad alios inferiores Ordinarios de quorum exclusione non constat.

Quod si privilegium sit prescriptione firmatum dic quod prescriptio non tollitur que ad confirmationem potest concurrere cum privilegio Dec. cons. 221. n.° 117. et ita aliquis exemptorum comprehendatur in hoc decreto vers. ad hec ne possit cognoscere causas criminales, sic Congregatio censuit comprehendi, quia exceptioni derogatur per derogationem privilegiorum, quo privilegio exemptionis sublato ille prepositus de quo agitur remanet Inferior Decano et Archidiacono et venit sub illis verbis aut aliorum inferiorum. sub die 4. 8bris 1572.

Quibuscunque Consuetudinibus si Consuetudo immemorialis sit, non videtur tolli, quia ubi Concilium voluit tollere expressit Sess. 22. cap. 7. Sess: 23. cap. 10. Sess. 25. cap. 22. de regul. Immemorialis enim Consuetudo non aufertur nisi exprimatur. Felin. in Rub. de prescript. n.° 10. cons. 409. n.° 10. post Anear. cons. 91. dubitabam tamen propter precedens verbum quibuscunque quod tamquam generale omnes casus includit etiam si maior ratio sit in uno quam in alio. L. fraudem. §. fin. et ibi Bal. in fin. C. de testam. c. sedes. et ibi Felin. n.° 4. declar. de rescrip. glo. in Clem. p.a vers. quamvis de re iud. Archid. in c. quicunque et ibi Gemin. de sent. in 6. Tiraq. de retract. §. p.° glo. 7. n.° 20. et talis dictio facit venire illa que sine propria significationem non venirent. Bald. in d. L. 3.a de re iud. et in c. imperialem de prohib. feud. alien. post Feder. de cons. Testat. Cur. Iun. cons. p.° et cons. 401. n.° 3. vide not. ad c. 15. Sess. 25. de regul.

· ut supra Sess: 22. cap. 7. Sess. 24. cap. 4.

Declaravit Sacra Congreg.º scribens Epo Burgen. Conc.m quod hec verba non sustulisse imm.em consuetudinem Archidiaconorum et Abbatum in causis criminalibus, et matrimonialibus cognoscendis, sed interim donec consuetudo huiusmodi probata sit hoc munus pertinere ad Epum

Per superiores quoscumque recipiantur, Etsi Archiepus non debet se ingerere in prima instantia causarum que agitantur coram eius suffraganeis ex Congreg.nis sententia.

Per hec verba videtur quod sint excepta benef.a quatuor reservata ut in lateranen. 3.º sub Leone x. sess. x. in Bulario Leonis fol. 650. tom. 4. Ibi dicitur etiam quod sub hac exceptione comprehenduntur cause maiores et sunt questiones fidei. 24. q. p.a c. quoties de baptis. c. maiores. Item depositiones et postulationes Prelatorum et causae similes enumerati per glos. et scriben. in cap. per translationem de off. deleg: Item declaratio iuris divini et Canonici c. multis. distinct. 17. Prepos. post dist. 16. sicut, et dist. 17. c. licuit refert et firmat Dec. in c. cum venissent vers. 2da Conclusio. de re iud. c. Item si agatur de interpretatione litterarum applicarum que concernunt validitatem ipsarum litterarum duntaxat idem Dec. in d. c. cum venissent n.º de re iud. cap. p.a et 2. de confirmat. utili vel inutil. cuius dicti rationem affert Anear. cons. 224. Item quia factum superioris Inferior non potest rescindere, et consequenter neque de iis cognoscere, sed effectum rescindendi d. c. cum venissent ubi enim super nullitate provisionis aliqua cognitio requiritur Papa est adeundus non autem ordinarius. Item omnes cause electionum Cathedralium et maiorum Ecclesiarum c. quamvis de elect. et etiam Ecclesiarum regularium, c. si postq. eod. tit.º in 6. per quas causas

Concilij decreto comprehensum esse, quare statuit formulas, ut tunc recipi possint, si non repugnat consuetudo Mon.rij Si puellae habeant in scriptis licentiam a Superiore Mon.rij si accedat consensus Abbatissae et monialium ibi residentium, si solae sine Ancillis ingrediantur, si servent clausuram, et reliquam vivendi rationem quam moniales ipsae servant, si semel inde exierint nunquam postea in idem Mon.rium redire possint, et in hanc formulam rescriptum est Archiepo Salernitano 12. octobris 1574. Alphonso bo. me. Card. Neap.o 20. Iulij Episcopo Cabalen. 2. februarij 1566. Card.li Urbinaten. 4. Kal. Aug.ti 1566. Archiepo Florentino 6. Kal. novembris 1565.

Petitio Comitissae Pegnorote, ut propter fluxum sanguinis possit a Marito separari, et cum tribus filiabus Puellis in Monasterio Monialium habitare, Reiecta est.

Nobiles et gradu superiores Matronae, quae sunt in Matrimonijs admissae omnes Ancillas emittere debent, nec possunt e Mon.rio exire nisi ad id amplius non rediturae, et dum in eo manent servare debent clausuram, et reliqua sicut ipsae Moniales.

De lite Comitissae S.ti Severini quae interea dum filius adolescat, vellet ingredi Mon.rium Neapoli, responsum est ut ingrediatur, nec inde exeat nisi cum amplius ingredi noluerit, et quamdiu ibi erit quo ad clausuram attinet observet regulam monialium

Non licet Epo licentiam dare Matri, Sororibus et Consanguineis Monasterium ingrediendi, visitandi causa filiam vel sorores quae gravi aliqua infirmitate detinentur et non sine mortis periculo, minus quando filiae, vel aliae professiones emittunt, vel habitus religionis suscipiunt.

Seculares omnes ab Ingressu Mon.rij Monialium prorsus prohibendi sunt et monialibus expresse percipi solet, ne in Mon.rium ullos seculares

admittant, deinde excommunicationis pena Secularis ipso facto incurrenda si aut fuerint in ea Moniale intrare denuncianda.
Causa evidentis utilitatis Monialium licentia concedenda est ab Ordinario Procuratoribus earum in Monasterium Ingredi; dummodo etas, et morum gravitas, eas sit que illos comendet.
Ordinarius non debet permittere mulieres, que inhoneste vixerint in Sacris Virginum Monasterijs permanere, ac presertim si conveniunt Monasterio illud huiusmodi feminas admittere, ut prefate Mulieres nullam a Superiore Monasterij in scriptis licentiam impetraverint, nec Abbatissa nec reliquae Moniales consenserint, neque post ingressum Monasterij clausuram servant, neque aliquid vivendi normam quam Moniales servant.
Si Monasterium Monialium nullam Ecclesiam exteriorem habeat concessum fuit ut Sacerdos in illud semel in mense ingrediatur ad celebrandum et ut Sacrosanctum Eucharistie Sacramentum Monialibus prebeat, et hoc non solum per sex menses futuros donec provideretur de Ecclesia exteriore.
Mulieribus est prohibitum non solum intra septa Monasterij Monialium Ingredi sed et Religiosorum per Bullam Pij V.ti que tamen declaratur ut non procedat in ingressu primi claustri ubi sunt aliquae Indulgentie concesse visitantibus ea, nam hac de causa mulieribus in illa ingredi permittitur.
Bulla illa supradicta Pij V.ti fuit declarata habere locum solum in clausura Monasteriorum Virorum non autem in locis contiguis.
Quandoque fuit ex gratia a Sede Apostolica concessum ut aliquae mulieres semel ingrediantur septa Monasterij Cartusientium cum licentia tamen Superiorum causa visitandi quandam Capellam.
Quo ad accessum ad colloquium cum Monialibus ad Crates servanda est consuetudo et in Monasterijs subiectis regularibus, ubi si nemo ex consuetudine possit accedere sine licentia Episcopi.

Nobilissimę Infanti Portugalię concessum fuit a Sede Ap.ca ingredi Mon.m S.tę Claræ quando et cum quibus Ancillis voluerit, modo non permaneat nisi cum una Ancilla.

Sine Ep.i vel Superioris licentia; Quo ad licentias ingrediendi loquitur est hoc decretum; Item licentia ingrediendi obtinenda est a regularibus quando monasteria ipsis Regularibus nō aut Ep.o sunt subiecta, Item facultas accipiendi et dimittendi famulos ad eos pariter spectare dicitur qui Monasterium habent.

Puellę quę intra Mon.m educationis cā detinebantur, si egressę sint non prohibentur quo minus recepti iterum possint ut fiant Moniales.

An cum aliquibus valde coniunctis, vel alijs precipuis personis quę necessitatibus monialium subveniunt possint moniales colloqui in loco deputato intra septa Mon.rij. Cong.o censuit nō posse quomodo cogi debent d.e Moniales ad prędicte servan; Conc. Trid. decretum, et Bullam Pij V.ti de clausura Monialium.

In scriptis obtenta Scriptura non est necessaria ijs qui Ep.um in Monasterij visitatione comitantur.

Dare aut tam Ep.is / nulla est licentia danda intreundi septa Mon.rij Monialium, nisi in casibus necessitatis, quorum aliqui explicati fuerunt in edicto Vicarij Urbis

Ep.us concedere debet licentiam ingrediendi in casibus necessarijs honestis mulieribus petentibus tamen quę curam habent de Monasterijs Conventitas.

Laudandus est Ep.us qui Confessarium Monasterij Moniali fecit Rotam et fenestras quę in Cubiculo ipsius Confessarij sunt.

Tolluntur Cubilia quę sunt intra Clausuram Monasterij ex decreto Conc. Trid.ni et alibi colocentur.

Regulares adeuntes Monasteria Monialium sine licentia Episcopi

incidunt in pena excomunicationis quam Epus edicto proposuit, ut censuit Cong.ⁿ 9. Aprilis 1577.
Nisi regulares illi haberent ex privilegio, quod non possent excomunicari, et tunc deberent puniri a suis superioribus alia pena, quia regulares sic excomunicati non possunt absolvi a suis superioribus.
Sed ab Episcopo qui sibi hanc absolutionem reservavit
Facultat. vel Indulti Bullarũ. Inhibentes cuiuscumq. sint status aut conditionis pretexta confessionalium aut aliarũ literarũ Aplicarũ ingredientes domos et Monria Cartusienũ et aliorũ regularium ordinum, et Mendicantum excommunicationem ipso facto incurrunt cuius absolutio Rom. Pontifici reservatur excepto mortis articulo Pius V. in sua Constitut. edita die 23. 8bris 1566.
Navar. in manua. c. 27. n.º 150. notat Pium V. declarasse mentem suam fuisse includendi in hac constitutione sine ulla licentia ingredientes et idem dicit de Gregorij 13 Bulla incip. ubi gratię publicata 24. Iunij 1573. et quod ita seruat penitentiaria.
Moniales subiectę potestati regularium exemptorũ, si sine licentia Ordinarij a Monasterijs egressę fuerint per censuras Ecc.ᵃˢ et alia iuris remedia ab eodem Ord.ʳⁱᵒ puniri possunt non obstantibus quibuscumq. privilegijs.
Extra mœnia Urbis vel oppidi possunt ordinarij tamq. Sedis Aplicę delegati iuxta hoc decretum ex Monasteria Monialium intra Urbes transferre quę extra mœnia sunt Urbis vel oppidi etiam quod ea sint exempta et immed.ᵗᵉ Sedi Aplicę subiecta.
Petente Card.ˡᵉ Vercellen.ᵒ ut Monrium unum possit ad aliud transferri, scribat.ʳ ut illud transferat, una cum tota dote, et nihil ex illa applicet Seminario, sed illud iuvat pro viribus facultatum.

Malorum hominum prede Moniales que habent Monasterii exposita incursionibus Piratarum et hominum nequam in Mon.rio Urbano extra eandem Urbem collocari debent, non sunt tamen in plura Urbana Monria distribuende, dum proprium edificatur, quia hoc cum decretis Concilij Trid. non convenit.

Non habet locum hoc decretum in illis Monrijs que longe distant ab Urbibus et oppidis, sed frequentissimis pagis circumcirca custodiuntur.

Ad nova vel antiqua Monria translatio Monrij Monialium cui imminet scandalum, est facienda ad aliud eiusdem ordinis Monrium, nec redditus Monrij translati sunt Seminario applicandi, sed uniendi sunt Monrio in quod fuit translatum, et quod non possit aliunde Seminario provideri.

Translatio Monialium de uno Monrio ad aliud eiusdem ordinis est facienda propter suspicionem Aeris pestilentis

Monache collegij Nolani propter pestilentem quendam aque defluxum ex vicino monte petunt transitum ad aliud Monrium sub eadem regula, Congregatio censuit quod scribatur Epo Nolano, ut si ita est benigne concedat.

Quando restaurantur Monria, si hoc expedire probatur fuit permissum, ut Novitie Moniales ad aliud transferantur donec perficiatur opus.

Reducantur plura Monasteriorum Monialium est facienda cum legitima causa accedente ad id Pape auctoritate

Que sint iuste cause concedendi licentiam Moniali exeundi de Mon.rio vide in tract. de pauper. c. Statuimus. n.o 47. et seq.

Clausuram sanctimonialium 1. die 20. Aprilis 1594. Cong.o censuit Epum non posse impediri a regularibus quominus impediatur septa

Monasterij ipsis regularibus subiecti ad effectum videndi si clausura servata fuerit vel ne

Et die 19 Iunij 1597. Censuit licentias ingrediendi intra septa Monasteriorum Monialium Regularibus subiectarum ex vera tamen necessitate concedendas spectare duntaxat ad ipsos Superiores Regulares.

Et die 17 Iulij eiusdem anni censuit Episcopum Moniales Regularibus subiectas in ijs quae clausuram concernunt toties visitare quoties sibi videbitur expedire

Et eadem die censuit facultatem concedendi licentiam accedendi ad colloquium cum Monialibus regularibus subiectis spectare ad ipsos Superiores Regulares nisi ea consuetudo legitimo praescripta et huiusmodi licentiae quoad Moniales Regularibus subiectas ab Episcopo tantum, vel ab Episcopo et Superiori Regulari coniunctim obtineretur, tunc enim consuetudinem esse observandam.

In electione quorumcumque / Cong.° censuit electionem esse nullam qn aliqui ex electoribus unam schedam recipiunt unico nomine scriptam, et nomen electi notum scribae, vel alteri reponunt in capsula similiter quia accipiunt de manu scribae duas schedulas et unam quam voluerint reponunt alteram scindunt, quia Scriba potuit revelare talem qui habuit duas, monendus est sic electus non legitime electum fuisse, et si fuisset conscius fraudis esse puniendum, et admonendum ut petat a S.mo Confirmationem.

Etiam Abbatissarum / In electione Abbatissarum de qua hic Epus per se cum suo Vic.° vel secret.° vel alio ab ipso assumpto vota singularum monialium oretenus expressa audiri

In electione Abbatissarum, vota oretenus accipi possunt a Superioribus cum duobus testibus.

Per vota secreta intelliguntur esse etiam quod aliqui Superiores quatuor aut quinque ea sciant, si hoc est iuxta formam Statutorum religionis. c. quia propter de elect. et hoc procedit dumodo vota non sint conditionalia, vel incerta Lap. alleg. 6. post. et alleg. 50. n.° 10. et cap. 2. de elect. in 6.

Procures legitime constitut. cum gnali mand.° ad eligendum ab iis qui legitime impediti sunt excluduntur, dumodo non habeant speciale mandatum, de eligenda certa persona, quia votum tunc non esset secretum iuxta hoc decretum

Ubi sunt tres tantum vocales, quarum unus non potest eligi indiscretum et per consequens necesse est, ut alterum duorum qui remanent det alteri vocem suam, et ita electio discreti quae cum sit contra huius decreti formam, Cong.° censuit posse, si ita statutis religionis permittitur

Si electi fuerint a Superioribus aliqui, ut puta quatuor qui vota omnium recipiant electio reputabitur secreta et canonica. c. quia propter. de elect.

Electio Abbatissae facta per vota non secreta per ignorantiam huius decreti non valet, nec Epus potest dispensare ut valeat, S.S. tamen dispensat consideratis circunstantiis.

Nomina nunquam proferentur / Ita strictum hoc decretum est intelligendum quod si post electionem factam in Bullis confirmationis seu patentibus exprimerent nomina eligentium, electio esset nulla.

Aut alios quoscumque titulares, id est omnes titulares quamvis pro tempore ad effectum electionis faciendae constituti non sint, prohibiti sint ferre suffragium in electione superiorum, tamen ij qui titulares perpetui sunt habentes veros titulos suis ecclesijs a quarum possessione in excluduntur, ut sunt Priores Angliae, Ungariae, et similes.

Contra huius decreti constitutionem et hoc decretum non prohibentur Generales aut superiores ordinum qui possint ipsi in discordia electionum Priorum et Abbatum, et his similium aliquos fratres extra monasterium ubi electio celebranda est degentes nominare, ut ex illis aliquis eligatur.

Aut alios quoscumque titulares, etc. Die 29. Maij 1602 Congregatio censuit omnes titulares quamvis pro tempore ad effectum electionis constituti non sint prohibitos esse ex hoc decreto ferre suffragia in electione superiorum, non tamen qui titulares perpetui sunt habentes veros titulos suarum ecclesiarum a quarum possessione excluduntur ut sunt Priores Angliae, Ungariae etc.

Suffragia absentium supplere etc. Die 29 Maij 1601 Congregatio censuit ex hoc decreto non esse prohibitum superioribus ordinum quibus id ex regula conceditur, ut aliquem fratrem idoneum sui loco delegent, seu mittant ad capitula generalis celebrationem, et suo nomine electionem faciat, id est ex institutis et decretis religionis suae liceat superioribus absentibus, et legitime impeditis mittere alium ad capitulum generale qui suo loco et nomine in electione suffragium ferant.

... Eligatur a duplo maiori parte monialium que 17. annum excedant et sint expresse vel tacite professe habita ratione numeri ad numerum non zeli ad zelum, vel meriti ad meritum: c. indemnitatibus de elect. in 6.

Sed his qualitatibus non reperiatur / quando in mon.rio non sunt moniales que habeant qualitates requisitas a Conc.o ut in Abbatissas eligi possunt moniales aliorum monasteriorum.

Ep.o alio eiusdem ordinis, ut egredi possit mon.ie necessaria est licentia Papae quia obstat Bulla Pij 5ti. sup. monialium clausuram edita,

Annum 30. excesserint / Abbatissa 30 annorum que per quinque annos solos sit professa eligi non pot. in mon.rio et aliqua monialis 40. annorum et que cum sit octo annos sit professa in aliquo mon.rio eiusdem ord.is vicinio istius qualitatis inveniatur.

Abbatissa licet per quinquennium non permanserit in Religione dummodo excedat 30. annos, et id fiat ad requisitionem maioris monialium de licentia 2.dae dignitatis ecclesiae Cathed.lis et cap. superioris regularis, et dumodo laudabiliter anno superiore se gesserit debet confirmari per biennium in offitio, quod si ad confirmationem d. Abbatisse deesset consensus superiorum regularium propter eorum absentiam servatis ijs que hoc capitulo prescribuntur ad dictam confirmationem procedendum est.

Duo vel plures / Cong.o censuit procedere in mon.ijs Canonicorum et etiam procedere ubi Consuetudo immlis est in contrarium quia talis irrationabilis.

Ep.us benedicere debet Abbatissam que intra annum a die quo ad illud monasterium fuit electa petijt ab Ep.o benedici ut solitum illis Abbatissis benedici

Ep.us benedicit Abbatissam et consecrat moniales exemptas, et compellit si procrastinantur.

Ep.us sive alius superior / hic actus recipiendi vota in electione Abbatisse delegari pot.

Non Ingrediatur

Non ingrediatur / Consecratio et benedictio Monialium fieri debet in ecclesia exteriori adhibitis ijs monialibus tm̃ quae erunt necessariae.

Non modo in casu electionis, sed etiam ubi a Virginibus facienda est professio in clausura monialium facta sit examinandae sunt ab ord.rio extra Monasterium ad Cancellos seu Crates ipsarum monialium, et clausura facta ord.rius abstinere debet ab ingressu Monrij cap. 17.

Vota singularum audiat Superior, qui electioni Abbatissarum praeest post, una cum Vicario suo vel Secretario, vel alio ab ipso assumpto vota a singularum monialium oretenus expressa audire.

Sess. 25. de regul. cap. 9.

Regulares Visitatores / Sed Epus sit in quasi possessione visitandi Moniales aliquas, potest in possessionem ipsam perseverare solum, tn manet Ius ipsis monialibus in petit.o ut censuit Cong.o

Ac se in Congregationes redigere / dubitatur quis numerus requiratur ad legitime conuocandum; Cong.o censuit quod maior pars requiratur ad congregan. quia Vniuersitas in duabus partibus.

Rursus ex Sentia Congregationis possunt legitime congregati requirere et monere non aut compellere quecumque Monasterios Prouinciae.

De Monasterijs vero extra Prouinciam / Si ibi ea non sit sufficiens numerus Monachorum idem censuit Cong.o

Vltimo si sint infra limites / Censuit posse deliberare et definire quecumque negotia videbuntur, quia potestas est penes Congregationem

Liceat Metropolitano / An conuocare Monasteria ad Congregationem faciendam de qua hoc cap.o spectat ad Prelatos tm, An vero ipsis renunciantibus ad ipsos Capitulares, Ita ut dispositio Concilij non intret nisi data utrorumque negligentia: Cong.o censuit negatiue, quia procedit in Secularibus, in regularibus vero potestas Congregandi spectat ad caput, quia mortui sunt mundo, et Conc.m hic vult ut Metropolitanus siue Epus in cuius dioecesi sunt tamquam Sedis Aplicae delegatus eos conuocare &.

Vel aliis quomodocunq. / Sensus huius capitis est quod Moniales monialium quae sunt immunia privilegio vel Indulto Ap.lico sub iurisd.ne sunt Ord.rii in ijs rebus duntaxat quae pertinent ad rationem rerum spiritalium in Reliquis vero nō posse se intromittere ut censuit Sacra Cong.o

Ab Epis. / Moniales in spiritualibus gubernandae sunt ab Epis.

Gubernentur spiritual. gubernatio. non aut temporali.

Per hoc decretum nulla iurisd. concessa est Epis in Mon.bus Sedi Ap.licae immediate subiectis nisi ea concernentibus spiritualia, in temporalibus enim nihil agere potuere

Magistratus seculares non debent regere Monia. Monialium quae sunt immunia privilegio vel Indulto Ap.lico sed sunt sub Iurisdictione Ord.rij in ijs duntaxat rebus, quae ad rerum spiritualium pertinent rationem, in reliquis vero non possunt se intromittere Ita censuit Sacra Congreg.o

Epus non habet Iurisdictionem in Moniales quae Privilegio vel Indulto Papae sunt immunes, nisi in ijs quae ad clausuram, et spiritualium rerum curam pertinent,

Epus qui est in quasi possessione visitandi Moniales aliquas potest in predicta possessione perseverare, salvum tamen manet hus dd. Monialibus in petitorio

Epus Visitans Monasteria tamq. Abbas, non tamq. Epus non acquirit Epo possessionem visitandi.

Vel alijs regularib. reguntur / Ex Senta Cong.nis Conc. nullam auctam vel Iurisd.em possunt sibi Ord.rij vendicare ex decreto Conc. Trid. in Confessarijs Monialium, quae subiectae sunt Regularibus.

Preter Ordinarium confessorem s. Confessores huius, ei Monasterij Monialium que degunt sub cura regularium, non sunt examinandi ab Epo sed a Superiore ordinis, vide bullam Pij V. in favorem Predicantium editam.

Alius extraord.s [illegible] alios Confessores regulares et extraord.rios datos monialibus ex hoc decreto, Epi nullam Iurisd.em habent.

Ex facultate tamen huius decreti Epus potest dare confessorem Moniali subiecte regularibus, que nulla ratione induci potest ut suis regularibus peccata confiteatur.

Ab Epo s. quem Confessarium poterit Epus dare Mon.ijs extraord. subiectis, et quem malluerit regularem etiam alterius ordinis et etiam Sacerdotem Secularem.

Quo omnium Confessiones audire debeat, est in arbitrio Epi cuiuscunq: monialis s. extraord.rio voluerit confiteri.

Sanctissimum Christi Corpus s. Eucharistia non in Choro monialium servetur, sed in lectia [illegible], non obstante quacunq consuetudine contraria.

In Monasterijs & S. D. N. Pius V. dicit quicquid Conc.m videatur dispositum in hoc decreto excipiendo eas Eccl.ias in quibus regulares habent spiritualem et temporalem Iurisd.em velle ut in omnibus Eccl.ijs parochialib. in quibus Cura animar. et Laicorum exercetur, habeant Ord.ij facultatem eas Ecc.as et personas in eis dictam curam exercentes visitandi et corrigendi, in his duntaxat quae ad dictam curam et Sacramentor. Administrationem pertinent et ab hoc decreto nullus censeatur exemptus.

Quibus imminet cura animar. non intelligitur hoc decretum privilegijs derogare; nisi ijs tantum, quae curam et actualem Sacramentor. Administr.em concernunt.

Iurisdictioni, visitationi, et correctioni & Epus habet Ius visitandi Parochiam sitam in Dioeces. in ijs quae spectant ad curam animar. Et d.a Parochia sit sub Cura Canonicor. regularium, Vicariumq. ex ipsis Can.cis regularibus ab eorum superioribus nominatum, et previo examine per Epum ipsum, vel eius Vicarium generalem idoneum ad exercend. curam animar. inventum et approbatum ad nutum tn̄ eius superioris amovibilem deputare debet quibuscunq. &

Loquitur Hieron.m quat. beneficia curata non obtinent ab Ord.ijs visitari non possunt, Vide Bullam Pij V. incip: Pastoralis officij 22. septembris 1571.

Ad nutum amovibiles deputentur & An in omnibus Monrijs tam illis quibus a primeva eorum institutione animar. cura imminet quibus postea annexa sunt possint ab Ord.ijs perpetui Vicarij deputari: Congreg.o censuit neque perpetuos, neque temporarios Vicarios posse ab Ord.ijs in huius Monrijs poni, sed tn̄ a superioribus eor. previo tamen examine ipsor. Ord.orum iuxta prescriptum huius decreti.

Deputentur perpetuis sepultis, An Parochia toletana in Monrium erecta et unita eorum Collegio possit a deputatis ab ipsis gubernari dummodo sit approbatus ab Ord.rio, sacra Cong.o censuit posse, sicut etiam Monachi possint, & ad id approbarentur, Vide Conc. Coloniens provinciale par. 4. cap: 101. tom: 4.

An previo examine / Etiam si essent in possess.e imm.li aliter faciendi, et hoc decretum habet locum etiam in Capitis Ecclesiar. in quibus exercetur cura animar. licet sint in possess.e pred. deputandi Capellanos amovibiles aut per se ipsos curam animar. exercere absq. examine.

Per eum aut eius Vicarium faciendo / Nominatio sive electio spectat ad Rectorem, sive Abbatem, approbatio vero ad Epum de cuius consensu Vicarius amovibilis est deputandus.

Generalis aut Capita ordinum / In monasterio in quo Generalis alicuius Religionis regularium sedem ordinariam potestatem habet, licet personae seculares sint in eodem monasterio curam animar. exercentes quantum ad ipsam curam sacramentorum administrandorum spectet nonnulli visitationi seu Iurisd.ni Epi Ord.ij Dioecesis in qua monasterium est sunt subiectae.

Epus nullam Iurisd.em habet etiam in seculares sacerdotes curam animar. exercentes in ijs monasterijs in quibus Generales eor. sedem habent ordinariam.

Ord.rius non habet Ius visitandi capita ordinum, licet annexam habeant curam animar., nec membra proxima Capiti.

Atq. alijs monasterijs seu domibus / Habet locum hoc decretum etiam in ecclesijs secularibus illius oppidi seu loci, in quo Abbates, et alij Regularium superiores eandem Iurisd.em habent.

Parochiales Ecclesiae unitae monasterijs quae sunt capita ordinum, sed sunt extra monasteria ab Ord.rijs visitari possunt per c. 7. sess. 7.

Iurisd.em spiritualem et temporalem Eccl.e in quibus Abbates hnt Iurisd.em spiritualem ab ordinarijs visitari non possunt, Abbates hanc Iurisd.em non habent, Ord.rij visitare possunt personas ibi curam animar. exercentes.

Item etiam visitare possunt omnes parochiales quas ipsi Abbates possident.

Parochiales monasterij, quae habent Iurisd.em unitam, Ord.rij visitare possunt, et personas tn quae curam animar. exercent in eis quo ad ea quae ad curam animar. pertinent, in his quoq. parochijs possunt deputari a superioribus Religionis, ad nutum ipsorum amovibiles, dummodo approbati sint ab ordinarijs.

Nec ibi aliquid est ad nutum supra sess. 7. c. 7. dicit esse perpetuos / Hic dicit esse ad nutum amovibiles, ut ostendat quod hanc dictionem esse que est impli catiua non . . . . Conc.m a Vicario perpetuo uel amouibili.

Deputentur / circa hanc deputationem Vicariorum in beneficijs curatis unitis Mon.rijs fuerunt edite due bulle per S. D. N. que inuicem in aliquibus differunt in aliquibus conueniunt, In prima non requirebatur consensus, nec approbatio est tam in deputatione Regularium, quam secularium Vicariorum. In 2.a quo ad regulares tantum, quoniam de secularibus ibi non fit mentio requiritur approbatio Epi. Item in p.a poterat per regulares deputari Vicarius uel Capellanus esse secularis. In 2.a nihil de secularibus. remanet ergo ut quo ad deputationem Vicariorum secularium Concilium sit correctum per primam bullam in eo, quod hic requiritur quod tale, sed sufficit approbatio superiorum Regularium, Item corrigitur hic textus per 2.am bullam in eo, quod hic nemo poterat deputari nisi de consensu et approbatione Epi ibi sufficit quod approbetur previo examine.

Item declaratur hic textus per bullas p.as in eo quod dicit ad nutum amouibilem, ut intelligitur tam in regularibus quam in secularibus Vicarijs deputatis quod sint amouibiles ad nutum superiorum regularium.

Item adde huic textui ex bulla 2.a quod si talis Vicarius deputatus sit monachus, habitent cum eo alij quatuor Monachi, Item adde quod ipsimet regulares ad eum admitti possunt in bulla ad exequendum Kal. nouembris anno 2.o 1567. Sed Bulle Pij V.i fuerunt post modum per Gregorium 13.m reducte ad ius comune, et ad Conc.m ut in bulla de mense Martij 1573. Ideo &.

Excepto Monio Cluniacensi / De Cluniacensibus, et eorum priuilegijs uide Oldr. cons. 204.

Aut capita ordinum / et quod non licet in capite, non licet in Membris capiti proximis, ut de Monast.o Montis Oliueti Aretin.

Iurisdictionem / iuxta doctr. Abb. in c. . de uit. et honest. Cler. priuatiue ad Epos, dicit supra in c. x. sess. 24 uel de pleno iure

quod importat priuatiue quo ad alios Abb. in c. querelam n.° 4. de elect. et ratio hec que militat in capite debeat eo militare in membris quæ sunt dependentia a capite per se substantia, cuius utriusq. unus et idem erit Rector, ut not. glos. in c. eodem uers. pienelat de etat. et qualit. quam dixit singularem Abb. in c. cum electa n.° 9. de elect. et in c. de Monachis n.° 26. de preben. Felin. in c. cum uenerabilis n.° 37. uers. demum de except. Lambert. de Iur. patr. in 9.ª princip. par. p.ª lib. p.° n.° 6. fol. 39. Et ad materiam uide Cap. alleg. 67. n.° 6. uers. sed nunquid et ita censuit Congreg.° in una Palentina die p.ª Aprilis 1574. dixi in c. 7. Sess. 5.ª

Abbates, Generales, aut Capita ordinum [die 9. Maij 1592. in una Caurien. Congreg.° censuit dicta uerba Abbates Generales, esse coniunctim intelligenda, ita ut exceptio loquatur de Abbatib., qui jidem sint Generales. Subsint immediate] Cong.° in una Cireien. censuit Iurisd.em tributam esse ex hoc decreto in personas exercentes curam animarum et administrationem Sacramentor. in Monrijs Regularium quib. incumbit cura animarum competere etiam Preposito Iurisd.em quam Epates habent. Item eam Iurisd.em esse Cumulatiuam cum ea que competit Superioribus Regularium, ceterum si Prepositi decreta hac in re a Superioribus Regularium decretis discrepent, preualere utq. et obseruanda esse decreta Prepositi.

Censure et interdicta / Quid veniant censuræ Apl.ne vide Abb. in c. querenti de verb. signif.

Interdicta non solum generalia sed etiam particularia unius hominis Reg.res publicare et servare debent.

Mandante Epo / Sub hoc decreto non comprehenduntur qui sunt nullius diocesis.

A regularibus in eorum ecclesijs publicentur / Improbatur vero omnino cons bullam in Cena Dni, quod non possint publicare monitories sine bullas sine expressa licentia ordinarij.

Serventur / Per hoc videntur revocata privilegia regularium qui in eorum ecclesijs relaxare poterant interdicta de quibus privilegijs refert. d. Ant. de interdict. c. 5. 9. tom. 3. fol. 209. Silvestr. vers. interdictum. n.o 2. et licet in hoc textu non revocentur privilegia, tn in c. fin. in hac eadem sess. de regular. sit generalis revocatio quo ad omnia hic prestita, et quod revocatio huiusmodi tollat omnia privilegia haret. concessa apparet, ex c. ultra mater. § fin. de sent. excom. in 6. quam fuit resolutum omnia privilegia excepta moderatione d. c. alma mater etiam fuisse revocata per hunc tex. iuncto c. fin. infra eo tit. et c. Episcopor. de privil. in 6. ita censuit Cong.o nonis octobris 1573.

Dies festi / Dies festi, quos Clerus, et Populus ex more, et ex instituto alicuius Ecclię observant regulares, et ex istorum ritu tales dies festos observent, ad id tn cogendi non sunt ti ex observatione dd. dierum ritus ipsorum in suis officijs observandis intactus remaneat.

Serventur / eorum Regularium ritu permanente illis diebus quo ad lectiones Epistolas Evangelia et similia, in sacris vero lectionibus et Concionibus servari debent ab illis illa Evangelia et Epistole, quibus Clerus secularis utitur pro more et instituto illius Ecclię.

Extant Perusij quamplurima Collegia quæ artes vocantur, et inter cetera reperiuntur Collegia Macellariorum, Aromatariorum, Pistariorum et ista tria Collegia, per plures annos vendi dexes plus offerenti facultates

uendendi diebus festiuis, et sic ille solus qui plus offerebat uendebat, nempe unus pro quolibet exercitio, seu Collegio et illud pretium semper converterunt in Luminaria, et hoc habent ex antiquissima consuetudine, Num tractetur de uendendo merces diebus festis, et sic de non sanctificando dies festos, quesitum fuit, An sapiat aliquid peccati, uel tolerari possit; Congregatio censuit tollerari posse, cum talis consuetudo non sit nutritiua peccati; sed inducta ppr necessitatem, atq. ideo excusantur, et ita comuniter tenent Summistę.

Controversias omnes | controversias pendentes dirimere Epus hodie post finitas aut innovare non potest ex Bulla Pij V. in favorem Regularium edita. Vide super eodem cap. declar. es in 1° Decision signato C. H.

De precedentia | negligente Epo. aut ex causa recusante iudicare in aliqua causa Sedes Apostolica in ea iudicat.

An Antianitas Monialium a tempore ingressus et suscepti habitus regularis An vero emissae professionis computari debeat. Cong. censuit attendendum esse tempus professionis.

Tam seculares, quam Regulares | Nullae immunitati religioni Hierosolimitanae concessae obstante, quominus eius Sacerdotes inservientes Ecclesijs vocari debeant ad processiones, ac nisi accedant eo compelli.

Ob ex consuetud. cum c. Statuimus. de maior. et obed. Canonici, diaconi et Subdiaconi antiquiores praeferuntur presbiteris minoribus, non post ord. autoritate huius decreti immutare.

Decretum hoc, in quo decernitur omnes tam Clericos seculares quam regulares et monachos ad publicas processiones vocatos accedere debere non habet locum in ijs qui perpetuo in strictiori clausura vivunt, ex quibus sunt Canonici Regulares Cong. S. Crucis Conimbricen. Carthusien. et Camaldulen.

In Processionibus publicis, ad Epum pertinent, cum Capituli consensu decernere atque edicere quo et qua processiones dirigi, quasve ad Ecclesias nominatim perduci debeant.

Regulares qui non accedunt ad processiones ab Epo indictas ab eo puniri possunt per cens. et penas arbitr. et alia iuris remedia.

Ord. potest percipere Regularibus in sua dioec. commorantibus ut eant ad processiones publicas, ut puta in festo Corporis Christi et Litanijs. In Iubileis publicis faciendos in Plebibus in quibus sunt Monia dummodo Processiones sint eius generis, quod Bulla S. H. Mendicantibus concessa comprehendit et dummodo Regulares non sint ex illis Conventibus Collegia nuncupatis, que in ead. Bulla excipiuntur. Incip. Et si mendicantium publicata ... Kal. Iunij

1567. sed hec bulla forsan est reuocata per Greg.^m 13. Excipit ex d. Bulla Pij 5. illos Conuentus et in quib. fratres sub arctiori clausura degunt, et ita ut nec in Choro cantant, nec ad mortuos accedant sed tm studijs et lectionib. uacant.

In Conc.° Lateranen. 3. sess. 11. tom. 4. fol. 609. col. 2. statutum est ut Religiosi ab ipsis Epis ad solemnes processiones pro tempore faciendas requisiti dummodo eorum suburbana ultra unum Miliare a Ciuitatibus respue non sint remota accedere teneantur. Et quando ad id teneantur de cure comuni, et quid de exemptis uide p. Henric. Boic. de Sinod. Epis. tom. 2. par. 2. n.° 12. fol. 317.

Epus amota omni app.^ne intellige ad effectum suspensiuum sed cum peruenerit sentia Epi bene appellari poterit ad effectum deuolutiuum ex Congregationis sentias.

Componat breui manu sumarie et de plano, ac sine strepitu et figura Iudicij expediat.

Appellatio in causa precedentie, non suspendit sententiam sed tantumodo deuolutionis uim habet.

Exempti autem omnes Clerici seruientes Militie Hieros.^ne ad processiones publicas ire debent.

Exemptis in processionib. locus assignandus est, quem habere solent.

Non comprehenduntur qui sunt nullius Diocesis, neq. Laicorum Confrat.^u quas tm Epus pot. tm uisitare, non tm compellere.

Pro publicas processiones uocat, ac tenentur ad omnes et quascunq. processiones publicas et consuetas uel Indictas pro bono pub.° uel honore, non tamen compellendi sunt ipsi Regulares exempti, de quibus loquimur accedere ad ecclesias extra propria Monia pro celebratione orationis 40. horarum sed Cong.^ni probatur illos, qn toto populo oratio indicitur in proprijs Ecclesijs simul assistere.

Accedere compellantur etsi sint sacerdotes Hieros.^m

Sacerdotes inservientes Ecclesijs Religionis Equitum Hierosolimitanorum compelli possunt ab Ordinario ut ad processiones publicas accedant.

Die 21 Martij 1591 Congregatio Concilij censuit posse Episcopum compellere Regulares ad publicas processiones accedere recusantes facultate sibi hoc decreto concessa cogendi, et controversias precedentiae, amota omni appellatione componere ad formam eiusdem decreti, observata tamen quoad Regulares Constitutione Gregorij 13. hac de re edita.

Die 9 Maij 1591 in una Cenomanen. Congregatio censuit si Monachi vel Regulares vere ultra mediam milliare a Civitatibus distent non esse usque compellendos ab Episcopo ad processiones accedere non obstante hoc decreto.

Et die 19 Martij 1597. Censuit Sacerdotes nullum officium vel beneficium Ecclesiasticum in Civitate vel Diocesi obtinentes non esse ab Episcopo compellendos ad ullas processiones accedere.

Et die 21 Martij 1602. Censuit Clericos seculares alicuius Ecclesiae in fundatione illius exemptos a iurisdictione Ordinarij intra cuius Diocesim existunt, non posse ab eodem Ordinario compelli accedere ad publicas processiones ex hoc decreto, nec ex cap. 22. infra eadem sess. 25. de regul.

A suo Superiore / Declaratio huius decreti extenditur ad et Inquisitores ut non possint contrahere Reg.^res absq. Superior. Consensu.

Severe puniant / In posterum nemo regularium eyciatur a Monasterio et si sit incorrigibilis, sed peccantes a Superioribus ignominia et severe castigentur, et acrius et si opus fuerit pro modo delictor. puniant.

Intimetur per Cursorem, ut nullus officialis Camerę Penitentiarię, contradictarum Cancellarię et cuiusvis tribunalis sub pena privationis officior. audeat ponere manum in supp.^ne regularium virorum vel mulierum et cum eis iustificationis nisi sit a Protectore subscripta.

An Regulares degentes de licentia suor. Superior. in domo ad erectionem Monrij destinata comprehendantur sub dispone Concilij huius, et sess. 3 cap. 6. adeo ut ab Epo si delinquerint puniri et corrigi possunt, Cong.^o censuit comprehendi si in ea domo vigeat regularis observantia vide cap. sess. 7.

An Regulares possint civiliter coram Epo a Creditoribus suis vel coram Conservatoribus conveniri? fuit responsum quod si non sint sub regulari observantia possunt c. cognovimus cum ibi not. 10. q. 2. si vero sunt sub regulari observantia non possunt conveniri coram Epo, quia habent proprie Superiorem, et nihil habent comune cum eis Epi propter exemptionem Silvest. vers. exemptio. n.^o 10. sed coram Conservatoribus in casibus sibi permissis ut supra sess. 14. cap. 5. possunt conveniri, et ita censuit Cong.^o die 9. Iulij 1563. sed Abb. in cap. quanto n.^o 4. et 5. de offic. ord. concludit quod possunt conveniri coram Epo ff c. volentes de privil. in 6. qd nota et vide ibi multa, et supra sess. 7. c. 14. ubi not.

Et extra ea ita notorie deliquerit / Quando ergo claustralis Regularis delinquit notorie? dubitatum fuit, An detinendus

sit in carceribus Epi, donec processus in causa Epatis conficiatur, ergo com-
pilato instante superiore remittendus sit, una cum processu puniendus,
vel potius non expectata compilatione processus statim remittendus sit
ad superiorem una cum probationibus quae habentur; Congr. respondit ita fa-
ciendum esse, etiam quando superior nullam instantiam faceret.

14 die Februarij 1601. Congr. censuit Canonicum regularem qui de con-
sensu et mand. suor. superiorum Regularium aliquibus parochialibus
Ecclesijs suis Monasterijs unitis inserviunt, si delictum curam animarum
aut Sacramentorum administrationem non concernens commiserit, non posse
ab Epo puniri, sed a suis superioribus tantum.

Professio non fiat 16. annum / An non professus expresse post annu[m] cen-
seatur tacite professus, et tacita professio per hoc cap.m sit sublata:
Cong.o censuit quod in nulla cessit adhibit, que eis requirit ad
faciendam et inducendam tacitam professionem hanc non esse exclusam
ut per d.m decretum servato tamen tempore isti professioni.

In quacumque Religione / Hoc decretum, et s. c. quicunque regularis non com-
prehendunt Ordines regulares militares, ut etiam Rota decidit in
una Tirasonen. pensionis coram S. Seraphino xxi. Junij 1570. que
est impressa diversa decis. 591. par. p.a

Professio tacita servato tempore huius decreti non est exclusa, nec
fuit subrogata per hoc decretum sed remanet in dispositione iuris
comunis sicut ante.

Moniales que eius ordinis sunt qui requirit professionem si tacitam profes-
sionem emittunt, etsi palam et expresse id factum fuit cogende
tamen sunt ut profiteantur.

Singula Monia liberum habent taciti vel expresse profiteri 16. annum
completum, nec valet quod Moniales vel regulares fuissent de-
cepti circa etatem admitti ad professionem.

Sed quid si ex Instituto eius Regule professio non fiat ante 18.
annum completum ut sunt fratres S.ti Francisci de Paula,
An sit eius professio nulla si eam emiserint post tempus
Concilij sed ante tempus in eius Regula statutum, et quia
ex verbis regule non annullatur talis actus professionis sed
tamen imponitur penam superiori si eam receperint, et eget
confirmatione superioris. Censuit sacra Cong.o professionem tenere
arg. c. ad Apostolicam de regul. Contra videtur esse cois opinio
in c. quia in Insulis de reg ubi Stoken, quem sequuntur ceteri
DD. et s.a cap. illud non habent decretum irritans nihil.s dicit profess.em
ante 18. annum emissam nullam esse, et solus Abb. videtur tenere contrarium.

Minori tempore quam per annum, et annus iste probationis ab eo prorogari possit nec privilegium aliquod suffragatur cum censeatur sublatum infra c. 22.

Et huic anno probationis renunciari non potest.

An vero qui voluit ingredi religionem et in ea perseverare et ingressus intra annum probationis recedat, et revertatur ad saeculum sit liber a voto ex mente huius decreti Conc. cum non possit renunciari anno probationis sicut ante de iure communi? Congreg. non declaravit sed dixit hoc decretum Concilii nihil disposuisse de voto.

Idem si tempore novitiatus emisisset tale votum.

Professio non est valida ante expletum probationis annum. Sed quia Canones permittunt ut quis post votum statim non ad religionem ingredi possit quod fiet si cum in religionem ingreditur, de illa transeat ad aliam ut plures, et ita tempus professionis differatur. An tales compelli possint ad tempus hoc brevi anelos, magis cum iste transitus de una ad aliam religionem, fieri videatur in fraudem eius qui in saeculo remansit, Cong. censuit non posse compelli.

Hic annus probationis durante si novitius cum onere vel consensu eo de licentia superioris e monasterio exierit et postea revertatur eodem tempore professionem emittere possit ac si nunquam egressa fuisset.

Quaesitum an milites s. Lazari teneantur ad observantiam huius decreti ut nisi per annum in probatione steterint professio sit nulla. Aliqui dicebant quod non comprehendantur hoc decreto quia non sunt proprie Religiosi nec Reg. quia ducunt uxores et non profitentur tria vota de qua professione in dicto loquitur Conc. sed hoc sit et retinent bona.

Alii dicebant contrarium quia decretum istud conceptum est post verba generalia in quacunque religione etc. et includit omnes casus et personas et quia ratio Concilii militat in quibuscunque cum agatur de professione per quam aufertur libertas et aliquo modo mutatur status hominis ideo verba Concilii tamquam favorabilia late sunt intelligenda. Re tandem in sacra Cong.ne proposita coram S.mo D. N. fuit de omnium consensu remissa ad Rotam et maior pars Ill.mor. tenuit pro militibus quod

non comprehenderetur sub die 19 Junij 1570. Audivi paulo post Rotam sensisse in favorem militiarum, ut non comprehendantur in verbis Concilij sed nouissime de mense Maij 1572 Congregatio censuit Milites etiam nos comprehendi hoc decreto, et in alia Congregatione fuit resolutum hunc textum habere locum in militijs, ut cogantur emittere professionem, sed non infra vel post annum probationis, Ideo hoc tempus remanet arbitrarium [illegible] glos. in c. ad apostolicam de regul.

Annus probationis debet esse continuus non interpellatus, quia datur in favorem Nouitij ut mores profitendi experiatur. c. ad apostolicam de regul. Nauar. cons. 34. n. 2. eo tit. Item datum ob favorem [illegible] et ob fragilitatem humane conditionis c. 2 de regul. in 6. Lapp. alleg. 46. n. 3. Licet in c. ad Apticam de regular. professio facta intra annum tenebat, fuit prohibitum postea in fratribus minor. et Predicator. c. non solum de reg. in 6. que prohibitio fuit iterum postea ampliata ad omnes mendicantes c. constitutionem eo tit. in 6. tandem hic Concilium voluit extendere d. prohibitionem ne fiat professio infra annum ad omnes religiosos tam virorum quam mulierum et [illegible] Concilium hic habere locum in professionibus veri uxo id c. ad apostolicam non solum ex constitutione, preterea cum sit sub rubr. de regul. et eius subiecta materia sit professio Ideo sic ea sunt intelligenda Dec. in l. si r. 6. C. qui admit.

Professio antea facta sit nulla. Professio facta a Novitio ante [illegible] annum expletum debet ab Ordinario nulla declarari.

Nullamque induc at obligationem. Intellige ex c. constitutionem de regul. in 6. et professio facta absque hac forma non obligat ad religionem quemcunque regularem, de qua difficultate vide glo. in c. non solum eo tit. de regul. in 6.

Aut ad alios quoscunque effectus. qui professionem emittit intra annum probationis non est obligatus, neque ad religionem in genere neque in specie contra c. nullus. et c. constitutionem de regul. in 6. nec est in foro conscientie ulla inducta est obligatio.

Professio tacita non excluditur ab hoc decreto, servato tñ tempore hic prefixo concurrentibus et alijs ad tacitam professionem iure requisitis, et corrigitur hic c. i. de regul. in 6. ut minor 14. annis detur alius annus cum gestatione habitus indistincte ut tacite sit professus, sed inducitur ea etate qua possit emitti expresse

Et alias Cong. respondit tacitam professionem induci post annum et diem computandum a die post 16. annum expletum eius, qui Monasterium ingressus est.

Item Cong. statuit tacitam professionem ab his decretis 15. et 16. non esse exclusam servato tñ tempore ibi prefixo, et concurrentibus alijs ad tacitam professionem requisitis

In Religione S. Blasij appulsata in sui initio fiebat professio expressa tribus votis a tempore, aut de cuius initio non est memoria regulari observantia in ea collabente eius Monasteria commendata fuerint, desijtque emitti consueta professio, quia nec erat caput aliquod Religionis: Dubitabatur an illi qui in huiusmodi religione habitum de manibus Commendatarij uel Prioris non expresse professi susceptum per aliquot annos gestarunt tacite professi intelligantur regulam S. Blasij? Cong. respondit intelligi tacite professos.

Sed quid ex instituto alicuius Regule professio non fiat ante 20. annum completum ut sunt frès S. Francisci de Paula; An professio ante emissa sit nulla. Cong. censuit tenere professionem arg. c. ad apostolicam de regul. quia ex uerbis regule non annulantur tales actus professionis sed tantum imponitur pena superiori eam recipienti.

Cong. Coram Card. Sciato definiuit caput hoc de militaribus religionibus non loqui, quia in odiosis non ueniunt ut Hierosolymitani equites Siluest. uers. relig. 1. n. 1. in fin. — Idem per multa argum tenuit Rota decis. 991. p.

Et Hierosolymitani Equites dicantur regulares ut per Abbatem in rub. de reg. tamen non comprehenduntur sub hoc capitulo quia in his non requiritur etas prescripta a Concilium

Post professionem uero cuiuslibet regularis et extra Claustra degentis siue moriatur cum habitu, siue non, omnia bona sua mobilia et immobilia

acquiruntur Ordini in quo professus est, Vide Bullam Pij V.

Puella ex illegitimo et damnato coitu nata, nullo Concilij decreto habitum religionis suscipere, vel eum profiteri prohibetur.

Professio antea facta) Die 6. Aug. 1593. in una Lucen. Cong.o censuit ex professione sive tacite, sive expresse intra annum probationis emissa non obligari aliquem neque in specie neque in genere Religioni.

Post susceptum habitum.) Die 9. septembris 1593. in una Neapolitana; Cong.o censuit Oratricem asserentem habitum per eam gestum distinctum fuisse distinctione patenti ad habitum professarum, illamque nunquam se in actibus pro professis fieri solitis immiscuisse minime tacitam emisisse professionem.

Et die 22. septembris 1594. Cong.o censuit eum qui emisit professionem intra annum, et deinde emisit tacitam, non esse obligatum Religioni neque in genere neque in specie.

Nulla quoque

Nulla quoq. renunciatio) Caput hoc non habet locum in puellis que educationis gratia manent in Monasteriis, neq. procedit in testamentis et ult. voluntate vel Elemosinis

Hoc decretum non habet locum in donationibus et renunciationibus factis ante ingressum, hoc est ante susceptionem habitus, sed si donauerint vel renunciauerint in ipso ingressu tanq. facto in fraudem huius Canonis non valet cum eius mens sit ut liberum sit donatori reddire ad propria in omni casu, excepto si fiat duos menses ante professionem et professio sequatur.

Aut obligatio antea facta) loquitur post ingressum.

Hec verba diriguntur ad tempus professionis 16. annor. adeo quod si quis fecerit renunciationem ante completum 16 annum tenet renunciatio.

Quoad decretum Concilij respondit Cong.o non prohibitum esse quidem depositum illarum pecuniarum que dotis seu Elemosine nomine Mon.rio dat.r quie desparatur in publico banco sacr(?) penes tertium qui eam Mon.rio dare debeat post professionem emissam, atq. itaq. cautum sit Monrio, sed quod pecunie sic deposite dentur Mon.rio ant. professionem Puelle directe vel indirecte improbatur, prout etiam cautio bancarii in euentum restitutionis, ac eo inuentio multer coloranti cum parentes Monitiaz. pecunias in dotem destinatas sub nomine mutui Sindico Mon.rii numerentur; omnibus istis modis lex Concilij circumuenitur.

Quid si renunciatio ante susceptum habitum facta sit vel ant. ingressum religionis; videtur quod Concilium in casu pto. non habeat locum, loquitur enim de sumentibus habitum. et ingredientibus religionem Sed si donatio, vel renunciatio facta sit intuitu religionis ingredienda, tanq. facta in fraudem huius Canonis videtur subesse huic Canoni ex Cong.ni sententia

Nisi cum licentia Epi) Hac licentia omissa, et professione secuta nulla est renunciatio.

Cum dubitatur An puella sit legitime professa, et an Donatio facta Mon.o fuerit libera et valida, Epus debet eam amouere a Mon.rio in locum tutum, et neutri parti suspectum collocare, illiq. diligenter interrogare.

An dispensatio huius cap. in princ. comprehendat illos etiam qui habet animum ingrediendi religionem, et adhuc in seculo existens, sed tamen acceptatus, et habitum novitium susceperit, donavit bona sua matri, non adhibitis solemnitatibus in hoc cap.o requisitis, Congr. censuit non habere locum in renunciatione facta ante susceptionem habitus.

Intra duos menses proximos / Renuntiatio a novitijs facienda intra duos menses ultimos antequam professio emittatur fieri debet.

Hec verba verificantur etiam si ultra plures menses anni probationis professio fieret.

Renunciatio facta cum licentia Epi. seu eius Vicarij intra duos menses proximos tempore quo professio emitti legitime potuisset non censetur invalida ex eo quod actualis professio per aliquot menses ultra dilata fuerit, non requiritur quod renuntians tempore renuntiationis compleverit 16. annum; et renuntiatio est valida dummodo facta sit cum licentia Epi. seu Vicarij iuxta decretum intra duos menses proximos ante professionem.

Et nullius effectus / Idem si renuncians esset tacite professus et renunciasset duobus mensibus, ut hic, ante professionem expressam.

Aliquid ex bonis eiusdem / Nec si aliquid tribueretur non ex puelle professe bonis, sed ex alijs bonis, sive sint Parentes, sive Consanguinei.

Nec hac occasione discedere nequeat / Quod si discesserit intra tempus probationis et dos soluta esset, erit restituenda heredibus una cum fructibus, si quos Monasterium percepisset deducto tamen victu et vestitu. Et cum pacto si illa discederet antequam habitum in Monasterio susceperit. Etiam si pactum esset iuratum, etiam si esset immemorabilis consuetudo non restituendi.

Et debetur Dos promissa Monasterio pro Moniali professa defuncta non obstantibus alimentis persolutis eidem Moniali dum ipsa viveret ex pacto quod semper essent ei persolvenda alimenta donec solveretur Dos.

Sub Anathematis pena dantibus / Non incurritur ipso facto et absolutio non est reservata Pape.

Finito tempore novitiatus Superiores Novitios quos habiles invenerint ad profitendum admittant, et quos non, a Monasterio eijciant, nisi professio tacita intervenerit, quae a Conc.o ut sup.a notatum est sublata non fuit. Idem servandum est in Puellis quae in Monasterio monialium sunt.

Professus in una Religione, et ad aliam translatus ex laxiorem ex auct.te Apostolica non pot. renunciare anno probationis ut in hoc decreto nec illa renunciatione per Superiorem admissa ad professionem intra annum recipi, sed iterum debet profiteri iuxta formam hic traditam.

Finito tempore. Per haec verba videtur quod Conc.m voluerit tollere tacitam professionem quae de iure est ex varijs statutis regularibus erat permissa et intelligere novitiatus iuxta sublimitatem illius regulae quam ingressus est, et fortasse est arbitrarium c. Gonsaliamus. 17. q. 2. ubi glo. in verb. unius anni. et glo. in c. ad Apostolicam de regul. haec verba tamen respiciunt tm habiles, ut inhabiles reijciantur etiam ex sententia S. D. N. Explicante hunc textum Ill.mo D.no Card.li Claravallen. censuit sacra Congregatio sub die 19 Iunij 1570. quod d.m tempus novitiatus est arbitrarium.

Si eius ordinis Moniales sint qui requirat professionem, et si palam et expresse ea facta non fuerit, tamen cogendae ut profiteantur ex Congreg.nis sententia.

Puellae quae sunt in Monasterijs finito tempore novitiatus sunt admittendae ad professionem si habiles inventae fuerint, si vero non eijciendae sunt e Monasterio, ex his infertur tacita professio adeo ut si quis ante aetatem professus sit expresse, et postea pervenerit ultra 15. annum licet non obligetur ex professione expressa quae est nulla iux. c. 15. eadem sess: obligatur tn ex nova professione tacita, quae inducitur post annum professionis sicut si expresse iterum profiteri vellet in aetate legitima non enim prohibetur, idq. iure factum censetur, ne detur occasio ijs qui postquam per longum tempus in religione steterunt ab ea

discedere et habitum abiicere possint maximo cum omnium scandalo ex eo quod ante etatem legitimam expressam emiserint professionem, sed hec licet sint in usu, tamen multum me movent verba Concilij in d. c. 15. si enim incipit quis ligari ex tacita professione post 16. annos, ergo numquam habebit locum nullitas expresse professionis facte ante legitimam etatem, si idem operatur tempus per se, ne cuilibet liceat redire ad seculum, post etatem vero legitimam incipit tempus tacite professionis quando non remanet aliud tempus, in quo verificari possit illud decretum Concilij.

Ante professionem omnia restituantur. { Non enim dicuntur ingressi, nisi fiant Monachi, quod contigit post professionem et ita intelligi Authen. ingressi C. de Sacrosanct. Eccles. tenet Felin. in c. cum deputati n.° de Iudic. Dec. cons. 330. n.° 4. Staphil. de var. mod. vacat. n.° 101. fol. 60. Vide Feder. de Sen. q. 5.

Quos habiles invenerint { Si inhabilitas ex infirmitate proveniat poterit prorogari tempus donec durat probabilis spes recuperande sanitatis.

Ad professionem admittant { Fuit dubitatum An monialis que emiserat professionem, et deinde probabiliter dubitans non fuisse baptizatam denuo ad cautelam baptizata fuit debeat denuo emittere professionem? Et dato quod etiam sic; An debeat expectari per annos? fuit resolutum professionem primam eam ligare, verum debere ad maiorem cautelam iterum emittere professionem non expectato alio anno; et fuit allegatus Abb. in c. i. et 2. de presbit. non bapt. [illegible]

Omnia restituantur etiam fructus, si qui sunt deductis tamen alimentis a Novitio prestitis.

An si Novitius sit sui iuris, et non habeat parentes possit in ingressu Religionis preter victum aliquid donare Religioni Amore Dei; Resp.t Cong.o non posse ex verbis expressis huius decreti:

An idem possit in ipsomet ingressu donare se ipsum, et omnia bona

tea Religioni, ut fiebat olim; itaquod in istis casibus non sit imposita pena excomunicationis? Cong. Conc.ii censuit huiusmodi donationes que fiunt ab alijs qui ut novitij ingrediuntur animo profitendi legmo tempore comprehendi hoc tempore.

Intra duos menses proximos / Die 17. octobris 1594. Cong.o censuit renunciationem factam cum licentia Epi sive eius vicarij intra duos menses proximos tempore quo professio emitti legmo potuisset non censeri invalidam, ex eo quod ipsa actualis professio per aliquot menses dilata fuerit.

Nulla quoque renunciatio / Die 10 Martij 1595. Cong.o censuit decretum hoc non vendicare sibi locum in donationibus vel renunciationibus ante habitus susceptionem, etiam animo et proposito religionem ingrediendi factis

Et die 15 Januarij 1601. Cong.o censuit decretum hoc in prima vendicare sibi locum et in ijs que excedunt 16. etatis annum, et illa verba ante facta, que ibidem habentur non inferri ad etatem renunciantis sed ad duos menses proximos ante professionem.

Libertate professionis / omnimoda libertas requiritur in matrimonio spirituali pro qua libertate obtenta est causa And. Isabelle Capicie annullando eius professionem metu reuerentiali factam anno 1580 mense Februarij in Rota coram R.P. d. Orano. c. presens ubi glos. 20. q. 3. Abb. in c. cum uirum. n. de reg: Barb. cons. 54. ad fin. et consil. 60. uol. p.

Virgines antequam ingrediantur Monasterium adducantur ad Matronas honestas, nec sanguine illis coniunctas, nec aliquo modo suspectas ubi remotis omnibus eorum propinquis examinentur ab Epo de sua uoluntate.

Puella que habitum secularem tulit pere / Epus explorare debet his uoluntatem Virginum, que moniales esse uolunt, semel quando uestiunt habitum regularem, et iterum qn uolunt emittere professionem.

Ex Puella /, cuius deliberatio in dubium reuocatur, Ord. diligentissime querere debet An Deo religiose inseruire, atque inter Moniales apud quas est professionem emittere, An uero nubere uellit, Et hoc fieri debet publico Not., a quo quicquid Puella responderit scribi debet, ac idoneis testibus presentibus. Que quidem Puella si ob aliquam causam probabilem uidebitur Ordrio non esse examinandam in Monrio examinari debet in Ecclesia eiusdem Monrij uel alio religioso loco qui aptior, et comodior uidebitur.

Puella que suscepit habitum sacrum in aliquo Monialium Monrio est ab Ordrio prefigi certus terminus 15. uel 20. dierum. intra quem debeat deliberare, utrum uelit professionem emittere uel non quod si nolit, remittenda est ad domum suorum Consanguineorum uel Affinium ex Congregnis sentia.

Maior 20. annis sit / Censuit Congo non esse dispensandum ut Puelle, que 12. annum non compleuerint sistint in Monrio

habitum suscipere medio tempore, dum probatio fit Episcopus Puellam examinare non debet, et instante aliquo homine, qui eam in uxorem habere vellet, et affirmaret eamdem in monasterio coacte permanere.

Ur ante eam sacerdotat ... utrumque: Episcopus tam ante susceptionem habitus, quam postea ante professionis emissionem explorare voluntatem Puellae non obstante quod Monasterium sit regularibus subiectum, vel aliàs exemptum a iurisdictione Episcopi.

Professionem emittat ... Non admittitur hic puella ante 16. annos completos quid igitur si Puella in duodecimo aetatis anno in matrimonio coniuncta et religionem ingressa sit, cogetur ne sponsus per annos quatuor expectare usque dum illam profiteatur, an permitti possit transire ad alia vota, ubi illa per annum in illa religione remanserit; Responsum fuit a Sacra Congregatione cogendum.

Quam exploraverit Episcopus ... Virgines a quibus facienda est professio si in clausura monialium facta sit, examinandae sunt ab Ordinario intra Monasterium ad Cancellos vel Crates ipsarum monialium, et clausura facta Ordinarius abstinere debet a monasterij ingressu, ita rescripsit Sacra Congregatio ad Episcopum Urbevetanum.

Episcopo H. scribatur ne extra Cancellos Monialium examinet Puellas facientes professionem, vel si habet causam iustam et veram suspitionis examinari faciat in ecclesia Monasterij vel in alia ecclesia aut loco commodiori

Congregatio Concilij censuit Virgines quae ab Ordinario examinatae, religionis habitum susceperunt antequam profiteantur, voluntatem penitus ab eodem explorandam, quo igitur tempore professionem facere vellent, etiam si per ipsum Ordinarium adhibito examine habitus susceperint, tamen ab ipso examinentur.

Virginis voluntatem ... Re vera Congregatio rescripsit aliquas

puellam non debere admitti ante 12. annum ad habitum susci-
piendum, quia cum requiratur voluntatis exploratio, non est eius
voluntas neq. Concilium ante illam etatem.

Cong.^o Concilij censuit Ord.^rium non debere explorare voluntatem Puelle
que habitum recepit in Monasterio ad petitionem illius qui vult eam in
uxorem ducere, sed expectandum tempus faciende professionis et
tunc si sit suspitio, quod instigetur a monialibus pro suo offitio
curabit inde educi in exteriorem ecclesiam Monasterij, vel in aliam vici-
niorem et comodiorem domum pro ut magis convenire iudicabit
ubi voluntatem eius exquirere possit quod si nulla sit suspitio
et nullam aliam iustam causam subesse apparebit, tunc non alio in loco
quam ad Crates ferreas Monasterij puelle voluntatem explorabit.

An coacta et seducta fuit / Censuit Cong.^o quod inclusa per vim
in Monasterium debet educi, et si quid ob eam causam, facta est
curare debet ut indemnitati eius provideatur eorum impensis
qui talem vim intulerit qui debeat et severe castigari, sed si Puel-
la Monialis effici velit desiderij eius compos est facienda, licet Pa-
ter eius contradicat.

Puella que inconsulto Ep.^o habitum susceperit religionis anteq. profiteatur
ab illo examinanda est diligenter.

Cuius professionis tempus ne Ep.^us ignoret / Postq. Ep.^us hac de re certior
factus fuerit infra 15. dies Examen hoc perficere tenetur quib. exactis
amplius in eo se intromittat Ep.^o Cong.^nis sententia.

Si Monialis aut Novitia neget se professam esse potest audiri etiam
extra Monasterium.

Teneatur Prefecta Monasterij / si superiores Monialium alicui puelle habitum
dederint, priusq. ab Ord.^rio examinata fuerit, contra decreta Conc. Trid. faciunt,
item si moniales professionem fecerint anteq. ab Ord.^rio examinentur itaq.
contra Conc.^m Trid. faciunt, qui casus si evenerit tenetur Ord.^s explorare vo-
luntates earum que habitum sacrum susceperint anteq. in Religione
profiteantur, ab illis aut sacris Virginibus, a quibus non solum est

habitus susceptus, sed cum professio facta sit, etiam si examinatae non fuerint nihil Ord.us postea debet suscitari, sed permittere eas in suo statu permanere licet pro ut Conc.m statuit in Abbatiis cum inadvertenter potuit, debentq. per Ord.m Moniales et eorum superiores admoneri ne alijs virginibus dent sacrum habitum, ac multo minus patiantur in Religione profiteri nisi prius voluntas earu. perspecta sit et explorata ab eod. Ord.rio coercere non solum poenis a Conc.o Ord.no statutis non praescriptis, sed et Ecc.is censuris et alijs iuris remedijs non obstantibus quibuscumq. privilegijs ex Cong.nis sent.a.

Certiorem facere … Ep.us hac de re certior factus fuerit infra 15 dies examen hoc perficere tenetur, quibus elapsis amplius in eo non se intromittat ex Cong.nis sent.a.

Sumptus a Monialibus in professione, vel limenendo velo faciendi, taxentur ab Ord.rio et desumantur rebus necessarijs pecunia vero reservata ad eorum vestitum in ingressu detur Abbatissae.

In examine Monialibus faciendo Ep.us non debet alias interrogat. facere quam in hoc Canone per Conc.m praescriptas et standi ante … servens ex bulla Pij V.ti in favorem Mendicantium et regularium edita et ita ad Ep.um Tribunetanum rescripsit Cong.o …

Explorauerit Ep.us … Cong.o censuit explorationem voluntatis Puellarum profiteri volentium ad praescriptum huius decreti utroq. tempore scilicet ingressus et professionis faciendae ad Ep.um pertinere, quamvis Monasterium ab eius Iurisd.ne sit exemptum.

Cogerint aliquam Virginem. Quid si Pater natam filiam instituit ex lege heredem, ut Monasterium ingrediatur, et nisi ingrederetur instituit Monasterium et filie reliquit pro alimentis 25. aureos; An videatur quod per hoc mulier sit coacta, et sic habeat locum iste textus; Videbatur quod sic, quia voluntarium militem diligit deus. cap. p.mis. 20. q. 3. sed ista non ingreditur voluntarie ergo et Item quia laudes et vituperationes versantur circa actus spontaneos Sess. 3. et hic cap. p.o et c. non est is q. 1. Item quia bonorum seu maioris partis amissio inducit iustum metum. c. Abbas de is que vi met. ubi Abb. et Bart. in l. penul. ff. de cond. ob turp. caus. Abb. in c. gemma in p.o notab. de spons. Jas. in l. Titia. in princ. n.o 5. de verb. oblig. Ruin. cons. 127. vol. 3. Cephal. cons. 295. n.o 17. Decius cons. 4. n.o 13. Socin. iun. cons. 77. n.o 34. cum seq. lib. p.o Jas. in d. l. Titia. n.o 10. et satis dicitur cogi quando coniicitur quod propter delictum ingreditur religionem, alias non ingressurus. ut declaravit Corn. in d. l. 1. sub. n.o 5. vers. nam licet Raphael. C. de Instit. Contrarium tamen est verius; quia textus hic loquitur per verbum cogerint et sic de vi inutilicia; que cessat in casu p.to in quo non potest considerari alia causa quam inductiva; Nec obstat c. Abbas quod met. caus. quia tex. ille presupponit vim et damnum hic aut sumus in lucro et sine vi, proterea in spem lucri potest quis invitari ad matrimonium carnale c. gemma de sponsal. l. Titio centum. §. 1. de cond. et demonst. Ergo multo magis ad spirituale arg. c. licet, et c. quanto. de trans. prelat. Et cum teneat legatum factum mulieri, si nupserit Titio l. 1. et 2. C. de Instit. et substit. multo magis tenet sub conditione si ingrediatur Monasterium, cuius ingressio est maioris perfectionis arg. Authen. de sanct. Epis. §. sed et hoc. Jas. post alios cons. Bart. in Auth. cui relictum n.o 4. C. de Indic. vidui. tol. preterea in casu proposito in quo filia ista erat natis

et nihil posset pretendere de hereditate paterna, et mens testatoris videbatur fuisse, ut haberet Monasterium heredem, et ita censuit Sacra Cong.^o sub die 10 Junij 1570.

Ad ingrediendum Monasterium / Inclusa per vim in Monasterium inde debet educi et si quid damni ob eam causam factum est, curare debet Ordinarius ut eius indemnitati provideatur, idque impensis eorum qui talem vim intulerint et qui eo severe castigari debent.

Simili quoque Anathemate / Puellæ quæ moniales effici volunt desiderij sui compotes sunt faciendæ, licet eas pater contradicat.

Quicunq. Regulares / Milites S.ti Jois Hieros.mi tn. dicantur regulares ut per Abb. in rub. de regular. tamen non comprehenduntur sub c. 15. supra eod. neque sub hoc Textu, quia in eis non requiritur etas prescripta per Concilium.

Per vim et metum / Ad interpretationem huius Canonis videat.r Nauar. de reg. comment. 4. n.o 7. cum pluribus seq. tom. 4. fol. 272.

Velitq. habitum dimittere / De ijs qui exire volunt committat.r Ord.rio loci simul cum Superiore Mon.rij ubi emiserunt professionem

Nisi intra quinquennium / Non debent dari prorogationes regularibus qui manserunt in religione per quinquennium, et omnino non audiant.r qui exierint ante Conc.m trid. et habet formulam expeditionis.

Quidam Vir Hispanus propter publicum uxoris sue Adulterium illam dimisit et in partibus longinquis sub Ord.rij licentia, et breue Pauli 4.i Vitam heremiticam per multos annos duxit, qua relicta ingressus est religionem S.ti Blasij ubi p. quinquennium demoratus est, ibiq. professus, sed ante dicte religionis ingressum semel adulterium comisit, demum examinata fuit eius Vita a Prelatis d. Religionis cui omnia peccata confessus est, quibus auditis Prelatus eum habitu priuauit, ut ad Uxorem rediret, aut aliud remedium peteret, max.e quia ex Statutis illius religionis Uxoratus in ea profiteri non pot. S.mus mandauit considerari quid agendum ad instantiam d. Viri; Cong.o censuit scribendum esse Ord.rio loci d. Uxoris qui prout iuris est in hoc casu procedat.

not.o Sed si iste casus decideretur. Ill.mi Dni inclinabant quod mulier cogeret.r repetere virum, aut ei prestare consensum ut in religione maneat, et ipsa quoq. religionem ingrederet.r uir not. p c. agat hora 22. q. 2. tangitur hec questio p Abb. in c. constitutus. et c. veniens. de conuers. coniug.

A die professionis / Sic videtur quod decretum hoc retrotrahatur ad tempus professionis pretent. contra naturam legis, que prospicit futuris negotijs l. leges. C. de leg. sed ideo fit quia tex. hic facit mentionem de professione, et prescripsit tempus quinquennij ijs qui ante Concilium fuerint ingressi, et ideo intelligatur cauere per tempus illud a die

cessantis metus, et ita censuit declarandum esse hunc textum Sacra Cong.º
Sed iterum in Cong.ne posito dubio, an monialis per vim et metum ingressa que intra tempus quinquennij non reclamauit possit hodie post quinquennium audiri, et quatenus durauerit causa uis metusue, qua cessante reclamatur. Et videtur dicendum quod sic, quia professio per metum facta ipso iure est nulla, etiam si professus pluribus annis steterit in Monio Calder. cons. 1. tit. quod met. caus. Dec. cons. 69. n.º 21. Barb. cons. 60. et cons. 64. per totum lib. p.º Aym. cons. 192. Veral. in una Hispalen. mense Decembris 1591. Crot. in d. l. stipulatio hoc modo concepta n.º 66. de verb. oblig. post Abb. in c. p.º n.º 2. de regular. Nam militem voluntarium diligit Deus, non coactum ex preteris. 20. q. 3. Felin. in c. in presentia n.º 13. de probat. et ex humanis actibus nihil est quod magis liberam voluntatem exposcat, quod regularis professio. c. 1. ubi Abb. quod met. caus. c. non q. cath. 33. q. 2. et licet coacta voluntas sit, voluntas non tamen est spontanea, sicut qui se metu obligauit, si eadem metus causa durante soluit, solutio dicitur met. causa. c. quod met. caus. Dec. cons. 219. col. fin. lib. 2. Barb. d. cons. 44. n.º 1. refert in l. l. ob turpem n.º 7. de cond. indeb. ubi refert quod Vxor semel verberata a marito ut alienationem rei dotalis consentiat, si deinde post longum tempus consentiat, nihil metu consentire videtur, sequitur Crot. ubi s. n.º 72. Et cum actus professionis a principio fuerit per uim et metum, et cessante causa metus statim reclamauit dato principio et fine actus medij temporis presumitur conformis principio et fini. Oldr. cons. 77. n.º 34. Alex. cons. 99. lib. Aym. cons. 70. n.º 21. Et ita firmauit Rota coram Gripperio in una Regien. die 21 Iunij 1563 Hosten. in sum. de matrim. uers. generaliter n.º 16. Ancar. in c. . . de Cons. imp. in d. l. s. quod met. caus. n.º 13. glo. in d. c. presens 20. q. 3. Et ad hunc tex. respondebatur quod, sicut hic prescribitur quinquennium intra quod debeat reclamari, ita de

Iure comuni dabatur annus, ut in c. 2. de regul. et tn si citra annum illud non poterat reclamare, ei non imputabatur ubi not. glo. in fin. facit c. cessat in uer. post mensem. p. q. i. et not. in c. ad id quod de spons. et in c. de illis il 2° de spons. imp. Et facit regula quod impedito de iure non currit tempus. c. imputare. ubi glos. de reg. iur. in 6. et potest intelligi iste textus quod post quinquennium presumatur grati habitio, que presumptio cessat ubi constat metum durare post quinquennium nemo audiatur, si dicat se ingressam per uim et metum aut ante etatem, uel quid simile, et quacunque de causa uelit habitum dimittere, Quare per ista uerba generalia quicunque regularis, que omnem casum comprehendent omnis post quinquennium includitur per tex. in l. in fraudem. §. fin. ubi Bald. de milit. testam. Dec. cons. 9. n.° i. et cons. 436. n.° 9. c. sedes. ubi Felin. in 4. declarat. de rescript. Cassad. decis. i. n.° i. de pactis loquitur quoque tex. per tex. per dictionem taxatiuam tantum, cuius natura est ponere solum quod affirmat et preter id omne aliud excludere c. i. de postrib. qui fil. distr. l. contractus. de reg. iur. c. cum lec.° Sutrina. de caus. poss. et propr. c. contigit. ubi Felin. de fid. instr. Nec presumen. est qd intra tantum tempus superueniente Conc: libertate non potuerit reclamare et declarare suam uoluntatem coram Abbatissa illam et monialis. intra monasteria quod est locus tutus ut not. Abb. in c. i. quod met. caus. Preterea de iure comuni fuit prouisum in omni alio casu ne posset dari instantia cause, uel casus qui de iure coi non sit decisum, opportet ergo, ut uerba Concilij aliquid operentur restringere hunc textum ad primam prescriptionem quinquennij alias hoc decretum euanesceret, Accedit quod hec fuit mens Patrum Conci qui sciebant etiam dispositionem iuris cois, et moti sunt propter tot scandala, que ex licentijs hactenus concessis ex causis humani orta sunt, de cetero oriantur Ideo &. Ad contraria dico ea

omnia Iura habuisse locum ante Conc.m hodie vero secus, ex qua solutione Ill.mus D. meus Carrafa subtiliter inferrendo dicebat quod questio proposita non potest habere locum in professis post publicationem Concilij, quandoquidem ex c. 15. sess. cap. explorranda est voluntas profitentis antequam professionem emittat. Item ex cap. 18. sess. Anathematizentur scientes, consentientes, et cogentes aliquem profiteri, ideo non cadit in istis ratio metus. Remanet ergo difficultas in professis ante Conc.m in qua difficultate placuit eidem Ill.mis Card.libus quorum maior pars sequebatur hanc secundam oppinionem declarare, quod ex hoc textu nemo post quinquennium sit audiendus, ne detur occasio scandali, verum in casu proposito, et alijs particularibus consulendum esse S.D.N. qui pro sua providentia occurrentibus necessitatibus providebit sub die 21. Aug. 1572. eandem sententiam secuti sunt omnes unanimiter sub die 10 decembris eiusdem anni et intelligatur cavere Conc.m hic a die professionis.

Sed ad shorrium quid si sit eiectus vel fugitivus et nolit redire? dic quod si non invenit religionem in qua recipiantur tenetur vivere regulariter et honeste Sum: Ant. in 3. par. tit. 16. c. 15. §. 3. in fin. Silvest. religio: 2. Si vero vult redire recipiendus est, si regula non contradicat. c. fin. de regul. si regula contradicat recipi debet ad serviendum non in n.o religiosorum. Inn. Hiroc. in d. c. fin. . . . in aliquo certo loco et . . . secundum Abb. ibidem n.o p.o vel in aliquo alio competenti loco ubi est alimentandus Silvestr. ver. apostata n.o 10. q. 1. Sum: Ant. ubi sup.a §. 12. et 13. Sed in postrium nemo est incorrigibilis eijciatur, sed a superiore ignominia et carcere castigetur et acrius etiam si opus fuerit pro modo delicti puniatur.

Nemo etiam regularis transferratur / etiam transitus ad parem vel arctiorem religionem non fiat nisi cognita transitus et vite, et moru.s ratione transeuntis iog. ex probatione Capituli Gnalis.

Quod si quis transferatur ad Laxiorem etiam eiusdem Religionis, debet translatus se informare, de religione et modo vivendi illius Monasterij ad quod translatus est.

Coram Superiore suo et Ord.^rio / die p.^a 7bris 1593. Cong.^o censuit Regularem deducentem intra quinquennium nullitatem professionis teneri eam probari conuinctim coram p.^o Superiore Regulari illius Monasterij in quo professionem emisit, et coram Ord.^rio illius loci ubi existit Monasterium in quo professus est.

Et die 6. Martij 1590. censuit in causis nullitatis professionisque infra biennium ab Ord.^rijs et Superiore regulari non terminantur esse locum decreto Concilij cap. 20. sess. 24. in principio, ibi atque omnino saltem intra biennium.

...ae cum ordinum suorum Capitulis subsunt / Prioratibus qui suis Capitulis subsunt etiam ordinis Hierosolimitani ab Episcopis visitari non possunt.

...n esse comprehensa / Ideo rescriptum fuit Episcopo Salernitano volenti visitare Prioratum quendam Equitis Hierosolimitani qui preceptores sunt Commendatarij et habent capita sui ordinis, ut debstat a visitatione nisi is Prioratus coniunctam habeat curam exercendi prebendique Sacramenta, Vide literas 7. octobris 1569.

...ex aliorum ordinum / Ex bulla Pij V.ti in favorem Mendicantium edita, Monasteria omnia quae pleno iure Episcopis non subsunt, et regulares sunt exempti et liberati a superioritate, dominio et iurisdictione ac potestate episcoporum iuxta ipsorum regularium privilegia Apostolica Sed ea bulla fuit postea reducta ad viam iuris et terminos Concilij Tridentini per Gregorium xiij.

...ni Correctores et spirituale regimen exercent / Querebatur an ubi Monasterium commendati habent certum numerum professorum et novitiorum quibus descendentibus in locum premorientium ad portiones perpetuas vacantes alij subrogentur, ius admittendi novitios ad loca predicta et ad portiones perpetuis instituendi pertineat ad Priores et Monachos ex hoc decreto, vel ad Commendatarios quibus talium Monasteriorum regimen et administratio in spiritualibus et temporalibus committi plenarie solent. Congregatio die 4. Augusti 1576. censuit tale ius ita demum pertinere ad Commendatarios si Monasteria non existant sub aliqua Congregatione habente suos regulares superiores, et consuetudo Commendatariorum non excludat, quod expliciti videbatur dicendum hoc pertinere ad Commendatarios.

...ivilegia et facultates / Bullam Pij V.ti ad favorem Mendicantium editam Greg. 13. ut dixi reduxit ad viam iuris, et terminos Concilij Tridentini.

Sess: 25. de regul. cap. 21.

Cum plerαq: monra] Vide supra sess: 14. cap. 13.

Et que suos conventus habent] Ista reg.ª benef.ª que regulares habent superiori quandoq. ex causa commendant. non obstante hoc decreto,

In posterum uacabunt] Idem fuerat statutum in Conc.º Lateranen sub Leone sess. 9. c. 9. in bulla superne tom. 4. fol. 631. col. 2. regulariter enim benef.ª secularia secularibus et regularia regularibus sunt conferrenda ut post alios quos refert tenet Couar. in tom. . cap. 2. n.º 2. et 3. fol. 40.

Conferantur] Dni de Rota intelligunt hec uerba perceptiue non consultiue et hunc dicunt esse sensu perfectum, et de cetero alicui regulari conferantur iux. doctr. Socini. Iun. cons. 147. n.º 19 vol. 3. quod augetur ex ratione sumpta à prohemio huius capituli, quia prohibent. de cetero comendari, ratio enim prohemij infert ad rnem finale. L. item quia. S. fin. ff. de pact. Aym. cons. 301. n.º 2. Sed Congreg. Illmorum censuit hec uerba esse consultiua, et desecendere ex illo uerbo confidit, sub quo reguntur, etsi non importare necessitatem, et quod uerba consultiua importent quandoq. perceptionem si ei dispositioni sint adiecta que importat necessitatem probat Couar. in pa par. cap. 1. n.º 12. fol. 39.

Quo ad ea monra que capita sunt] monrā que sunt capita ordinum, si nullum membrum uerè subiectum habent non comprehenduntur hoc decreto, nec ad professionem hic prescriptam tenentur.

Hoc decretum restringitur ad ea ~~decreta~~ monra que membra sub se habent, non autem ad ea que licet capita dicantur sunt sine membris.

Infra sex menses] Prioratus ob no susceptionem habitus, et professionem emissam infra sex menses restituenz est et priuatim ipso redarguendi.

Ac mare magnum appellata] Omnia privilegia Sedis Ap.ce et maris magni quat.s sunt contraria Conc.o Trid.o sunt sublata, et ad ter.os Conc.ii reducta ut in Constit.e Pij 4. in cap: in princ. Apostolorum. edita anno 6. Pontus.

Per hanc derrogationem maris magni non possunt regulares cuiuscunque ordinis esti sint a casibus Epis reservatis absoluere prout etiam notatum est supra cap. 7. sess. 14. de servandis pro tunc in doctrina illius Sacramenti.

Decreta huius Concilij nihil derrogant privilegijs religiosorum nisi quat.s Concilio ipsi sint contraria.

Vt in ista

Ut in ipsa prima Synodo provinciali. § Precipitur ergo ut in provinciali Synodo recipiantur que hoc Conc. statuta sunt de reformationibus articulisq. fidei; Posset tn Synodus provincialis nova decreta componere, ut consuleret erroribus tunc renascentibus maiorem q. etiam imponendo penam, aut alijs modis occurrendo quod videtur fecisse Concil. Senonen. in prohem. ver. fine est, et ibi videtur ad quem finem dirigatur Conc.m Provinciale, et quomodo antiqui Canones quorq. custodes et speculatores constituere se debent Concilia Provincialia, aut declarent, aut innovent, seu ex potestate eis concessa adiectione pene conveniant. Item Magontina Synodus convocata fuit ut presentibus tunc malis amplioris Concilij remedia quererent et qua nam ratione Populos eis commissos in officio continere noxia quoq. ab eis avertere, et salubria eis providere et Ecc.as suas in pace ac sanitate regere possent donec generale Concilium vittantibus malis aptiora remedia providerent et omnium abusuum pleniorem emendationem, ac calamitatis et difficiliorum finis inveniret. Recipiant preterea Prov.les Synodus ea omnia que in hoc Trid.no fieri mandantur quorq. primum est ut omnes hereses damnentur ut hic. Item de electione 4. Iudicum ut in Sess: 25. cap. 10. Item de supplenda Eporum negligentia, ut in Sess: 25. cap. 22. de regul. Item de forma testimonij promovendis ferendi Sess: 22 cap. 2. Item de publicatione decretorq. de residentia Sess: 23. cap. 1. in fin. Item de celebrando aliquid dubio, aut difficili abusu Sess. 25. c. unico de invoc. vener. relig. Sanct. in fin. Item de corripiendis Epis negligentibus circa Seminarium Sess. 23. cap. 18. circa med. Item de causis criminalibus minoris Epor. cognoscendis vel pro eas cognitione deputandis Sess: 24. cap. 5. de reform. Item de licentijs a Metrop.no vel Suffraganeo antiquiori datis de non residen. Sess. 23. cap. 1 circa med. Item de irritandis locationibus rerq. Ecclesiarq. ad longum tempus factis Sess. 25. cap. 11. de reform. Item de subventione faciendi Cathedralibus que habent

tinues redditus Sess. 24. cap. 13. de reform. Permittitur eò Conc.° Provinciali ut si in una fide adsit consuetudo S.te Ecclię diversa, sicut de una submersione in baptismo, possit eam consuetudinem in sua Provincia retinere quę magis absit a Scismate, et quę hereticorum Consuetudini inf.s adversabitur, ut in Toletana 4. cap. 13. et 15. Miliuet. cap. 9. de forma celebran. provin. sinod. vide in d.o Toletana 4. cap. 13. Batican.o 15. cap. 101. et Lateranen.s 2. sub Innoc. cap. 6. Et qui debeant evocari ad hunc Sinodum dicitur sess. 24. cap. 2.

Studiorum generalium cum decretum est ut fiat bulla, quę in omnibus Gimnasijs Lectores omnes iubeat profiteri Catholicam fidem iuxta tempus a bulla praescriptum, et eos qui doctoratus insignibus ornandi sunt non prius ornari quam examinata sit eorum fides et vita Catholica, de quibus omnibus fiat processus in forma gratis per promotores in Collegio antequam approbentur ad assumptionem gradus.

Epus debet auctoritate propria curare ut professio fidei iuxta formam Bulle Pij 4.i fiat ab alijs qui in Gimnasio Diocesis suę gradum doctoratus desuscent in reliquis omnibus, ut super bulla teneatur quę incipit in SacroSancta.

Irriti sunt doctoratus in quibus adhibita non fuit professio fidei iuxta d. Bullam Pij 4.i

Idem Pius 4.s per hanc bullam ad hanc fidei professionem teneri voluit omnes Doctores, Magistros, Regentes et alios cuiuscumque artis et facultatis professores, sive clerici aut laici fuerint, vel cuiuscumque ordinis regulares qui docere vel promoveri voluerint.

Ordinarij eorum locorum ubi studia vigent, negligentes a doctorandis hanc fidei professionem exigere puniendi sunt.

Ad emittendam fidei professionem tenentur omnes docentes artes liberales qui antequam ad docendum admittantur possunt arbitrio Epi prohiberi donec de eorum moribus informationem sumpserit.

Item dicendum est de ijs quib. per aliquam Universitatem testimonium conceditur, et hoc non solum ex bulla Pij 4.ti sed et Conc. Trid. decreto confirmatum est

Cong.o censuit Bullam Pij 4.ti de edenda fidei professione locum etiam habere in docendis primis principijs Gramaticę Aritmeticę Musicę et aliarum artium, licet publicam scolam non faciant, sed in proprijs domibus doceant, et super hoc faciunt informationem et processum sumarium quantum Ep.o sufficere videbitur.

Quo ad penas vero in d. bulla contentas censuit in locis in quib. nõ sunt gimnasia publica d. Bulla non videri eas imposuisse. Ord.rijs [?]ficatur aliqui quoquomodo docen. lras prius fidei professionem faciat.

Item sec.o eandem Bullam de suffr. omnib. debet fieri sum.rius processus circa religionem fidemq. Catholicam istorum quantum Ep.o sufficere videbitur.

Quamvis excomunicationis gladius / Epus in fulminationib. se gerere debet ut in Conc.° Trid.no statuitur, nec potest procedere ut ap.licę sedis delegatus nisi in casibus a iure expressis

mot.° Nervus sit ecc.ę disciplinę / Censura dr nervus, qui non rumpitur sed flectitur vel quia sicut vires hominis consistunt in nervis, ita vires ecclesię in sua censurę glos. et Card. in Clem. de sent. excom. Abb. in c. de consuetud.

Sobrietatem / Gladius excom.is max.a cum circumspectione est adhibendus.

Ad finem revelationis / Excom.nes quę ad finem revelationis ut aiunt fieri solent, concedi non possunt a Commend.e Abbatię hominib. sibi subiectis quod sit esse nullius dioc.is minusq. a vicinis Epis ex iurisd.e eiusdem Abbatię, cum ea una sedi Ap.licę sit subiecta nullusq. dioecesis esse dicatur, propterea iis quibus hoc remedio opus erit, confugiendum est ad sedem Ap.licam a qua huiusmodi excom.nes impetrent.

mot.° A nemine preterquam ab Epo / qui possunt statuere, possunt excom.re et ita de iure cavetur Siluest. excom. p. n.° 5. fallit ut hic ad effectum finem revelationis quem soli Epo competit alias quicunque habet iurisd.nem sine correct.e ut per Siluest. ibidem et dicit Abb. in c. auditis n.° 14. de prescript. quod istud ius excomunicandi potest esse apud plures circa eandem personam ut Archiepus Epus, Archid.°, Archipresb.r possunt omnes simul excomunicare unde Rep. in c. cum ab ecc.ar ubi glos. et Dvet. de offic. ordin. quare existimo ius comune non esse quo ad hoc immutatum in aliquo sed tm quo ad finem revelationis quo casu facultas quę prius erat concessa cuicunq. Prelato vel Iudici ut per Siluest. ver. excom.tio 2. n.° 10. hodie competit tm Epis, verum in locis exemptis quę subsunt immediate sedi ap.lę cum nullus alius Epus possit in iis ferre excom.em ad effectum revolandi quem non habent in eis iurisd.nem, nec ipse Prepositus hanc habeat facultatem quia nō est

Epus, recurrendum est ad Sedem Apostolicam et ita ex Sententia Pij V. censuit Congregatio sub die 6. 8bris 1570.

Vicarius gnalis habens hanc specialem facultatem potest has excomunicationes decernere, quia habet iurisdictionem ordinariam c. 2. de consuet. et est unum tribunal Epi et Vicarij Felin. in rub. de offic. deleg. n. 01. et gestum a Vicario censetur gestum ab Epo Jo. de Selua tract. de benef. par. 2. q. 14. n. 1. et seq. Silvest. ver. Vicarius n. 14. et ita censuit Congregatio die 9. Aprilis 1573. dum tamen ipse Vicarius causae cognitionem ipse adhibeat, licet prima Epi cognitio nulla adsit, sed aliqui dubitabant ex illis verbis a nemine penitus, quia taxatiua alios exclu- dit, et ibi ipsius Epi electa persona industria, item ex eo quod exonerat eius conscientiam quo casu non est delegabilis Felin. in c. significasti n. 5. de homicid. sed hoc non obstante Sacra Congregatio iterum sub die 25. febr. 1603. firmauit primam resolutionem.

Stante hac declaratione, quaerebatur an eadem potestas competat Vicario Capituli Sede vacante, Congregatio censuit affirmatiue, quia ad Capitulum transeunt ea quae sunt iurisdictionis necessaria, ut est Excomunicatio.

Epus non potest concedere excomunicationem ad finem reuelationis hominis beneficij quod sit aliorum diuitis, nimirumque possunt concedi ad obtinendum dictum bene- ficium, sed eis confugiendum ad Sedem Apostolicam quando his ex- comunicationibus opus habent.

Aut pro deperditis seu monitoria pro rebus deperditis a solis Epis sunt decernenda, et inferiores ordinarij etiam exempti immediate Sedi Apostolicae subiecti ea concedere non possunt sed ad Sedem Apostolicam pro eis tamen est recurrendum nec cum illis Vicarioris ea concedere permittatur.

In causis vero iudicialibus / Excomunicatio lata a Iud. Ecclesio priusque legitime constet de impedimento vel perturbationibus propter quas non pot decernere processum antea ad executionem vel realem vel personalem est ualida et qui tali excomunicatione legatus existit indiget absolutione, debent tamen Ordinarij curare ut in excomunicationibus ferendis obseruent decreta hic a Concilio Ind. ...

Per multas pecuniarias / In multis que ex Conc.° Trid. sunt applicanda locis pijs idem Conc. Trid. est servandum

Que locis pijs / Pena fori Ecc.ci locis pijs sunt applicande, nec consuetudo contraria per quam pars penar. applicatur Vicario valet, et minus Com.ne spati ed in minima parte.

Sitq. erga Iudicem contumatia / Excom.tus tamq. contumax coram Ord.rio compareat et paratus sit stare iuri debet p. eundem absolui.

not.° Sed liceat eis ... expedire videbitur / intellige tam de iure q. de facto ut declarat Bart. in l. stipulatio ista §. is qui n.° ... de verb. oblig. et per verba que sequuntur ... expedire videbitur, hoc videt.r remitti eius conscientie Ettri nec citatio requiritur nec app.o datur ad Paris de Puteo de Sindica. ver. An Iudex. tom. 19. n.° 5. fol. 137.

Sitq. erga Iudicem contumatia / Et ideo monitionibus premissis debet ad excom.nem devenire, aliàs non excusatur ab errore Iuris ed si talis essent relig.is qui nemo tali excom.tus ... celebraret interim efficeret irregularis Lap. alleg. 13. n.° 1. ... c. 1. de sent. excom. in 6.

Anathematis ... arbitrio suo / ubi alia remedia non prosunt, c. dilecto de sent. excom. in ... sed excom.o non pro futura non est fulminanda Henriq. in tract. de Sinod. Epis. tom. 2. n.° 99. par. ... fol. 36. et non casu aut impetu, sed magna maturitate ferenda est Io. de lign. tract. de cens. Eccles. ... 29. n.° 15. tom. 2. fol. ... Nicol. Plov. tract. de excom. §. ... n.° 1. tom. 3. fol. 239. Et ad excom.is sententiam Iudex festinare non debet, sed modeste procedere ... Apost.

not.° In causis quoq. criminalibus ubi executio realis ut supra / Ista dictio ut supra est repetitiua precedentium, et habet vim expressionis eorum que supra dicta sunt ad tradd. per Ias. cons. 101. n.° 2. vol. ... cons. 32. n.° 3. lib. ...

Excomunicatus vero / Excom.tus tamq. contumax pro contumatia ... compareat

coram Ordinario et sit paratus stare iuri debet absolvi per eundem.

Presupposito quod duo sint obligati in solidum in forma camere pro eod. debito et quod contra unum tantum possit deveniri ad executionem realem vel personalem sed in alterum contra quem non possit fieri executio realis vel personalis poterit ad instantiam creditoris in subsidium relaxari censure. Cong.ⁿ censuit negative, quia hoc remedium censurarum est subsidiarium ex hoc capite, ideo nullo modo non possit esse locus quando alii via possint esse consultum sed hoc modo potest esse consultum per executionem realem ergo etc.

Quod si executio realis etc. An sit necessarium ut ex actis constet realem vel personalem executionem fieri non posse; an vero sufficiat hoc ex iudicium liquere, Cong.ⁿ censuit debere ex actis constare, sed sufficere probari per Nuncij relationem quod exequi non possit.

Per annum insorduerit etc. Sic quanto maior sit mora tanto magis gravatur. arg. c. sicut dignum. §. illis ubi glos. de homicid. et c. nervus confit. fictum et cap. seq. 11. q. 3. Quibus adde quod clericus qui sustinet excom.ᵉᵐ per annum post privatur beneficio quinimo ut de heresi suspectus Gehin. in c. pr.º n.º 01. de rescrip. Iul. clar. sent. lib. 5. §. fin. q. 37. vers. Item clericus Egid. Concl. 677. Nicol. Arelat. tract. de heres. n.º 41. et ibi de que not. ad c. cum contumacia in fin. de heret. in 6. Navar. in manua. c. 27. n.º 10. fol. 454. Sarn. de visit. cap. 29. lib. p.º n.º 2.

A nemini nisi per eum ab Episcopo etc. Potest Episcopus delegare Vicariis Foraneis facultatem concedendi literas monitoriales pro rebus deperditis vel substractis non obstante hoc decreto, dum tamen expresse et in specie huiusmodi facultas tribuatur. Cong.ⁿ tamen sibi pro certo persuadet Episcopum id non nisi personis circumspectis et gravibus quarum noverit prudentiam et iudicium esse commissurum.

Anathematis . . . Die 23. Aug.ᵗⁱ 1592. Cong.ⁿ in una Taurinen. censuit quod si literis monitorialibus iuxta hunc decretum ad finem revelationis et pro rebus subtractis relevatis propalatur aliquid

releuatus fuerit posse actorem contra eos qui aliquo Iud.o laborauerint siue causa fuerit ciuilis siue criminalis Iudicium exerceri eicoq. si legitime probauerit obtinere, etsi finita causa executionem Iudicati, neq. personalem habere voluerit, tunc et non prius liceat Iudici Spirituali gladio Excommunicationis si causae qualitas id expostulauerit in reos condemnatos uti.

Si post legitimas monitiones nun f. die 10 Februarij 1590. Cong.o censuit procedi non posse aduersus eum qui tribus abhinc annis ab A. C. excomunicatus adhanc usq. diem in excom.ne permansit praeterquam in festis Paschalibus in quibus quotannis ab A. C. absolutionem obtinuit.

An excomm.o lata ab Ecc.co Iudice ante Leg.mam contestationem impedimentis, vel perturbationibus, quibus prohibetur Iauere executioni propria auctoritate realem vel personalem sit nulla, vel debeat ab eo reuocari. An vero substineatur, vel liuere feratur, quum si ipso consentiente in eo iudicio sentiat vere adesse Emori impedimenta, perturbationes, vel difficultates. Congreg.o noluit respondere per litteras publicas, sed viuae vocis sententiam Censura sententiam et excom.ne validam esse, ideo excom.tum absolutione indigere eam.q. monens esse cum omni dilig.a ut seruetur forma tradita in eo Concilio.

Tam magnum missarum numerum] Hoc capitulum intelligendum est de missis tantum non de alijs suffragijs.

Hoc decretum habet locum et in reductione officiorum pro defunctis impositorum certa tamen elemosinarum pro missis.

Attestatoris praescripsit] Hoc non intelligatur de missis in fundatione impositis sed de relictis. Ex apparet de expressa mente testatorum qui reliquerint certum numerum missarum in perpetuum heredes compellendi sunt ad complementum numeri istarum et si redditus relicti pro hoc legato non sufficiant, sed numerus missarum moderandus est iuxta praescriptum huius decreti, quod si non inveniuntur Sacerdotes qui onera missarum in se susciperent tunc satisfacere debent heredes dando aliquam elemosinam ex dicto legato alijs Sacerdotibus qui in earum missis collecta pro testatore dicant.

Statuere circa haec quicquid] Congregatio Concilij censuit Episcopum in Synodo Dioecesana posse constitutionem facere absque consensu et approbatione cleri, debere tamen eum requirere consilium Capituli Et illud non teneantur sequi nisi in quibusdam casibus a iure expressis

De Synodo Dioecesana] unde sess. 24. cap. 2.

Vt eorum semper defunctorum] Haec dictio semper non refertur neque ad tempus neque ad diem, sed intelligi debet semper, idest in singulis missis quas iure reductionis celebrari continget.

Commemoratio fiat] quae satisfit per intentionem applicationis missarum per preces quae offeruntur in 2.° memento, et per collectas faciendas illis in missis in quibus collecta fieri possunt.

Religiosi qui ob Sacerdotum paucitatem oneri missarum satisfacere nequeunt in suis Capitulis generalibus prout magis expedire iudicaverint providere poterunt.

Tam magnum missarum numerum] Ex hoc decreto non licet Episcopo reducere onera missarum beneficio in fundatione apposita.

Sess. 25. de reform. cap. 5.

Erectione seu fundatione / Habens capellam non tenetur promoveri ad sacerdotium dumodo in fundatione cautum non sit ut capellanus per se ipsum missas celebret, sed debet curare ut per alium missae in ea celebrentur, nec erit satisfactum oneri, si missae in alia ecclesia erunt celebratae.

Potest conferri simplici clerico capellam habens onus celebrandi missas nisi ex fundatione cautum sit ut per se ipsum celebret.

eis non derogetur / nec de consensu patronorum. Sed per hoc censetur sublatam esse facultatem huiusmodi de qua per Covar. in c. cum accessissent de constit. et ibi Abb. n.° 9.

Et ideo Congregatio die .... Januarij 1597. censuit non licere Episcopo post Concilium etiam accedente patronorum consensu derogare qualitatibus in fundatione beneficij appositis, et si beneficium in fundatione certam aetatem requirat non posse Episcopum illud quamvis patronus consentiat ei conferre, qui nequaquam fuerit huiusmodi aetatis.

In omnibus Ecclesijs Cathedralibus / cap. 4. sup. sess. 6. de reform: loquitur de Capitulis Cathedralium, et aliarum maiorum Ecc.arum non aut de Collegiatis. Ideo quod hic dicitur de collegiatis maiorem habet dubitationem, dum coguntur Ep.i hanc formam servare in collegiatis in quibus militant rones Concilij. contigit in facto inter Epum Cremonen. et Prepositum volente Epo in visitatione corrigere Can.cos Collegiate Ecclie preposito salviente in causis criminalibus iuxta c. 20. §. ad hec. sess. 24. contra replicante Preposito et Capitulo quod per Epum debet servari forma huius cap. 6. et hec allegabantur pro Epo, p.o quod hic textus refert se ad cap. 4. sess. 6. ubi exemplificat tm in cathedralibus et verbum nullum facit de collegiatis 2.o qd hec verba cum aliquem ad fin. non vr se restringere ad d.m c. 4 sess. 6. quod loquitur de Capitulis privilegiatis exemptione sive privilegio vel consuetudine. 3.o quod totus iste textus usque ad fin. non loquit. nisi in Cathedralibus in civitate in qua Epus habet tribunal, domum, Vicarium, Chorum, dignitatem, Capitulum quod in dubio de Cathedrali intelligitur, et non de capitulo collegiate. 4.o quia non pot fieri quod que hoc textu observanda percipiuntur habere possint locum in collegiatis per diocesim existen. cum Concilium videat.r requirere presentiam Epi vel Vicarij. 5.o Quia nulla ratione procedere potest ut Capitulum Collegiate que ante Concilium subijciebantur soli Preposito, cuius loco in criminalibus subrogatus Epus d. c. 20. §. ad hec non eodem modo subijciatur Epus, ut ibidem de Cathedralibus, que ante hunc textum habent iurisdictionem in suos, ac cap. 6. quia ad evitandum iurium correctionem debemus intelligere hunc textum procedere in Capitulis, qui ante Conc.m habebant iurisdictionem in singulares Can.cos textum vero d. capitu 20. sess. 20. procedere in illis que nullam habent iurisdictionem in quibus nihil innovatum est, 7.o quia hic textus in fin. ibi hec autem omnia reservat Epis omnem iurisd.em quam habent maiorem nihil ergo eis auferrimus ab.

auctoritate quam prius exercebant; sed in contrarium dicebatur p.º q.d hic textus in princ.º exprimit Collegiatas ergo sumus in expressis; 2.º quia hic textus nunq. se restringit ad Cathedrales, quoniam prosequitur sicut ab initio, et se seruant etiam in Collegiatis; 3.º tollitur alio modo correctio in rium Sti. c. cap. 20. si ad hec procedat cum subditos quoscunq. ex capitulo sed quo ad illos qui sunt de capitulo debet remanere illa forma propter specialem reuerentiam que debetur capitulo. 4.º quia ista uerba ita tn. uidentur restringere auctm. Epi. fauore capli, ergo non debent obseruari contrarium; 5.º quia ex illis uerbis tex. huius ibi, ceteris aut in rebus, colligitur q.d loquit.r de quibuscunq. Caplis qui habuerint iurisdictionem non de iurisdem. que de consuetudine non de iure competit Caplo iurisd.o in singulare Canonicos c. irrefragabilis. s. excessus. ubi glo. de off. ordin. Abb. in c. in genesi n.º 2 de elect. Placet mihi p.a opinio, quod hic textus simul cum 4. sess. 6. procedant in Caplis exemptis que prius hanc iurisdem. obtinebant, et ita censuit Congr.º sub die 2. 7bris 1594. quod Epus possit corrigere Canonicos et alios sue eccl.e delinquentes sine Capli interuentu.

Hoc decretum procedit duntaxat in Caplis a iurisd.e Epi. exemptis et ita plures declarauit sacra Cong.º

Hoc decretum non pertinet ad Ecclesiam Cathedralem tamq. Cathedralem, sed ut exemptas. Unde collegiata que prius non erat exempta, sed in omnibus Epo subiecta erecta in Cathedralem non comprehenditur hoc decreto

Hoc decretum obseruandum in Caplis exemptis lz aliqua statuta antiqua contraria habeant, q.d intelligi, nisi essent a Sede Apl.ca approbata.

Lz Caplo exempta gaudeant priuilegijs ex hoc cap. eis concessis ijsdem tn. non gaudent personae illis inseruientes cum uere exemptae non sint ecclesiae ex capitulum.

Si Capla de quibus in hoc decreto, et 4. sess: 6. c. 4. sunt exempta a iurisd.e Epor. tenentur seruare decreta illius Concilij prouincialis cui interfuit Epus.

At Caplo cuiuscunq. eccl.e collegiatae ea oia obseruari debent, que decreta sunt hoc

cap.° a Conc. Trid. et sub nõie processus ed intelligitur p.a citatio.

In formando processu / An sine consensu Cap.orū possit solus Epus p.am citationē decernere ex thimo q.d cum ante citationē debeat p.cedere processus saltem informativus pro habendis inditijs quorū virtute decernat.r citatio debeat in hoc servari forma Conc.ij quare Sacra Cong.o censuit q.d sub nõie processus intelligat.r ed p.a citatio.

Quando Epus visitaverit / ut ibi observari et esse exequendum Cong.o Conc.ij censuit, vide quae supra notata sunt sess. 6. cap. 4.

Circa Epus Abulen. virtute executorialium a Rota decretar. et alior. iuri ut sibi ad hoc competentiã Cathed.les ecc.ae Abulen. et illius p.sonas cap.les visitare, corrigere, punire, et castigare possit et debet iuxta formã Conc. Trid. ut negotium hoc qua decet pace et quiete impediri valeat supplicavit infraptos dubia declarari.

1.° An in visitatione d. Eccl. et personar. Epus necessa debeat assumere notarium et secretariū Capli, vel potius unum ex suis notarijs quem ipse ad hoc elegerit, cum in hoc cap.o expresse sit dispositum quod acta fiant coram Notario Epi.

2.° An Epus visitando possit solus sine adiunctis capitularibus peccata et excessus capitularium quos correctione et punitione dignos repererit corrigere punire et ...

3. An Epus vel eius Vicarius quando simul cum adiunctis Capitularibus extra visitationem contra aliquem ex capitularibus ad punitionē delictor. procedunt, iuxta formã Concilij hoc caplo, debeat intervenire fiscalis ipsius Epi, ut Capitularium crimina accuset et prosequatur, vel potius ad hoc munus sit assumendus vel nominandus alius fiscalis et servitoribus vel capellanis d. ecc.e Abulen. q.d absurdum videtur quia famulus non possit qua decet libertate et solicitudine accusare et prosequi Dominor. crimina.

Ad has tres dubitationes sic ab eadem Sacra Congreg.ne responsum fuit

Ad p.m in visitatione de qua agr p.m notum ab Epo esse assumendum non illi tamen caplo suspectum.

Ad 2.m Cong.o Conc.ij censuit nõ teneri Epum in p.ta visitatione adhibere adiunctos capitulares, et aliq.d crimen posse corrigere et punire non tñ poena ordinaria sed ea quae ad mõrū magis emendatione quam punitionē respiciat.

Ad 3.m de fiscali posse eund. Epum assumere fiscalem, vel alium quem ipse deputare maluerit

Inter Epum et Capitulum Abulen. de pluribus dubitare contigit quae Epus petit a Sacra Congne declarari.

Pm. est An Epus solus absq. adiunctis capitularibus possit Capitulum visitare.

2m. An hec visitandi facultas extendatur etiam ad res et bona Capli eiusq. administratores

3m. An huius decisio habeat locum etiam cum administratio bonorum inter Epum et Caplm est com.

4m. Quatenus Epo competat facultas visitandi, etiam cum administratio est com. An praescribendus sit modus Epo ne immutet aut tollat decreta ab administratoribus facta, ne eorum potestas aut auctoritas labefactetur.

5m. An liceat Epo de rebus scandalosis tantum et publicis vel etiam secretis et occultis in visitando possit inquirere

6m. An liceat Epo exigere Iuramentum a visitatis.

7m. An sint danda transumpta eorum quae Epus visitando punitione dignum repererit

8m. An Capm possit visitari ab Epo in suis domibus spatialibus, vel in loco capitulari tm.

9m. An Epus visitando possit recusari.

10m. An Epus visitans Iuramentum et acta visitationis in scripturam redigere possit, praesertim si respiciant personas capitulares contra quas non nisi cum adiunctis est procedendum iuxta cap. 6. sess. 25.

Ad pm. Congo Concilii censuit posse, quod si ut praetenditur Capitulum habet statutum ab Aplica Sede confirmatum, hunc articulum Congo remittit ad Rotam, dum tamen interea non retardetur executio

Ad 2m. respondit facultatem visitandi etiam ad res et bona Capituli eiusq. administratores habere, alias delusoria esset visitatio, si negligentes et bonorum usurpatores non castigaret, Archid. c. po de censibus in 6. Jutt. de visit. lib. po c. 15. no 3.

Ad 3m. Respondit Epum etiam eo casu visitare posse, non excedendo tamen terminos visitationi praescriptos

Ad 4m. nullum aliud Epo praescribendum modum, nisi quod iusto visitationis limites se contineat.

Ad 5m. de Inquisitione, Respondit posse.

Ad 6. de Iuramento, Non licere in visitatione praeparatoria secus in speciali. An autem depositiones testium sint redigendae in scripturam Congregatio ait maturius utraq. parte informata se deliberaturam.

Ad 7.m de transumptis dandis, posse ibidem in preparat.o secus vero in speciali

Ad 8.m Epum non posse visitare in eius domibus Capitulis, sed cum visitare voluerit Cap.m debere accedere ad locum suum quo est Capitulus congregari, et eorum actus expediri consueverit si tamen id congruum fieri possit, vel minus ad locum congruum et comunem, sed non teneri accedere ad locum Capitularem quoties prosequi velit visit.onem alicuius part.is seu eorum de Capitulo.

Ad 9.m Respondit Epum recusari non posse cum gratiam visitationem aggreditur nec cum ad specialem descendit, si modo sine strepitu et figura iudicij procedens penas imponat debitas non ordinarias, sed eas tamen quae morum emendationem respiciunt, et modum in corrigendo non excedat.

Ad 10.m et ult.m de redigendis in scripturam Iuramento et actis visitationis Resp.t Episcopum non posse.

Censuit Cong.o de voto Rotae hoc decretum comprehendere non solum Capitula exempta sed omnia alia pretendentia se posse tueri non modo adversus visitatorem ut c. 4. sess. 6. sed et adversus ea quae disponuntur licet agenda sunt ex visitatione sive vigore privilegiorum et ex fundatione competentium, nec non consuetudine et immem.lis temporis praescriptione sententiis iuramentis concordiis quae tamen suos obligent authores.

Fuit dubitatum an Portionarij qui habent vocem in Capitulo possint visitari ab Epo, ab adiunctis, fuit resolutum quod sic quia etiamsi quod habeant vocem in Capitulo non propterea erant de Capitulo, cum de Capitulo sint tamen Can.ci Felin. in prohem. decretal. n.o 5. et habere vocem in Capitulo non operatur quod quis sit de capitulo, glos. et Doct. in Clem. 2. de Etat. et qualit.

Ex officio vel ad petitionem alicuius / Epus criminaliter procedens contra Canonicum privilegiatum formam in hoc decreto traditam servare debet.

In Crimine concubinatus potest solus Epus ex hoc textu ad informationem sum.am et carcerationem procedere ubi de fuga timetur idque absque monitione, et forma illa quae scripta est in ead. sess. cap. 14.

Contra aliquem ex Contentis / An facultas procedendi con(tr)a aliquem ex Capitularib(us) exemptis pertineat ad Ep(iscop)um et adiunctos iux(ta) hoc cap(itulu)m tota devolvatur ad Ep(iscop)um, si adiuncti requisiti cum eo procedere negligant vel recusent. Cong(regati)o censuit non devolvi ad Ep(iscop)um sed d(ict)o decreto procedat.

Haec facultas non est privativè ad alios qui Jus habent visitandi, et corrigendi; quia eis licebit visitare servatum ab Ep(iscop)o, et correctos ab ipsis n(on) potest Ep(iscop)us de novo corrigere.

Etsi ipsum Capitulum delinqueret, vel aliquis ex Canonicis de mand(at)o Capituli et si Canonicus extra Civitatem delinquat, max(im)e degens in aliquo loco ut puta in loco sui beneficij et si delinqueret intra corpus Eccl(es)ie.

Cum extra visitationem / In casu visitationis non prohibentur Ep(iscop)i quin possint punire delinquentes Cap(itula)res et exemptos n(on) servata forma hic tradita.

Ista facultas concessa Ep(iscop)is etiam extra actum visitationis, non est adeo ampla ut sit privativa ad ea Capitula que sup(er) Canonicor(um) excessus punire possint.

Ut Cap(itulu)m initio / quando exemptum est a Jurisd(ictio)ne Ep(iscop)i et si que disposita sunt in hoc Capitulo habent locum tantum in Capitulis a Jurisdictione Episcoporum exemptis.

An ad Ep(iscop)um vel alium superiorem pertineat procedendi con(tr)a Cap(itu)l(um) quando universum Capitulum deliquit, et dato quod ad Ep(iscop)um pertineat, An de Consilio et assensu duor(um) ex Capitulo procedere debeat iux(ta) hoc cap(itulu)m. Congreg(ati)o censuit ad Ep(iscop)um pertinere d(ictam) facultatem procedendi, etiam absq(ue) adiunctis quando totum Capitulum deliquit, modo delictum non sit in persona Ep(iscop)i vel in contemptum eius, vel ubi Ep(iscop)us habeat interesse per gl(os)s. in vers. per Capitulum in ultimis verbis. c. irrefragabilis. de offic. ordin. et in §. caeterum in vers. Super hoc. in eod. c. irrefragabilis, et non obstat textus d. §. caeterum p(er) illam dictionem maxime quia ibi est casus specialis.

An Capitulum possit singulis annis eligere duos de Capitulo cum quibus teneatur Ord(inariu)s procedere et formare processus usq(ue) ad definitivam inclusive con(tr)a dignitates et illos de Capitulo, non habere locum nisi q(uan)do Capitulum exemptum est.

lligat ep capitulo duos / formam hic prescriptam debere servari in Capitulis tantum exemptis non autem in alijs qui non sunt exempti censuit Congreg.

Capitulum tamen eligere habeat duos Canonicos qui cum Episcopo procedant in causis Canonicorum nullum ius tamen habet in electione Fiscalis qui intervenire solet in criminalibus reorum sed eius electio ad solum Episcopum pertinet.

An ex hoc decreto possit solus Episcopus sine adiunctis capitularibus ad punitionem portionariorum procedere eo quod cum quo portionarij de consuetudine aut ex privilegio Apostolico vel eccl. statutis, vel . . . vel ut plurimum habent vocem in capitulo Congreg. censuit Episcopum posse, cum portionarij non sint de Capitulo ut superius dictum fuit

Quorum Consilio et assensu / Consilium et assensus duorum Canonicorum a Capitulo pro causis criminalibus ductorum ab Episcopo querendum non est si capitulum totum delinqueret aut illi duo electi.

Absolutio illius Canonici qui ab Episcopo et duobus Canonicis iuxta prescriptum huius decreti electis condemnatur, ad eosdem condemnantes pertinet.

Vel eius Vicarius / An Vicarius ex decreto huius Cap. coram Capitulis cum adiunctis ab ipso Capitulo deputatis procedere teneatur quamvis Capitulum exemptum non sit, nec alio modo se tueatur adversus Iurisdictionem eiusdem Episcopi, Congreg. censuit Vicarium non teneri, nisi sicuti tenebatur Episcopus.

Formando processum aliter tamen censuit Congreg. quod a Capitulo uniuscuiusque Ecclesie collegiate ea omnia observari debeant que decreta sunt cap. 6. sess. 25.

Notarii Notarius tamen ipsius Episcopi qui etiam in visitatione quando esset adhibendus notarius, nec ad electionem Vicarij cum adiunctis, et . . . servandum tam in extraordinarijs quam iudicialibus correctionibus:

Exclusio notario Capituli. Electio Fiscalis ad Episcopum solum pertinet.

Episcopus potest assumere suum Fiscale vel alium quem voluerit deputare.

Quando Episcopus vel eius Vicarius iunctis capitularibus contra Capitulares procedit utrum Fiscalis ordinarius Episcopi possit intervenire vel debeant assumere Fiscalem aliquem Capitularium de Choro: Congr. censuit posse

Fiscalem Episcopi intervenire. Et Episcopum vel eius Vicarium non teneri assumere Capellanum de Choro.

Aut consueto tribunali ad Electionem Episcopi vel eius Vicarij dummodo non in Ecclesia eliget, aut quem alium velit, quia optio competit ei qui ad aliquid faciendum est obligatus. Et ita censuit Sacra Congregatio sub die 19. Februarij 1573 procedendi quia Episcopus potest sedere pro tribunali in quocunque loco sue diocesis ubi malient. c. cum Episcopus, et ibi Doct. de offic. ordin. lib. 6.

Tribunal ab Episcopo ubi magis convenit erigi debet et si ex consuetudine illud in Ecclesia haberi soleret quando contra Canonicos agebatur.

Immo in Ecclesia Tribunal haberi prohibetur non obstante quacumque consuetudine.

Vicarius Episcopi debet convenire in consueto tribunali quando procedit cum adiunctis quod erat in Ecclesia Salamantina in claustro dummodo sit extra corpus Ecclesie.

In Criminalibus tamen Episcopus potest Corrigere Canonicos et alios sue dioc. delinquentes sine Capituli interventu, et decretum hoc intelligitur duntaxat de Capitulis a Jurisdictione Episcopali exemptis. Idem sepius declaravit Sacra Congreg.

Capitulum H. pretendit quod Episcopus non possit inquirere de criminibus occultis sed solummodo de publicis et notorijs; Congregatio censuit de omnibus posse.

Cum Magri Capelle ceterique Cantores, et Organiste non sint de Capitulo, an istos Episcopus solus sine adiunctis punire possit. Congregatio censuit nisi he persone comprehendantur in conformationibus Capitulis ex Conc. cap. 6. sess. 25. omnes qui non obtinent dignitates, neque sunt de Capitulo in Causis Ecclesie Episcopo Subijci.

Ex incontinentia provenientibus / In crimine concubinatus potest Episcopus solum ad informationes summarias, et carcerationem procedere ubi de fuga timetur etiam absque monitione, et forma illa que prescripta est hac ead. sess. cap. 14.

Ubi de fuga timetur | An hec conditio referatur ad utrumq. casum Ubi tam de concubinarijs, quam de atrocioribus criminibus ult. dic. ad utrumque nam ubi non timetur de fuga Epus non pot procedere contra concubinarios nisi servata forma cap. 14. ead. sess.

Personali detentione | Carceres pro Capitularibus delinquentibus in Domo Epi esse debent.

Ad sumariam informationem | absq. monitione ulla de qua sup. cap. 14.

An Epus visitans teneatur dare transumptum, si reperiat aliqd delictum correctione vel castigatione dignum; Cong. censuit teneri.

In loco decenti custodiantur | Et Canonici sint custodiendi in loco decenti, Carcer tamen debet esse in domo Epali, et non in Ecclia.

Mulcte que exiguntur a Capitularibus non sunt aliquibus eorq. functionibus applicande, velut processionibus vel pijs locis.

Idem honor tribuatur | Licz in Capto primus honor dandus sit Epo non pot tn Epus illud convocare in domo propria si obstat antiqua consuetudo.

Epi convocare Captum ad libitum possunt dumodo non personaliter debere ad convalidum suum vel sui q. spectante, Captum tn ipsum potest quandocunq. vult se congregare.

In Processionibus | Processiones dirigende sunt quo voluerit Epus cum consilio Capti, ad eundemq. cum eiusdq. consilio spectat omnem processionem prescribere.

Ad Epum pertinet cum Consilio Capti decernere et edicere, quo dirigende, deducendeq. sint processiones non obstante etiam immemoriali consuetudine pro ut in decreto Concilij

Hoc Congnis decretum declaravit Congo intelligi opportere in processionibus duntaxat publicis non aut in privatis. Privatas aut processiones eas intelligit in quibus alieni Clerici non vocantur, sed a Capitularibus et Clericis Cathedralis Eccl. tn fiant ob aliquas privatas causas, porro in sub. processionis absente Epo eand. facultatem habet Vic. gnalis in processionib. decernendis et dirigendis, quam habet Epus.

Sess: 25. de reform: cap. 6.

Sit Eminentissima Sedes / Per haec verba fuit resolutum quod Rector Parochialis Ecclesiae Ripae Transonensis qui ex immemoriabili consuetudine deferebat in publica processione Sacramentum Eucharistiae iuxta Clem. unic. de relig. et vener. Sanct. et sup. sess. 13. cap. 5. cadat Episcopo nuper erecto qui vult ipse Sacramentum huius deferre, sic censuit Congregatio de mense Aprilis 1573.

Et praecipua auctoritas / Non potest tamen solus Episcopus sine consensu Capituli edicere et dirigere processiones.

Qui si aliquid Canonicis / Episcopo ex decreto huius Capituli quo ad convocationem ordinarii Capituli spectat, ea duntaxat auctoritas est attributa, ut eo solo casu possit ipse suo arbitrio capitulum convocare, vota exquirere, et iuxta ea concludere dummodo non sit actum de re ad suum vel suorum commodum spectante; in reliquis Capitulis Conc. Trid. nihil novi statuit.

Ad suum vel suorum commodum / Ex hoc decreto Episcopo ordinario eo duntaxat casu tribuitur facultas convocandi Capitulum quando Canonicis aliquid deliberandum proponit, nec de re agit quae ad suum vel suorum commodum spectat, neque prohibetur eidem quominus Capitulum suo arbitratu convocare possit, etiam si nulla Capituli voluntas accedat; in reliquis Concilium suum unicuique ius reservavit.

Dubitatum fuit An decretum Concilij hoc cap. quo conceditur facultas Episcopis convocandi Capitulum nisi de re ad suum vel suorum commodum spectante agatur sit intelligendum, quando res ad se vel ad suos privato nomine pertinet, An vero et si pertineat ratione dignitatis Episcopalis. Congregatio censuit quod Episcopus convocare non possit Capitulum in illis casibus in quibus Iudex esse non potest, Iudex enim convocare potest Capitulum facit Abb. in c. venerabili in fin. de censibus.

Episcopi ipsi hoc tamen casu / Conc: declaravit quod Capitulum non potest congregari sine consensu et scitu Episcopi, reliquos autem casus reliquit in terminis Iuris veteris; In Capitulis vero non exemptis quae ordinario subsunt servandum est Ius commune.

Capitulum

Capitulum conuocent.) Hoc decreto Conc. non prohibetur Capitulum quominus arbitratu suo conuocari possit et si nulla Epi uoluntas accesserit, tantum Epo eiusq. Vicario, maximam eam potestatem Conc.m reseruat que ex alio iure ante Conc.m quesita eis competeret quo in extra part. Capituli perscriptum est.

Epus controuersiam habens cum Capto non pot domi sue Capitulum congregare sed debet ad aulam Capitularem conuocare, in qua antea semper est solitus conuocare.

Et in domibus proprijs pot Epus conuocare nisi locus spatio ad hoc deputatus haberet in quo solitum esset Capitulum conuocari et congregari.

Capitulum H. pretendit Epum non posse uisitare personas Capitulares alibi quam in loco uel Camera Capitulari; Cong.o censuit posse in loco decenti.

Epus Florentin.s non pot Captm ecc.e Cathed.lis domi sue congregare sed idem debet ad aulas Capitulares conuocari, in quas antea solitus est semper captm conuocari; Et alio Congreg.ni decreto uidentur declaratum quod domi sue conuocare possit in casu pto tm.

Capitulum conuocent.) An per hec uerba Epus habeat uocem in Capto sicut Can.ci capitulares? Videtur quod non, Conc.m dat solum facultatem ut Capitulum conuocare uota exquirendo, et iuxta ea concludere possit, et sic conclusio est facienda iuxta uota Capti conuocati presertim ubi talis est consuetudo Capti et Glos. in c. ea noscit. uer. libertate de his que fiunt a Prelat. sine cons. Cap.i Quod tn limitat.r in casu con. Epo et Capto ut per dd. ibi et in c. nouit. eo tit. tenet Felin. in prohem. decretal. n.o 111. et seq. Est enim proprium ex iure Canonici habere uotum in Capto ut not. Innoc. in c. 2. de Instit. Et cum Epus possit esse in capto quandoq. ut Prelatus, quandoq. speciali Iure ut Can.cus in p.o casu non habet uocem in capto, sed potestatem concludendi iuxta maiorem partem Capti. c. ea collatione ubi glos. in uer. nota. quod Epus de Appell. in 6. qua dicit esse ueram opinionem con.a Host. et idem firmat glos. in c. cum in Ecc.a uer. pro intellectu istius Capti de preb. in 6.

Sess: 25. de reform. cap. 6.

Episcopum non habere vocem in Capitulo, Sacra Cong.ne censuit.

Vota exequirant / vota debent exequire Epi in Capitulo sed non dare.

Declaratum fuit debere hoc fieri iuxta consuetudinem, et statuta hactenus observata, et idcirco non potest cogi Cap.m ad tenendum secretarium qui sit clericus, sed possit habere laicum, Punctator vero debet esse clericus in sacris constitutus, sm Decretum Concilij Provincialis Compostellani revisum per S. d. N. anno 1565. Et si ab imm.li tempore deputatio Punctatoris pertineat ad Capitulum ita observetur quia in hoc Conc.m nihil mutat.

Ab ijs de Capitulo, absque consensu Epi.

An visitatio ad formam cap. 4. sess: 6. et cap. 6. sess. 25. eatenus competat ex his decretis Epo ut non liceat Decano, et Capitulo singulares personas ipsi Capitulo subiectas cumulative cum Epo seorsum tn ab eodem non excludendo ipsum Epum toties quoties sua vult auctoritate, volentem visitare corrigere, et emendare, iuxta antiquam et imm.lem hactenus observatam consuetudinem, Cong.o Conc.i censuit, immo ita licere Decano et Capitulo visitare subditos suos.

Nec ad id Vicarius Epi / Vicarius Epo non admittatur ad cap.m quod intelligendum est si Cap.m est exemptum. Et ita observari iussit Cong. Concilij cum Vicario Tarentino.

Capituli Iurisdictio et potestas declaratum fuit debere hoc fieri iuxta consuetudinem et statuta hactenus observata, et ideo nõ potest cogi tenere Secret.m clericũ vel laicũ nisi ut voluit; Punctator vero ut supra.

Qui vero nõ obtinent dignitates, nec sunt de Capitulo / An qui non obtinent dignitates, nec sunt de Capitulo, intelligantur ii tantum qui ex Cathed.les vel Collegiatas Ecc.as Et in extra Collegia officia, vel simplicia benef.a obtinent, sed et qui in eisdẽ Ecclijs vel Capitulis in divinis et alijs ministerijs famulantur, sive sub Capitulis suis ex illa degant et hi vel in eis Ecc.is Epo subijciant. Cong.o censuit ita intelligi dummodo non sint de Capitulo, vel Capitulo inservire, aut sub Capitulo esse dicantur.

Qui non obtinent dignitates, nec sunt de Capitulo ut portionarij in Cathed.lis

qui habent stallum in Choro, et vestem Canonicalem, et votum consultivum, sint de Capitulo et comprehendantur hoc decreto. Dubium faciebat doctr. Innoc. in c. 2. ad fin. de instit. ubi requirit quod quis habeat ius canonicae, et per alia quae cumulat Felin. in prohem. decretal. n.o 3. sed secus visum fuit Sacrae Congreg.ni propter votum consultivum quod habent illi portionarij per quod omnino dicunt esse de Capitulo nam qui habet ius Can.cum Fel. in c. cum M. n.o 37. de constit. et ita censuit Cong.o 10. Kal. Januarij 1569.

Quod autem de dignitatibus dic ut per eundem Fel. ibidem in prohem n.o 19. ubi negative respondetur nisi adsit consuetudo

Nec sunt de Capitulo etiam si subeant Capitulis vel illis interveniant aut famulentur foris et intus Eccl.am in divinis vel alias.

Obtinens beneficium in Cathed.li vel collegiata, vel illis aliquo modo serviens subiectus est omnino Epo, nec gaudet privilegijs Can.orum sed suo Episcopo subiectus est.

Nec non consuetudinibus Cong.o censuit non obstare quominus Vic.us Archiepi possit intervenire in Capitulo, et in eo praesidere, si facultas ei ante Conc.um ex consuetudine, aut alio quovis iure legitime competebat iuxta decretum huius Concilij in fine, praesertim si capitulum ipsum nullo exemptionis aut spatij iure iuvetur ad sui omnimodam iurisdem

In his aut singulis agendum esset in Capitulo de re spectante ad Archiepum, vel ad suorum computum, Cong.o eque censuit ut ne eius Vic.s interesset,

Etiam Immemorabilibus An derrog.o Imm.lis de qua hoc capitulo extendat.r ad disposita in d. c. 4. Sess. 6. Cong.o censuit extendi.

Concordijs quid si concordia sit a Sede Ap.lica confirmata, an hic Dec. procedatur, et videbatur quod non propter duplex vinculum iux. glos. Clem. dudum. §. nos etenim. vers. pacta de sepul. ubi Joan. Monach. quem glos. allegat. Felin. in c. constitutus n.o 5. de rescriptis.

Sess: 25. de reform. cap. 6.

Rom: Singul. 02. plus euinidett. quas quidq. tales simplex licut reuocans statuta non uenit statutum iuratum. Rot. decis. 6. de constit. et decis. 105. de rescript. in antiq. Felin. in c. constitutus. n.o 5. de rescript. et in c. nonnulli, n.o 125. eod. tit.o quod tanto magis procedit si confirmatio sit facta ex certa scientia, tunc enim maiorem firmitatem addit, et uocatur concordia Ap.lica ut in materia transactionis firmat Surdus tract. de transact. 9. 105. n.o 22. tom. 01. et Concilium ubi uoluit derogare concordijs à Sede Ap.lica confirmatis hoc expressit ut ut sess: 22. c. 3. c. 1. in fin. et sess: 24. c. 14. Non obstat quod tales concordiae sint contra ius comune, quia Epus sedere pro tribunali in quocunq. loco Diocesis. c. cum Epus. de offic. ordin. in 6. et ob id sint nullae maxime in preiud.m successorum nisi à Sede Ap.lica confirmatae, et ex quo illa uerba concilij operentur aliquid debent habere locum in concordijs confirmatis, quia respondebitur quod idem esset dicere per d. Clem. dudum. de sepult. ubi si pacto portionarij renuntiaret in fauorem fratrum minor. portioni ipsis debitae de iure cum tale pactum non ualet in preiud.m succ. quia esset contra ius coe in c. nostra de sepult. Siluest. uers. Canonica portio. n.o 3. Archid. in c. pactum de pact. lib. 6. et nihil.s si tale pactum esset confirmatum à Sede Ap.lica non tolleretur per illam Clem. ut dicit illa glos. alleg.a et hanc oppinionem sequuntur Alex. cons. 125. n.o 2. lib. 2. et Gramat. decis. 66. n.o 01. Re tandem proposita, et maturata in sacra Cong.ne Ill.ma conuenit derog.nem de qua in pnti texto comprehendere concordias à Sede Ap.lica confirmatas, quia textus hic innititur iure coi uti Epi corrigant Subditos. c. cum Epus de offic. ordin. in 6. et cum hic textus deroget Priuilegijs etiam ex fundatione competentibus et consuetudinibus immemorabilibus quae nd sentijs ac iuramentis, quae sunt maximi momenti, et maioris fortasse firmitatis, derogat etiam alijs, et glos. illa in uers. pacta, super qua se fundant supraallegati Doct. loquitur si bene ponderetur quod concordia

erat stabilita per sent.iam Iuditialem, et postea accessit confirmatio, et sic tria uincula, sententię, concordię, et confirmationis, et non obstat illa glos Card. ibidem refer. Ioannem 22. bis iudicasse, et ita fuit resolutum sub die 15 Aprilis 1570. sed iterum excitantibus DD. de Rota hanc difficultatem per nores allegatas in p.o parere S.D.N. ex Cong.nis sent.ia declarauit hunc textus cum suis derogationibus non comprehendere concordias a Sede Ap.ca confirmatas.

Fuit propositum in Cong.ne An intelligatur de concordijs in forma coi confirmatis An uero de illis tm̄ quę ex certa scientia, et die 15 nouemb 1586. Sacra Cong.o censuit esse ꝓseruatas ex hoc textu, et ex c. 4. sess. 6. confirmatas, et ex certa scientia cum cāe cognitione duntaxat.

Decisio super Interpretatione cap. 4. sess: 6. et cap. 6.o sess. 25. Conc. Trid. facta per DD. de Rota Instante Sacra Cong.ne Ill.morum Cardinalium eiusdem.

S.S. Decano De ordine S.mi et Cong.nis Ill.morum DD. Cardinalium Conc. Trid. proposui in Rota dubium, quod ortum erat inter Epum Gadicen, et Decanum et Capitulum eiusdem Ecclię super Interpretat.e tam cap. 4. sess. 6. q cap. 6. sess. 25. eiusdem Sacri Concilij et partibus hinc inde informantibus fuimus omnes sine difficultate in uoto, quod uigore harum constitutionum possint per Epos et alios maiores Prelatos Capituli Cathedralium, et aliarum maiorum Ecclesiarum illorumque personę uisitari, corrigi et emendari, et auct. Ap.ca non solum si Capitulum huiusmodi ac personę uellent se tueri exemptionibus, sed et consuetudinibus sententijs Iuramentis concordijs quę tm̄ suos obligent authores, nō etiam successores Itaq. Sancta Sinodus comprehendit non solum Capitula exempta sed et omnia alia pretendentia se posse tueri aduersus uisitationes seu uigore consuetudinum siue sententiarum siue Iuramentorum siue concordiarum. nonnihilominus enim est indefinitum in L. equipollere uniuersali, Preterea satis erat dixisse nullis exemptionibus, si nihil ultra Imped.tum quam exemptionis Sancta Synodus tollere uoluisset, quod non est dicen. Stantibus subsequentibus uerbis ut Consuetudinibus, sentijs, Iuramentis, Concordijs, quam

Sess. 25. de reform. cap. 6.

Interpretationem clarissime comprobant verba c. 6. sess. 25. ibi statuit Sancta Sinodus ut in omnibus Ecclesijs Cathedralibus, Nam qui omne dicit nihil excludit, et ibi quod omnia respiciant visitationem, derogaturque privilegijs etiam ex fundatione competentibus, nec non consuetudinibus et immemorabilibus sententijs, Iuramentis, concordijs que tantum suos allegent authores, Addit insuper Sancta Sinodus in favorem Episcoporum omnia et singula de quibus in d. c. 6. locum non habere in ijs Ecclesijs in quibus Episcopi aut eorum Vicarij ex Constitutionibus, vel privilegijs aut consuetudinibus seu Concordijs vel quocunque alio Iure maiorem habent potestatem auctoritatem ac Iurisdictionem quam praesenti decreto sit comprehensum, quibus Sancta Sinodus derogare non intendit, ex quibus verbis tollitur unum motivum deductum per Informantes pro parte Capituli, quod et decreta huius non contineant derogationes Statutorum Capituli, quia ex verbis proxime relatis constat de contrario cum solum observent constitutiones in favorem Episcoporum, Ex quibus infertur praedicta omnia multo fortius habere locum si Capitulum non esset exemptum, aut consuetudinem non haberet, aut sententias, aut Iuramenta, aut concordias; ita concluxit Rota.

Consuetudinibus et immemorabilibus / An ista derogatio immemorabilis de qua in hoc textu extendatur et ad disposita in c. 4. sess. 6. Congregatio censuit extendi

Iuramentis / Quia quivis debet observare Iuramentum c. ad nostram ubi Fel. ibi vir. vir. Afflict. decis. 163. n.° 2. Et quod Prelatus teneatur observare proprium Iuramentum facit c. cum venissent. ubi Io. And. de instit. c. cum venientes. de testib. Fel. cap. p.° de probat. Etsi sit contra dispositionem iuris crois Moheid. decis. 240. Et si contravenerit incidit in periurium Abb. in c. dilecto. n.° 10. de preb. sicut Prelatus non potest venire contra Constitutionem a se factam Abb. in c. et si Clerici. §. Adulterijs. n.° 10. de Iud. nam statutum et illicitum servandum est propter Iuramentum Archid. in c. non est. 22. q. 1. et c. si aliquid. 22. q. 4. et c. si vero. de Iur. iur. quod limitatur si servari non possit sine interitu salutis

Rot. decis. p.a de iure iur. in nou: et 105. alias 403. de rett. Apol. N. Limitatur si preiuditium irreparabile inferat Ecclesie, tunc enim vere Ecclesie non est obseruandum Aret. cons. 104. et censuit His Rota coram Gratto in una Gadicen 1569. sub die 19 Maij et coram Seraphino sub die 105. Maij 1573.

Qui uero non obtinent dignitates sed die 22. Aug.ti 1596. Cong.o censuit decretum illud obseruari ne dum dignitates que habent Administrationem cum iurisd. sed et illas dignitates que pro talibus habentur in Ecclesia quam sententiam S.D.N. ad rem relatam approbauit.

In Coadiutorijs quoque cum futura successione sed Epo N. petenti ut posset facere Coadiutorem in Abbatia quam in Gratus resignatione retinuit concessum est, ut eligat Vicarium ad uitam, uel Coadiutorem.

In Commendam Hosp.lia ob rationabilem cam quandoq. a Sede Ap.lica ad quatuor menses tantum comendantur, cum decreto quod omnes fructus in usus pauper. convertantur.

Petente Card.le de Pisis ut Hosp.le Placentin. vacans per obitum eius familiaris sibi saltem ad sex menses comendetur. Cong.o censuit dandam ei custodiam per breve ad quatuor, ut postea de idoneo viro provideatur, ex hoc decreto modo ipse nullos fructus percipiat, sed omnia in usu Hospitis convertat.

Ecclesijs suis unitam / In Hospitalibus unitis si per longum tempus fuerit intermissa Hospitalitas, quia Unio facta erat alteri Hosp.li nihil.s secius in eo introducenda est Hospitalitas.

Juxta Constitutionem / de Relig. dom. in Clem. querebatur numquid ibi textus habeat locum in hospitalibus, que gubernantur a Laicis ad tempus ut sunt Hospitalia Laicorum in quibus nullum Ius competit Ep.o, et videbatur quod non, cum hic tex. se referat ad Clem. quia contingit. que loquitur de hospitalibus que dantur in titulus vel admin.em, Ego tamen cum distinct.e respondendum existimavi, quod aut Hosp.le est privatum absq. Ep.i auct. fundatum, et tunc procedat id dictus est quia pot quilibet facere domus suam Hosp.le pauperum, Itaquod Cap. alleg. 41. tenet Abb. in c. ad hec n.o. de relig. domib. Si vero Hosp.le sit Laicorum Ep.i tn auct. fuit institutum, vel si non constet de auct. Ep.i, tn constet quod ibi publice celebrentur divina off.a tunc censendum est, ut Eccl.as et visitari debeat ab Ep.o. Archid. in c. nemo il p.o de consecr. dist. p.a Feder. de Sen. cons. 103. Silvest. vers. Hosp.le n.o 2. Host. in Sum. de regul. §. si quid istius. glos. in d. Clem. quia contingit in fin. ver. altare, Idem si habeat Cimiterium et Sepulturas vel titulum alicuius Sancti, vel gaudeat privilegio Ap.lico, vel quod bona ei donata converti amplius in prophanum usum ut per Abb. in c. parentibus in fin. de privil. Cald. cons. 4. tit. Fel. in c. de quanta n.o 12. de rescript. Jo: de Selua

tract. de benef. 3. par. q. 57. Sarn. de visit. q. 12. Abb. in d. c. ad haec ibi addens. Item si habeat formam ecclesiae cum campanis et aqua benedicta Tald. cons. 5. de relig. dom. Paul. de Castr. cons. 167. ad fin. lib. 2. Bart. in c. officij. n.o 9. in fin. de test. Item si habeat beneficium unitum in d. c. de quarta n.o 12. in fin. Idem quod bona sint descripta in libro ecclesiae Bald. in l. seminat. C. de milit. et tam Bart. et Alex. ad eum in l. dura. C. de agri. et cens. lib. 11.

Qui eorum institutioni sit proximior / In Hospitalibus in quibus non habentur laborantes proprio morbo iuxta primum Institutum Hospitalis licet reddantur recipiendi proprio morbo laborantes iuxta verba Concilij non tamen ejiciendi sunt, si qui alij pauperes diverso morbo laborantes, aut aliqui miserabiles reperiantur, cum vere mens Concilij fuerit providere ne qui possident Hospitale fructus in usus proprios convertant sub pretextu quod non inveniantur infirmi secundum Institutionem primam Hospitalis.

Ultra triennium / S. Congregatio censuit comprehendi Hospitale cuius a 300. annis et citra collatio et Institutio in perpetuum titulum dari consuevit quia Concilium excepit unum casum duntaxat, quando aliàs in fundatione cautum non est.

Sess. 25. de reform. cap. 9.

Ex fundatione vel dotatione / Cong. Concilij. censuit haec verba recipienda esse disiunctive, nam sufficit alterutrum probare, sit vel titulus ex authentico documento, vel multiplicitas presentationis ut in Conc.o

Iuspatr. acquisitum per augmentum tertiae partis dotis ante 40. annum a die confirmationis Conc. numerandum, validum est, si vero est acquisitum circa annos 40. Eps ut Sedis Aplicae deleg. illud examinare debet et quod in evidentem factum non invenerit revocabit, restitui tn. debet patronis id quod hoc nomine ab eis datum fuit, pro ut in fine huius decreti statutum est.

Ex authentico documento / Iuspat. probatus solo docum.to fundationis absque alia presentatione non tollitur a Conc. unde decit. 2. de prob. in noviss.mo tn. tempus praescriptum quantus de iure requirit ad prescriben. ecc.cam libertatem.

An possit citare possessores beneficiorum curatorum seu simplicium de iure pat. ad ostenden. illorum bullas. Cong. Conc. censuit posse tn. si benef.a post Conc.m sunt collata.

An si non compareant valeat illos privare et excomunicare, vel aliquam aliam penam eis imponere, Cong. censuit posse tn. declarare instit.em irritam et inanem esse, si absque examine Epi facta sit.

An quatenus non compareant si constet eos non approbatos fuisse ab Epo possit eos cogere ad restitutionem fructuum perceptorum ultra privationes beneficiorum. Cong. Concilij censuit posse.

An si dicti Instituti Comparentes sine debita ordinarij approbatione vellent se examini iterum subijcere, debeat eos admittere ut eadem benef.a eis concedant. quatenus reperiant. Idonei, Cong. censuit debere admittere.

Ostendat / An satis sit asserenti sibi competere iusp. ex fund.ne et dotatione si una vel altera presentatio de anno 1554. et 1561. quae effectus sortitae fuerint ostendatur. Cong. censuit non esse satis sub die 16. februarij 1591.

Cong. Concilij censuit hoc decretum locum habere tam in perstorio quam in

possessorio, ideo non esse admittendi patroni presentationem nisi verificato prius patronatu ex dicto Concilij decreto.

Item censuit non posse patronum expelli a sua quasi possess. presentandi si adhibita causae cognitione super Jurepatr. post Conc.m Trid. a patrono presentatum admisisset, et si post obitum eiusdem presentati de validitate Jurispatr. iterum contigerit dubitari, secus autem si simpliciter patroni presentatio absque causae cognitione admissa fuisset.

Item censuit tum demum debere intelligi adhibitam fuisse causae cognitionem in probando Jurepat. cum servata fuerit forma Conc. tradita.

Multiplicatis presentationibus / Jus pat. ex solis presentationibus continuis ultra hominum memoriam probatur etsi in eis nulla facta fuerit mentio de fundatione vel dotatione

Hoc decretum Conc. habet locum et in petitorio et in possess. unde admittenda non est presentatio, aut presentati institutio facienda nisi verificato prius Jurepat.u ex decreto Concilij

Per antiquissimi temporis cursum / haec verba censuit Cong. die 4. febr.ij [illegible] intelligenda esse prout de iure.

Quae hominum memoriam excedat / requirit ergo tempus imm.le quod si probandum est testibus sufficere 60. annos, si per scripturas 100. Rota tenet.

Quaerebatur an habens binas presentationes post Concil. Trid. sit tutus, aut etsi nullo authentico documento. doceat sibi competere Jus p.t ex fundatione videatur in omnibus et per omnia, approbatum hic a Conc.o Cong.o censuit habere locum in possessorio

Ex usurpatione potius quaesitum / quo ad usurpationes bonorum Ecc.arum quae praesumuntur in dominis oppidorum et terrarum habentibus perpetuas Jurisd.em Cong.o censuit Barones et alios dnos Jurisd.em perpetuam habentes comprehendi hoc decreto — s. in ijs. personis.

Nec enim his temporis / an ad proban. privilegium Juris pat. in Ecc.a conventuali ex causa fund.nis et dotationis et quidem in limine eius fund.nis concessum fuisse sufficiat commem.tio vincibus multiplicatis presentationibus quae iuxta formam Concilij hunc effectum sortitae fuerint stante derogatione in calce posita

Cong.^o die 4. Decembris 1586. censuit affirmative tam ex verbis, tam ex [illegible] in 2.^o casu intelligi hoc dubium, quod non haberet privilegium et postea subsequeret. imm.^{tis} cum dd. presentationib. et credere non sufficere.

Cong.^o censuit ut ad conficien. imm.^{lem} concurrant anni elapsi usq. ad terminum controversie mote et non tempus decursum usq. ad publicationem Conc.^{ii} tantum attendendum sit.

Authenticis Scripturis probentur / Nec possunt repelli oblationes oblatas a patronis, ut eorum patroni declararentur esse ex Concilio salvis tn̄ exceptionibus tam huius decreti quam Iuris Comunis.

Religiosi Patronatus / An patronatus in conventuali ecc.^a censeri debeant sublati hoc ver. religiosi; Cong.^o die 4. 8bris 1586. censuit esse sublatos patronatus ex privilegio, non aut ex fundatione, et dotatione.

Vel Collegiatae ecc.^a ad questionem de iure patr. Collegiatae ecclesie, s. Institutio Canonicorum qui presentantur a personis pertinent ad Can.^{cos} ipsos ut ostendant ex privilegio, an ad Ord.^m locum ex cap. hoc huius privilegia sint abrogata et ex c. 23. sess. 14. specialiter cessanti omni privilegio s. Ius patr. hoc non est ex illis que revocata sunt hoc cap. et fuit concessum ea lege expressa ut institutio fieret ab ipsis Can.^{cis} Cong.^o Concilij censuit Ius hoc Institutionis non esse a Concilio sublatum sed saluum ad hoc maneant ex c. 13. sess. 7. et ex hoc cap. sess. 25. si tn̄ de simplicibus beneficijs agatur presentatos non posse institui a Can.^{cis} quousq. fuerint ab ipso D. Epo examinati, et idonei reperti ut decretum est d. cap. 13. et cap. hoc. Si vero de parochial. ecclesijs agatur servandam esse formam examinis que prescribit. sess. 24. cap. 18.

Et privilegia concessa post hoc verbo fundabat siquidem quidam dicens Ius eligendi quod ex consuetud. competebat cuidam Capitulo ecc.^e collegiatae ad Can.^{tus} vacantes, ij Conc.^{m} hic esse sublatum quod falsum est, et fuit ab Ill.^{ma} Cong.^{ne} reprobatum, nam Textus hic restringit se ad Ius eligendi in iure patronatus electivo, non aut in alijs electionib. que de Iure

comuni competunt cum Prelato Inferiori iux Cassad. Decis. 22. de preb. sunt. a. diversa, eligere, et presentare, et cum ibi illis. de preb. Lap. alleg. 91. n.o 11. Host. in summ. de elect. vers. qui possit n.o 9.

Ius presentandi verbi gratia ad Shantionarios datum Capitulo censendum est esse ex privilegio quando Cap.m non fundavit, nec dotavit, nec habet immem.lem Ideo sublatum est hoc decretum.

Ius pat. ex privileg. Epi concessum in cuius pacifica possess. extitere patri patroni per 140 annos cum constet de privilegio, et titulo invalido centenaria possessio prodesse non pot ob malam fidem Ideo per hoc decretum sublatum est.

Remanet dubium, An immem.lis possit propter clausula derogatoria in fini cap. quasi referenda sit et ad Iuspatronatus ex privilegio sed in hoc constituit Congregatio.

Quid si ad Inferiores f. Quando Concilium hic se remittit ad alia statuta in hac S.ta Synodo intelligit Lex. sess. 7. c. 13. dempta illa, Ideo a ut sit sensus beneficia Iurispat. quantumvis simplex tx possit ab inferiori institui; tn semper Epi requiritur examen sic censuit Cong.o die 10 Iunij 1573.

Cong.o censuit cognitionem validitatis vel Invaliditatis Iuris pat. con-tinueri ad Epum duntaxat, non ad Inferiores qui ius habent insti-tuendi pertinere, secus vero si huius Inferiores ordinaria in eo loco habuerint Iurisdictionem.

Quid dr habere Iusp.s ex privil. admittendus tn est ad probam. immem.lem Ab Epo tn excommunicentur f. Et si Institutio pertineat ad Monachos non tn comprehendit benef. quorq. collatio libere pertinet ad inferiores, sed bene se extendit ad omnia beneficia pro quibus facienda est presentatio, electio, seu nominatio, Inferioris collatoris iux decretum cap. 13. sess. 7. Et si isti inferiores Institutores essent Monachi, examen presentatorum ad omnia benef. Iurispat. ad Epum pertinet.

In beneficijs aut simplicib. que non sunt de iure patron. sed sunt ad

collationem inferiorum, examen Epi non est necessarium.

Adeo verum est, quod in beneficijs Iuris patr. examen ab Epo fieri debet qd procedit et si illi Inferiores institutores haberent iurisdictionem ordinarial in clericos ad dicta beneficia presentatos.

Declaratum est alias a Congregatione Concilij examen beneficiorum simplicium de iurepatr. faciendum ab Epo, licet institutio ad Inferiores spectet.

An Abbates et alij ex fundatione exemptionem pretendentes in ecclesijs iuris earumque presentatos instituere possint absque Epi examine, Congregatio Concilij censuit ab Epo fieri debere, et nihil aliud obijciatur, quam dicta exemptio, et alias factam institutionem irritam esse et nullam ex hoc cap. 9. Et quia dd. Abbates pretendunt in dd. huius a se ad patronorum presentationem institutos omnimodam iurisdictionem habere, exempt. illorum Ordinario esse, et ideo declarationem illi non obesse quo minus absque Epi examine, et approbatione presentatos Instituere possint; Congregatio censuit immo eis obesse, tametsi Ordinarii Instituturi sint, et in eos omnem iurisdictionem habeant, alias esse irritam esse institutionem.

Inferiori qui pot Instituere, non pot examinare et approbare presentatum, hic maior pars Illmorum quicquid velit Lambert. de iure patr.

. alij vero dicebant posse examen fieri ab Inferioribus Prelatis dummodo sint ordinarij et habeant iurisdictionem temporalem et spiritualem in subditos, quia illi veniunt appellatione prelatorum. alij vero qui nituntur privilegijs hic revocantur per Concilium in fin.

Irritabit et inanis. Nec sufficit quod presentatus fuerit alias examinatus et approbatus ab alio Ordinario ad beneficium curatum.

Nulla causa vel occasione ingerant / qui tempore quo se ingerit et fructus exigit non est in actu presentandi sed patronus in sensu pura quia de patronorum familia non habet locum in hoc cap. sed alia pena puniri poterit, quia bona aliena invasit, vel surripuit sic censuit Congregatio.

Quid si Patronus velit conducere a presentato bona Iurisp. et qui verbi ingerere

est per viam illegitimam, titulus vero locationis est legitimus maxime pars Illmus respondit affirmative.

Si secus fecerint Episcopum | Ansepere apposite in hoc decreto referantur non solum ad alienationem bonorum beneficii sed et ad usurpationem fructuum illius, Congregatio censuit non preferri.

Fuit resolutum pœnam hanc comprehendere nedum casum immediate precedentem verum et superiores ingerentes se in fructibus beneficiorum.

Que vero a 40 annis citra | isti 40 anni numerandi sunt a die confirmationis Concilij nam si a die quo vellet Ord. inquirere super validitate iurispatronatus essent transacti 40 anni hoc nihil obstat Examini, Interea tamen dum fit examen nullus est in sua quasi possessione turbandus.

Diligenter cognoscantur | Si Ord. post Concilium cognovit de iurepatronatus et admisit post Concilium non potest patronus repelli a sua quasi possessione presentandi si Ord. voluit cognoscere post obitum illius ultimi presentati secus aut si simpliciter eius presentatio fuisset admissa absque cause cognitione.

In totum revocent | Ius patronatus minime legitime constitutum, Episcopi revocent, soluto tamen patronis quicquid Ecclesijs ratione augende dotis fuerit.

Quia per probationem antiquissimi temporis titulus sufficiens nec opus est aliter probare formam tituli, Cassar. decis. 36. fuit dubitatum an isti Laici habeant locum in eo de quo constat quod donaverint Ecclesie sed dubitatur an reservaverint sibi iuspatronatus, Et videtur quod sic, quia titulus donationis dat titulum sufficiens ad iuspatronatus presertim si accedat consensus superioris Ecclesie et Ecclesia indigeat dote pro substentatione et subventione ministrorum ut erat in casu proposito per ea que not. Roch. de Curt. tract. de iur. patr. in vers. dotavit in princ. Paul. de cittad. eo tract. par. 3. q. 3. n.o 2. quo stante, Intrat conclusio quod dotans censeatur sibi reservasse et etiam suis descendentibus ius patronatus, et si illud reservasset, et et si illud non expressissent Rot. decis. 235. alias 5. de iur. patr. in antiquis Staphil. de donno et forma incepta. s. sequitur videre n.o 5. fol. 46. Roch.

ubi sup.a vers. lec.a fundauit n.o 9. Jo. Ep. in c. significauit ubi not. de testib. quicquid in contrarium dixerit Paul. de Cittad. ubi supra par. 2. q. 1. fol. 207. tom. p.o

Memoriam excedat / Intellige si excedat memoriam hominum Fel. in c. cum n.o 4. de prob. et d.r antiquissimum tempus cio. annor. Cassad. decis. 2. de probat. Put. decis. 3. lib. 3. ad quod probandum sufficiunt leviores probationes. Afflict. decis. 73. n.o 25. et sufficit semiplena probatio Dec. in c. p.o n.o 15. de appell. et satis est quod testes deponant audiuisse a maioribus quos nominent Cassad. decis. 3. n.o 9.

Et statur Conjecturis, Inspectionib., et similibus, Dec. cons. 135. n.o p.o et 14. et uerba enunciatiua Papę probant maxime in beneficialib. in quibus habet liberam potestatem Ferret. cons. 99. n.o 4. Dec. cons. 146. n.o 14. Aym. de antiq. temp. par. p.o n.o 2. et seq.

Reliqui Patronatus / nam olim alijs modis acquirebat.r Ius patronandi quos notat Staphil. de modo et forma ...? n.o 14. et seq. fol. 4.

Privilegijs / Et si essent ex causa onerosa, et ob merita ut tenuit Rota in una Corduben. coram R. P. d. Aldobrand.o nunc Ep.o Imolen. 4. Iulij 1567. etiam si cum amplissimis clis. quia Conc.m hic requirit eumd. titulum sed si titulus ex priuil.o non est uere, ut ex fundatione uel dotatione quia aliud est tale esse, et aliud haberi pro tali Bart.o in l. si is qui peremptorie. n.o 5. col. 13. de Diuers. nec in Iure patr. laicor. uerificatur reseruatio c. 2. de preb. in 6. Cassad. decis. p.a n.o 3. de dilat.

Ideo cum constet de titulo priuilegij Conc.m non intrat, Nec obstat q.d Papa possit concedere Iuspatr. ex priuilegio, non secus ac ex fundat.e et dotatione Roch. de Iure pat.s uer. et pro eo n.o 90. quia huiusm. priuilia ante Conc.m concessa post Conc.m reuocantur, ut hic tamquam gratis reuocatio reuocat omnia et si Ius alteri sit quesitum Bart. cons. 172. lib. 2. Aym. cons. 135. n.o 30. si uero priuilegium esset fundatum super antiqua consuetudine presentandi non noceret quia tunc non dat nouum titulum, sed illum qui erat roborat, et magis

Et de Missali / Pius V. in Bulla posita in Missali Romano ex hoc decreto Concilij restituto sustulit omnes alias Cerimonias preces et ritus, etiam alijs Missalis quantumuis uetustis hactenus obseruari consuetis derogans consuetudini Immemoriali

Clausula Bullæ noui Breuiarij illis tamen exceptis, que ab ipsa Institutione a Sede Apostolica approbata, uel consuetudine quæ 200. annos antecedat illis certis breuiarijs usus fuisse constiterit / refertur non solum ad Monasteria, sed et ad Ecclesias Cathedrales Collegiatas, hinc uigore eius soluta omnia Breuiaria illa quæ preuise supra.

De recipienz. et obser: Decretis Conc:

Aliqua difficultas oriatur / In causis grauioribus que comittuntur in Rota apponitur hec clausula, que causae Salamantinae prius fuit apposita Vtq comittatur in Rota cum facultate inhibendi, premissa tn matura causae cognitione et decretis Concilij in hac parti Editis diligenter prius consideratis et discussis in Rota.

Decreta et lrae Congnis semotis litibus sunt executioni demandandae, nec super his sentia vel decretum aliquod est ferendum.

S. D. N. Gregorius xiij eas tm materias de quibus Concm nihil decreuit reliquit in terminis illis in quibus erant ante Concm. Et Ideo h. que ipsis regularibus priuilegia eo tempore indulta fuerunt que decretis Concilij non aduersentur Stas Sua non sustulit.

In una Pisien. Rota auocauit ad se quasi possne opposuit Prepositus qui litigabat cum Abbate de florentia super Iure visitationis de decretis Concilij cap. 0. Congo censuit et consulta respondit licuisse Rotae, auuocare sibi quasi possnem et posse procedere in causa ad ulteriora cum uero ageretur de interpretandis Concilij decretis, tum demum Congo consulta respondebit.

S. D. N. Gregorius xiij uoluit illas tantum declarationes Pij V.ti saluas esse de quibus lrae Aplicae iam expeditae, uel supplicatio datae signatae, datae, et registratae fuerint

Clerici recusantes parere decretis Concilij non sunt Romae coram Cong. citandi; sed ipse Epus siue eius Vicarius in hisce contumaces animaduertere debet illis censuris et penis quae tam a Iure comuni quam a decretis Concilij impositae sunt.

Bulla Pij 4.ti non excomunicat ipso iure non obseruantes decreta Concilij Trid. sed dat facultatem Epis illos excomunicandi.

De Iure Concilij, et Confirmatione petenda.

Fuit etiam de Calcedonensi Concilio petita confirmatio a Leone p.º ut in d.º Conc.º; Et idem de Concilijs Occidentalibus Affricanis.

Nota ex petitione confirmationis, quod per eam probatur superioritas Papę supra Conc.m arg.º eor. que trad. fel. in c. p.º n.º 24. de Constit. et Abb. in c. ex rescripto. n.º 3. de Iureiur.

Quid autem operetur confirmatio Papę et illius inhesio Conc.º vide per Catald. de Boncomp. tract. de potest. Pap. n.º 74. tom. 2. fol. 102. Bolus de Concil. q. 72. fol. 45. Et quod Nicenum p.m Ephesinum et Calcedonense obtinuerint confirmationem a Summo Pontifice vide per Hippol. Chizzol. con. Vergerium lib. 3. fol. 207.

Declarationes Concilij Trid.ni a Cong.ne Ill.mor. SS. Cardinalium deputatorum Facte.

In privilegijs que S.D.N. concessit Mendicantibus ea mens fuit, ut Parochi invitentur, et gaudeat Parochianus in Ecclesijs ipsor. Mendicantium sepeliantur presentibus interim ac propr. 3.am partem conse quantur rerum omnium que ab heredibus defunctor. dentur pro funeralibus quemadmodum in Clem. dudum de Sepulturis Sancitum est.

Epus debet autem propria curare ut professio fidei iux formam Bulle Pij 4.i fiat ab ijs qui in Gimnasio sue Dioc. gradum doctoratus de ponent in religiosis omnibus ut hoc servetur.

Irriti sunt doctoratus In quibus fidei professio non fuit adhibita iux bullam Pij quarti.

In diocesana Synodo eligendi sunt examinatores qui examinent eos qui promoveri debent ad parochiales, eligendi sunt quoq. Iudices quibus cause Ecc.ce ex decreto Concilij Trid. sunt comittende.

Omnis cura atq. diligentia adhibenda est ne prava consuetudine huc Inducatur apud Epos Iurisd.ni Venete, ut in parochialium vacationibus Ecc.as non adhibeant examen, quod vocatur per concursum, sed curandum est ut decretum Conc. Trid. et motus propr. S.D.N. in huiusmodi concursu omnino servetur.

Archipresbr. nullius Dioc. pot Archiepum aliquem in Metropol.m eligere atq. eius Synodo provinciali subijcere se, non obstante contradictione Capituli, et Cleri d. Archipresbiteratus.

Ordinarius qui admisit resignationem factam ab aliquo presbitero qui nihil aliud preter id beneficium habet, ut comode se sub stentari possit tenetur eum alere, nec pot ei d. restituere resignatum sed debet in eo Institui ille qui presentatus fuit a Patrono.

Vacante Parochi Ecclia cuius Collatio spectat ad Archid.nus in se exa minandi eligendiq. idoneum in demortui locum, atq. edicta proponendiq. ad Ord.rium pertinet non ad d. Archidiaconum.

Epus non potest exigere procurationem, nisi Ecclesias visitauerit.

Obtinens duos Canonicatus tenetur in digniori residere, cuius uero in quo non residet, distributiones quotidianas perdit, ex quib. distributionibus intelligitur et comprehendi 3.ª pars prebendę que ex decreto Concilij Trid. conuersa fuit in distributiones quotidianas.

Cardles. Congregationis Concilij Tridni. habent facultatem a Papa declarandi que sit iusta causa dispensationis matrimonij et quo tempore sint illę accipiende.

Et causa dotis non competentis, est facta, ut quis possit dispensari in quarto consanguinitatis gradu, pro cuius uerificatione sufficit si in eo loco, in quo mulier habitat, ipsa diligentiam adhibeat in perquirendo uirum parem, a quo cum tali dote in matrimonium ducatur, neque tamen inueniat.

Quoties Cadauera ad fratrum predicantium Ecclesiam deferantur officia mortuorum ac reliqua munia que in huiusmodi ministerijs solent adhiberi, non a Canonicis, nec a Clero, sed ab eisdem fratribus obiri, et peragi debent.

A Proprio contrahentium Parocho, aut alio sacerdote, si ipse Parochus uel Ord. licentiam dederit, Benedictio sacerdotalis contrahentibus matrimonium est facienda iuxta decretum Conc. Trid. cap.º pº sess. 24. de reform. matr. non obstantibus quibuscunque.

Capellania et Canonicatum quorum fructus sunt tenues Beneficia incompatibilia, nec possunt simul retineri sub eodem tecto sine dispensatione Aplica.

Id quod statuit Concm. Trid. de Archid.is sess. 24. cap. 12. Archidiaconi, Intelligendum de illis est qui ea munia exercent que de iure comuni exercere tenentur, non autem de is qui non exercent.

Professio facta a Monial. ante 16. annum completum debet ab Ordinario declarari.

Puellę que moniales effici uolunt, desiderijs suis faciende compotes licet earum pater contradicat.

Monrium datum in Comendam tz habeat curam animarz. non tn comprehenditur
appne paroitis lec. de quia in cap. 17. sess. 24. Conc. Trid.
Epus ad usum pauperum in hospitali denuo comoratum elemosinas
petendas et coligendas permittere debet, dumodo collectori bone exti-
mationis, et spectate pietatis ac religionis sint Judicio eiusd. ordinarij
comprobati, neq. ipsarz. Elemosinarz. procuratores sint, atq. tales munus
obeant recte, et apte sine ulla fraude, sine ulla bonorz offensione
ac scandalo, nec questorz illo modo nomen habeant sed Elemosinarz.
collectores simpliciter appellantur; Praetereaque nullas indulgentias diuul
gent, nec concionentur, nec cum priuilegiis aut sacras reliquias
circumferantur, neq. imprecationibus aut minis elemosinas ab hominibus
eximantur aut extorqueant, non campanas aliave huius Generis
que olim questorz erant insignia ipsi deferant aut pulsent, ad
homines excitandos, nec tale quippiam petant tamq debitum aut
ultatum, nec ullo artificio aut specie comemorationis S. Antonij
aut alterius Sancti, uel aliquo peruerso mire utantur ut pecunias
extorqueant, sed simpliciter ac modeste et pie elemosinas petant
ad inopiam hospitalis subleuandam, et quicquid talis elemosine
collectum fuit nullam ad rem aliam nisi ad usum Hospitalis
transportetur.
Item rescriptum fuit seruandum esse in colligendis elemosinis Societatum Rosarij
Sacerdotes Inseruientes Ecclesijs Religionis Equitum Hierosmorz compelli
possunt ab Ordno ut ad processiones publicas accedant.
Publicatio Concilij Trid. de reformatione matrimonij facta in Synodo
Diocesana non equipollet publicationi quam idem Concm. precipit
fieri in singulis Ecclesijs parochialibus.
Ex beneficio qui habet bona in diuersis Dioces. pro Seminario

contribuere est soli Epo soli, in quo est beneficij Eccl.ae nisi bona in alijs diocesibus posita sint propria unius Ecc.ae d. beneficij quia tunc contribuere debent Epis locorum in quibus bona cum sua particulari Ecc.a sunt sita, dummodo tamen d. Ecc.a subiecta unita constructa fuit ante acquisitionem ipsorum bonorum.

Prepositi Canonici, et Capellani omnino cogendi sunt ut in suis Ecclesijs resideant, tertiaq. pars fructuum Prepositurarum Canonicatuum et Cappellaniarum est convertenda in distributiones quotidianas ex Conc. Trid. prescripto sess. 21. cap. 3.

Synodo provinciali licet imponere onus dignitatibus quod qui nisi graduatus non possit ea obtinere sine S.tae Sedis Ap.cae auct.e

In vacationibus parochialium Ecclesiar. quamvis earum collatio ad Cap.m pertineat tamen edicta et examina, electioq. personarum que sunt magis idoneae proprie ad Epos Ord.rios spectat collatio, aut particulariis ab his postea facienda est ad quos pertinet eas conferre.

Obtinens parochiam et Canonicatus prebende magistralis cum dispensatione ante Conc.m Trid. legitime obtenta, tenetur in parochiali residere atq. in magistrali prebenda idoneum virum substituere debet qui munus Sacre Scripture interpretande obeat.

Puelle que sunt in Monasterijs finito tempore novitiatus sunt admittende ad professionem si habiles inveniantur, si vero non ejiciende sunt a Monast.o

Nullo Concilij Trid.ni decreto statutum est ut qui Decanatus consequi vellet is necessario sit magister sive Doctor, aut licentiatus in Sacra Theologia, vel Iure Canonico.

Non licet Epo ab Ecclesia sua abesse nisi ob aliquam causas earum que habetur in cap. 1. sess. 23.

Parochiali non potest univi dignitatibus quibusvis nec hospitalibus ex decreto Concilij Trid. sess. 24. cap. 13.

Magistri Seculares non debent regere Mona. Monialium in Mon.rio in quo Generalis alicuius religionis Regularium eiusdem Ord.riam [illegible] habeat, et quamvis Seculares sint in eod. Mon.rio curam animarum exercentes, quantum ad istam Curam et Sacramentorum adm.nem spectat, nulli visitationi seu Iurisd.ni Episcopi ordinarii Dioecesis in qua ipsum Monasterium situm est sunt subiecta.

Non licet Sanct.mam Euch.am deferre ad egrotantes, qui morbi gravitate impediti sumere eam non possunt, sed venerationis gratia solent eam deosculari et si forte aliquo in loco talis sit consuetudo penitus est tollenda.

Seculares omnes ab ingressu Mon.rii Monialium sunt penitus prohibendi et monialibus debet expresse precipi, ne in Mon.rio suo seculares admittant, deinde excom.nis penis secularis ipso facto incurrent [illegible] [illegible] fuerit in ea Mona. introire est denunciandum.

Pensionarii nulla ex parte contribuere debent pro medico qui predicatoribus solvitur.

Ep.us non potest concedere excom.el que ad finem revelationis ut aiunt fieri solent hominibus beneficiis quod sit nullius Dioecesis, minusque possunt concedi ab obtinente d. beneficium, sed eis confugiendum est ad Sedem Ep.icam [illegible] quando his excommunicationibus opus est.

Excomunicatus tamquam contumax per Contumaciam [illegible] coram Ord.rio compareat et paratus sit stare Iuri, debet [illegible] eundem absolvi.

Non datur potestas Ord.rii per Conc. Trid. examinandi uniones que supra annos 40. ante confirmationem eiusdem Conc. Trid. decrevit nullas partem fructuum parrochialium Ecclesiarum unire prebendis et distributionibus quotidianis [illegible] Cathed.lis Ecclesie.

Ex decreto Conc. Trid. cap. 6. sess. 24. Ep.o Ord.rio eo duntaxat casu tribuitur facultas convocandi Cap.lum [illegible] quando Can.cis aliquid deliberandum proponit, [illegible] [illegible] agitur que ad sui vel suorum comodum pertineat, neque prohibetur eidem quominus Cap.lum suam

arbitrio convocare possit, et si nulla Capituli voluntas accedat, Ordinarius autem Conc.[tii] hoc eiusmodi utrumq. reservauit.

Absens a suo beneficio iusta de causa non perdit fructus.

In prebenda que pro lectore Sacrę Theologię est constituta et deputata ipso facto non habet locum.

Qui subdiaconi, diaconi, vel presbiteri sunt, petuntq. admitti in Cathedralibus Ecclesijs Canonicatus a Sede Ap[osto]lica in forma dignum collatos, et eum ordinem habeant quem dd. Canonicatus requirunt, non opus est quod examinentur causa explorandi eorum litteraturam, illi vero qui sacros nondum susceperint ordines examinandi sunt, an illam doctrinam habeant, que ex prescripto Concilij Trid. necess.[ari]o est illi sacro ordini qui Can.[onica]tui quem consequi volunt erit annexus.

Ordinarius debet eligere ipse Predicatores, nisi in contrarium sit consuetudo ab imm[emorabi]li tempore citra. Et si curatores divinorum ipsi volunt munus predicationis obire, non debent prohibere.

In provisionibus faciendis de beneficijs ex causa permutationis sit necessarium novum examen, potestq. apponi cla[usul]a ut non obstant beneficialis f. dummodo permutatio sit vera, non fraudolenta, nec de simplici ad curatum, nec in valore sit magna inequalitas vel aliud simile alias fieri debet examen.

Postulantibus Equitibus Hieros[olimita]ni ut Cappelani Militiæ Commorantes confessores equitum, et habentes in alijs locis parochias in alia permittendum esse ut non resideant ad annum qui habent in exteris provincijs ad sex menses.

De postulatione, aut habente Parochias in quibus alij habent regressum vel accessum cogit resignare, quid agere debeant conclusum fuit dandam esse optionem regressario, ut vel cedenti sibi parochiam solvat eandem pensionem vel patiatur resignare alteri cum sua pensione regressus.

Epō Nemoriens: postulant an ij qui a se scriptum testimonium auferre volunt quod sint idonea etati administrare parochijs dare debent in genere An in specie illi parochie cui ergo esse examinandos in genere.

Eodem Epō petente ut quidam presbiter Jos. Bapta Lucy obtinens Parochias alteram centum scutorum ex quibus soluit pensionem 56 alteras reservatis patrono omnib. ad sacra Congrg. reiecta est.

Literis Archiepi Genuensis querentis quid sit sibi agendum in prava consuetudine Genuens. qui tam equi ? valentes saltem cum decreto Sacri Conc. Trid. Missas Dom. audiunt visum est respondendum ut nemini qui possit ire ad Ecclesiam permittat, in casu aut necessitatis concedat suo arbitrio, modo celebretur in Oratorio aut Altari ad id Ministerium constituto.

Cum Dnā Alfonsa de Toledo iam mortua facta esset monialis S. Francisci permittente filio reservasset circiter 200 aureos annuos ad suum usum, quia cum Conc.o Trid. est habere moniales aliquid proprij visum est dandam esse d. pecuniam Monast. que prouident necessitatibus ipsius Alphonsie.

Petente Card. . . . . ut Hospitale Placen. vacans p. mortem eius fam. sibi comendetur saltem ad sex menses, cum ergo dandum ei constituen. ad quatuor per breue ut possit prouidere de uiro Idoneo, et ex decreto Concilij Trid.ni modo ipse nullum inde fructum percipiat, sed omnes in usus Hospitalis conuertat.

De Presbitero Faventi Clerico supernumerario iam octo annos Can.cus Ecc.e in qua habuit beneficium pater eius qui mortuus est ante decem et octo menses, visum est scribendum litteras ad Vicarium Epi ut conseruet ei ius acquisitum quia non comprehenditur Decreto Concilij.

In resignatione parochialium in Lusitania salua maneat pensio resignantibus.

Scribatur litteras ad Epum Tunen. in resignatione facta in fauorem certi persone non esse necessarium examen per concursum sed satis

esse resignatarium ab examinatoribus in Sinodo deputatis simul cum Ordinario probari idoneum.

Petitio Conchensis obtinens parochiam eiusque sentus ut liceat videre et facere simplex beneficium reiecta est.

Cum habens Parochiam iurasset non revocare procurem quod fecerat ad resignandum petijt ut absoluatur a iure iurando, quo loco visum est procurem posse revocare.

Petentibus Jesuitis, an Parochia Toletanae in Monasterium erecta et unita eorum Collegio gubernari possit a deputato ab ijs modo sit approbatus ab Ordinario censuerunt posse.

Episcopo della Cava vetanti celebrare missas in oratorio oppidanis.

della Molina visum est scribere ut aliquid concedat clericum vel necessitati vel equitati modo sine preiud. huius parochie.

Petitio Simonis Porticulani de duabus Parochijs quarum altera est litigiosa ut possit retinere dum alterius lis decerneret, Reiecta est a Congregatione Concilij

Conquerenti Episcopo Lucerino quosdam suos Canonicos obtinere benef. nec expedire bullas, visum est respondendum ut puniet qui ita obtinet adhibitis Vicarijs qui inserviant Ecclesie, donec admonitus S. D. N. possit providere.

Iis qui ignorantes gradum post Kal. Maij contraxerunt petentibus dispensationem, in ijs locis ubi publicatum non est decretum de Clandestinatum censuerunt dandam esse.

Cum Episcopus Augustinen. petijsset ubi sibi liceret retinere Prioratus S.ti Viti sue Urbis ut eum Seminario attribueret, censuerunt Patres proferenda Ill.mis merita ipsius Episcopi.

Ubi Equites Hiero.mi habent iurisd.nem spiritualem et temporalem, Diocesani Ordinarij non se interponant ad visitandum.

Episcopo Bitonti concessum est ut possit cogere Clerum ad contributionem Collegij vel Seminarij sed ad finem prescriptum a Conc.o Item ut

rurale beneficium uniatur Seminario ad prebendam lectoris, et ex nunc prout ex tunc quandocunque uel quomodocunque uacauerit intelligatur unitum, Item ut qui in eo Collegio triennio studuerint habeant privilegia data alijs Universitatibus.

Scribantur litterae Archiepiscopo Valentino, ut Hieronimo Roda obtinenti Parochias in Ciuitate et Canonicatum in Cathedrali, si potest utrique commode deseruire desinat molestari.

Petitio Comitisse Pignaeotti ut propter fluxum sanguinis migrare a marito, et habitare cum tribus filijs puellis in Monasterio Monialium reiecta est.

Et qui exhibuit Bullam Parochie sibi resignate, Episcopo Cesenati, et reiectus est ab examine de quo affert fidem examinatorum, uisum est standum appellationem ad Suffraganeum Rauenatensem.

In Petitione presbiteri Alphonsi Burgensis de resignatione Cantus Nepoti Conditione quod ideo petitur ut eius filius possit obtinere quem habet in eadem ecclesia Canonicatum, uisum est standum spatium sex mensium filio ad permutandum ut tunc ab ecclesia omnino abstineat.

Declaratio ut in permutatione parochialium diversis eiusdem non fiat examen alterius diocesis fuit correctum.

De Reformatione regularium

Intimetur per cursorem ut nullus offitialis Cameræ Penitentiariæ, contradictæq. Cancellariæ aut cuiusuis tribunalis sub pena priuationis offitiorum audeat ponere manum in supplicatione regularium uiroq. uel mulierum et cum etiá sublificatiuis nisi sit subscripta a Protore.

Declaratio Sess. 25. cap. 14. extendet.r ad Cruciatam, et Inquisitores ut non possint extrahere regulares sine consensu Superiorq. de his qui exire uolunt remittatur Ord.rio loci simul cum superiore Monrij ubi emiserint professionem.

Non dentur prorogationes Regularibus qui manserunt in Religione per quinquennium omnino non audiantur qui exierant ante confirmationem Concilij non audiantur, nisi iuxta formam Conc. Trid. et fiat formula huius expeditionis

Singula Monrá habeant librum Profitentium uel expresse transitus ad parem uel arctiorem religionem non fiat nisi causa cognita transeuntis, uitæ, et morum ratione idq. ex approbatione Capti generalis

In posterum nemo regularium ejciatur ex Monrio et si sit incorrigibilis, sed peccantes a superioribus ignominia et carcere castigent. et et si opus fuerit pro modo delictoq. puniantur.

De Monialibus.

De Monialibus.

Ad dubitationes Nuntij Hispaniar. ita respondere placuit.

1.º Non prohiberi a Conc.º Trid.no quo minus puellæ seculares in Monrijs monialium educarentur.

2.º de Monialibus a Monrio exeuntibus etc. cum causa probabili requiri in eo coem consensum Superioris Regularis et Epi eius loci.

3.º Quæ dantur Monialibus tradi debere superiori.

4. Nemini dandam facultatem intrandi in Monrijs Monialium nisi in casibus necessarijs

5.º In provisione beneficior. simplicium.

6.º Quod qui petit declarationes, quæ fiunt in decretis Conc. Trid. reformat.is scribat in specie de quibus dubitet, et declarationes mittentur.

Scribatur Epo Calaritano de Can.co xix. annos nato quem vult ad sacros ordines promovere, ut expectet tempus prefinitum a Concilio.

Petente Epo Areoritano quoniam si Can.ci Cathed.lis maneant in Parochijs deseruitur ibi cultus Cathed.lis ut liceat resignare parochiales retentis 30. vel 40. scutis, visum est concedendum modo addat.r clausula petente Epo et servatis servandis.

Spirituales affinitates ex decreto Concilij pertinent ad Matrimonia contrahenda non contracta dissolvere.

In cessione iuris in favorem eius qui pretendit habere ius, nec examen, nec expectatio beneficior. aut valoris sit necessaria si vera lis fuit.

Si quis offert munera elemosinarum vel aliquod quod manib. sacrar. Virginum elaborandum sit det Abbatissæ, vel illis quæ ab ipsa Abbatissa Rota sunt preposita modo pro eis procure neq. alijs det aut cum illis colloquatur

Doctori Fulginaten. obtinenti Prioratum cum Cura animar. et Canonicatum permissum est, ut resignet parochias reservata pensione arb.o Ord.rij.

De Parochia 120. aureor. Epi Comaclen. in cuius resignat.e vult relinquere triginta titulario visum est concedendum.

Fratri Joanni Paulino Lucenti Medico petenti ut ex quatuor Parochijs cum cesserit duabus et sibi unam retinuerit titulo S.ti Columbani liceat titulum tantummodo alterius retinere.

Responsum est ut retinquat titulum nec eo accedat.

Postulatum Brixiani Presbri, ut sibi liceret alteri parochiam tradere in vicariatum perpetuum reiectum est.

Rector Parochie Merden. monitus ab Ord.rio et residere noluerit, et propterea contumax appellatus.

Visum est committendum S. C. ut Epo committat, ut Ecclie vicarium preficiat ne divinus cultus, et reliqua cura deseratur in ea.

Epi qui sunt in Provincia Pape tenentur suas Synodos facere, et audi accersentur Romam ad celebrandum Provinciale Concilium.

De Inquisitore excusante se nomine inquisitionis quod non resideat in parochiali debet residere.

Scribantur lre Archiepo Panormitano Concilium in vulgarem linguam ab eo conversum dandum esse, Conferendum Epo Theleusino, De Synodo autem quod non coniunctim cum alijs Epis sed unusquisq. separatim suam celebret Synodum ex decreto Sacri Conc. Trid.ni

Illegmo Calaguritano habenti beneficium in Ecclia patrimoniali quod permutare non pot. in Ecclia in qua et pater habet, sed non servit causam diu Iacens in pa lecto paraliticus concessum est ut retineat quia non potest resignare.

De altero illegmo Calaguritano habenti benef.m in Ecc.a in qua Pater, sed patre deserviente, et nunc et contra semper in alia Ecc.a ut possit retinere et reservare pensionem, nihil obtentum est.

De Doctore qui vult se dare religioni, et celebrare missas negatum est quia captus est oculo sinistro neque huius dispensationis

respicitur exemplum, nec etiam populo scandalo sit.

De eo qui habet Parochiam, et acquisitum Canonicatum petente ut preteritis duobus mensibus ad dimittendam Parochiam datis nihil.

Cuidam Cordubensi portionem habenti in Eccl.a in qua pater eius cum regressu eius qui resignaverat permissum est ut resignet reservata sibi pensione modo beneficium maneat liberum ei qui habet regressum.

Non licet Ep.o absentare ab Ep.atu suo etiam propter proprium morbum.

Infans nobilissima mulier Portugalliae cum per consuetudinem non possit ipsa neque eius familia exire domo ad missam, petijt ut liceat sibi et illis audire missas in oratorio. Concessum fuit sine tamen preiuditio Parochiae.

Item ut ingrediatur monasterium S.tae Clarae quando et cum quibus ancillis voluerint, modo non pernoctet nisi cum una ancilla &

De licentijs percipiendi fructus in absentia ratione studij et alijs benefitijs, Item de non promovendo.

Fiat in primis declaratoria, ut licentia data post Confirm.em Conc. Trid. his qui sunt absentes a Curia nullatenus suffragentur nisi obtineant ad consensum Ordinarij ubi est beneficium. Et si plura habeant benef.a in diversis, accedat consensus cuiusq. Ordinarij.

Poterit deinde nomine Ill.mi D. Datarij affigi mand.m in Canc.a Ap.ca et in banco cursorum quo moneantur omnes qui presentes sunt in Curia, ut habeant eas licentias, et se ipsos infra octo dies presentare coram Ill.mo N. qui eas licentias revideat et admittat, pro ut cognoverit narratam causam studij in eis veram esse et non confictam alias, quas ille quae ab eo visae aut non admissae fuerint funditus omnino careant et nullae esse declarentur.

De licentijs percipiendi fructus in absentia ratione studij ex parochialibus et alijs benefitijs Item de non promovendo quas in posterum concedere contigerit his qui in Curia presentes erant, hic modus censetur, Vid. ut hi qui presentent se personaliter Ill.mo N. aut R.mo Prelato Sig.re S.mi qui expectat et brevi examine videant, An in fraudem id petatur; Postea in licentia danda apponantur omnes hae conditiones

P.o oneretur conscientia eorum quibus concedantur, ut debeant vere, et actu ipso in famosa universitate Studio Sacrae Theologiae seu Canonicae operam dare, alioquin fructus suos non faciant, ac poena non residentiae teneantur perinde ac si nullam licentiam habuissent.

2.do Exprimatur in eo aetas impetrantis licentiam cum Iuramento et si fuerit maior 30. annorum licentia non detur nisi cum studium incepisset, adhuc illud non absolvisset.

3.° Non concedant. nisi ad quinquennium a principio studij computand: cum eto dummodo infra annum promoveantur ad Subdiaconatum.

4.° Mandetur ut interim cura animarum per idoneum Vicarium ab Ord.rio eligendum gubernetur assignata ei congrua portione.

Pro ijs vero qui erunt absentes a Curia licentię illę committantur Ord.rio loci ubi est beneficium, et apponant. et omnes qualitates.

Quę omnia intelligantur quo ad licentias dandas ratione beneficiorum et parochialium obtentarum ant. confirmationem Conc: Trid. nam quo ad parochiales impetratas post confirmationem nulla licentia danda erit, ut alias est conclusum fuit.

Insuper admoneatur Ill.mus D. Penitentiarius ut deinceps vel abstineat ab his licentijs concedendis, vel saltem presentibus in Curia ipse met previa informatione ut supra eas concedat, non autem per substitutos aut officiales suos.

Atque in his ac reliquis ex Curiam dandis observet omnia contenta ut supra abunde dictum est.

Quibus in Causis danda sit Indulgentia Plen.ª

Pro expeditione terre Sancte, Pro Iubileo, Pro celebrando oecumenico, Concilio, Pro deffensione et conservatione Status Ecc.ªe et recuperat.e oppidorum vel rerum Ecclesiasticarum, Pro placatione Ire divine in Pestilentia, fame, bello, presertim Turcico, Pro singulis remotiorum locorum Peregrinis petentibus in Visitatione terre Sancte, Liminum Apostolorum, et S.ti Iacobi de Compostella in gratiis agendis Pro magno Dei beneficio, et pro pace facta inter Principes Christianos, Pro conversione ad fidem alicuius Civitatis vel Provincie Pro Victoria contra hostes Ecclesie, Pro hereticis repellendis vel Scandalo Scismate, Pro redimendo notabili numero captivorum.

In his causis que dicta sunt Si prima vice plena Indulgentia conce datur, tum quia ad impetrationem vel absolutionem pii negotii cuius causa plenaria Indulgentia tribuitur, sepe opus est diuturna vel actione gratiarum vel precatione vel elemosina vel opere et labore, multo propterea preter primam plenariam Indulgentie largitionem quotiescunque ad rei effectum eadem Sancta opera pro viribus et facultatibus iterata exercebuntur, toties propterea detur temperans Indulgentia ad arbitrium S.mi

It. pro presentibus in publicis Pape Benedictionibus, et Presentibus in Missa solemni a Pontifice celebrante, ut in die Pasche, et reliquis, et in ipso Die sue electionis et Coronationis, In Canonizat.e alicuius Sancti, In coronatione Imp.ris Quibus in casibus plenaria Indulgentia a presentibus tunc acquiritur toto illo temporis spatio quo d.a missa benedictio conficitur.

Cum aut Indulgentie conceduntur distribuantur in Cathedrali, vel in una vel duabus Ecclesiis insignibus, Indulgentie pro defunctis dent.r sub illa formula per modum suffragii sed per raro dent.r

Plenaria Indulgentia non concedatur, nisi contritis, et actu confessis nisi iustę confessionis impedto. teneantur temporaria contritis et habentis propositum confitendi saltem debito tempore, cum Indulgentia conceditur propter subsidia Charitatis, si legitimè impediuntur, quominus manibus dare possint eleemosynam qui porrigunt manus adiutrices eandem consequantur Indulgentiam mitten. p alium

Sint clare et exprimantur causę propter quas debeat poni illa formula porrigentes manus adiutrices tollantur facultates commutandi concessę ad instar, non detur amplius formula de penitentijs iniunctis in plena Indulgentia, et si maior pars consensit non esse ponendam. tn ad tollendam omnem dubitationem iussum est hec quoniam debere qui usus fuerit a 40. annis usq. in hanc diem an eis sit opinio Theologorum et Canonistarum. Et hec etiam intelligatur de penitentijs iniunctis ad instam iustitię, Et si sit declarandum non ideo remitti p penitentiam iniunctam ab Inquisitione, Et an declarandum sit in alijs penitentijs publicis et non debeant absolui quoad forum fori, Et an Penitentiarij Papę habeant eandem facultatem absoluendi ab omnibus.

Exprimantur causę singulę propter quas Indulgentia plena. quo tempore dicendum sit, quod si qui volunt Indulgentiam consequi conferrant Charitatis subsidia, et eleemosinis ad piam locum et opus pro quo Indulgentia conceditur, Et an hoc dicendum sit in narratiua tm, an in dispositione etiam.

Et cogitetur aliquis modus conueniens ad obuiandum fraudibus quę committi possent in impetranda Indulgentia pretextu fabricę, paupertatis, captiuitatis aut hospitalitatis quę uera nō sunt.

Plenaria Indulgentia concedatur pro Coronis semel in uita contritis aut confessis et communicatis qui modo possint per etates iterum in mortis articulo omnibus Coronam dicentibus singulis

diebus Sabathi, modo ea per decem Sabatha dixerint vel si impediat interdum eo die suppleverint alio.

Regibus et Cardinalibus Principibus Ill. hominibus semel in anno eodem modo dicentibus singulis dieb. Sabathi, et facien. preterea elemosinas

Semper Indulgentia conceditur pro coronis dicendis pro singulis vicibus dierum 40. in Dominicis diebus, festisq. duplicibus vero dierum. festis solemnibus Dni, et Beatiss. Virg. Mariae anni quoties aut contriti aut confessi et comunicati etiam dixerint trium annorum.

Indulgentia applicatur coniunctim et coronis, et personis dicendis, sed ita ut illi vel ille quibus concedet. non possunt concessam sibi coronarum Indulgentiam comunicare cum aliis.

In petitione Canonicus liciti Aquen. et residentes in Canonicatu possint retinere parochias nihil, sed in hoc genere petitionum solitum est scribere ut doceant de persona, et de beneficijs, et de religione

De concedenti filio qui obtinet dimidiam portionem in lecta in qua pater obtinebat scribatur Episcopo, ut eum restituat unde deiecit quem ante tempus deiecit.

Ad litteras Episcopi impediantis examen eius presbiteri cui resignatio facta est, quem presumptio est pro presbitero. Respondeatur a Reverendissimo Datario ut Episcopus examinet eum si quid contra eum habet quod indignum reddat, et transmittat.

Fiat declaratoria a Sanctissimo Domino Nostro quod Milites Hierosolymitani non sunt visitandi ab Ordinarijs nisi prout possunt alij Religiosi habentes suos superiores iuxta decreta Concilij Tridentini cum ipsi et sint professi et sint preceptores non commendatarij, et habeant suum proprium superiores totius ordinis iuxta decretum 20. sess. 25.

Qui impetrat per novam provisionem Archidiaconatum Narbonensem obtinuit alterum Archidiaconatum Aureitanum cum non possit possidere Narbonensem propter potentiam intrusi cum quo litigat petit ne privetur Aurzitano que petitio est contra decretum factum a Pontifice habita vel non habita possessione. Itaque solitum est reijcere rem ad S. D. N.

Quod Decanus, tres Canonici et Rector Parochialis Brancheni petunt se dispensari a residentia dum hic agunt negotia sui Capituli solitum est ab ijs ostendendas esse litteras et mandata sui Capituli quibus probent suam legationem.

Episcopo Bassanensi scribantur litterae ut restituat Canonicatum Bassanensem presbitero N. cum non debeat ibi residere residens in Canonicatu S.ti Marci digniore.

Monachi Collegij Nollani propter pestilentem quendam defluxum acque ex vicino Monte petunt transitum ad aliud Monasterium sub eadem clausura.

Scribatur Episcopo Nolano, qui est Nuncius Neapolitanus ut si ita est benigne concedat.

De Virginie uxore Francisci Barini Panormitani quae separata a Viro est in Monasterio, Scribatur Episcopo Panormitano, ut si exiens inde subit vitae discrimen patiatur esse in Monasterio modo quo ad clausuram ut supra dictum est attinet, servet regulam monialium.

De Delia Comitissa S.ti Severini. Interea dum magis amplius adolescat vellet ingredi Monasterium Neapoli,

Ingrediatur nec exeat, nisi cum amplius ingredi nolueint, et quam diu ibi erit quo ad clausuram attinet, obserùet reg.am monialium

De Petitione Card.lis Vercellen. ut possit transferre Monast.m ad alterum Monasterium, Scribatur ut transferat cum dote, et nihil ex illa applicet Seminario, quod Seminarium erigat pro facultatibus.

Placuit confirmari facultatem confraternitatis S.ti Francisci et Mariae Magdalenae, celebrandi Missam ante lucem, sed ita ut Missa non incipiat. nisi duabus horis ante ortum solis.

Episcopo Vlisbonen. Scribat. Gasparem de Faria residentem in Cat.a Ecc.a Vlisbonen. non esse cogen. ut resideat, in Monasterio S.ti Petri de Aquilis Cistercien. quod obtinet in Commendam.

Ad Episcopum Mellen. Scribatur ut debeat nolettam exhibere Meymo presbitero celebrandi missam ob quoddam legatum in ead. Ecc.a In qua Pater celebrat ob deuotionem cum neuter habeat benef.m, quod hic casus non est Conc.o Trid.no prohibitus.

Episcopo Hipporigiensi petenti ut possit facere Coad.rem in Abbatia quam restituit in resignatione Episcopatus

retinuit

Concessum est ut eligat Vicarium ad vitam, vel Coadiutorem.

Spurij petentes in posterum offerant testimonium et Episcopi Commendationem, et maioris partis sui Capituli postulan; et dum uiuit Pater uel filius possit ire ad aliam Ecclesiam illo mortuo de consensu Episcopi et Capituli liceat ad p.am Ecclesiam redire concessum est.

Archiep.us Genuen. provideat, ne duo menses quos habet vacantes, Can.ci sui Capli incurrant in Natalem, aut Pascham Dni aut huius maximas solemnitates.

Quod idem Archiep.us vellet convertere partem prebendaz. in distributionis quotidianas, que distributiones sunt ipse inoptime, ut reliq fructus in Comparatione Maz. sunt tenues.

Scribatur ei id a Concilio Prohibitum esse.

Ep.o Calcen. scribatur ut suo Can.co habenti Parochiam Prebenda perpetuo unita, et alteram parochiam 1500. passibz. distantem si unio est post facta, ne molestus sit in unita, ab initio scribatur.

Habens Parochiam si per triennium non servivit ab Ord.rio approbatus modo non fuerit constitut. Exam.tes in Synodo remittatur examinandus ad Ord.rium viciniorem, et una ad eius Examinatores.

Ep.o scribatur ut ex Concellos monialium examinet Puellas facien. professionem, vel si habet causam iustam et certam suspitionis in eccl.a monij faciat examen, vel in alia Eccla.

Virgines antequam ingrediantur monum. educantur apud Matronas honestas, nec sanguine illis coniunctas educantur, nec aliquo modo suspectas ubi remotis omnibus propinquis examinent ab Ep.o de sua voluntate. Sumptus faciendi ab ipsis in professione et velo sumendo ab Ord.rio taxentur et definiatur rebus necessarijs, pecunia non retenta ad eaz. vestim.ta ingressu dentur Abbatisse.

De Archiep.o Cesaraug.no, qui habent titulum Parochij a Papa prohibitus in Curia, alias ab ipso Archiep.o approbatum in eadem noluit recipere ad examen scribatur ut vel ipse una cum duabz. dignitatibz examinet in forma dignum, vel Committat Ord.rio Vicinion.

Card.lis Traneñ. dubitant. An Ceci possint obtinere parochias, si non est respondendum Conc.m Trid. de ea re non esse loquutum.

Cum filio obtinente portionem in Ecc.a Vuetens in qua Pater habuit

Canonicatum quem resignauit; visum est dispensandum.

Decretum ut fiat Bulla quae in omnibus Gimnasijs Lectores oes iubeat profiteri Catholicam fidem iuxta tempus a bulla praefinitum et eos qui doctoratus insignibus ornandi sunt, non prius ornari quam examinata sit eorum fides et vita Catholica, de quibus omnibus processus fiat in forma gratis per priores in Collegio antequam assumbent ad assumptionem gradus.

De Ecclesia Collegiata S.ti Michaelis iurisdictionis exempta fund.ne et dotatione quaesitum est An per Concilium visitari possit ab Ordinario, sed tamen a Sede Ap.ca delegato.

Habenti Parochiam datur Canonicatus Cathed.lis, et si duobus illis mensibus elapsis non sua culpa quibus debeat dimittere parochiam conceduntur ad dimittendum quatuor menses.

Resignans parochialem cuidam qui multos annos mansit in Curia petit ut examinetur in Curia, et deputatis Exam.bus concessum fuit.

Superiori Regularium Monialium S.ti Gabrielis Ferrariae

Puellae educationis gratia in Monasterijs Monialium permitti debent usque ad 25. suae aetatis annum.

Epus non potest primi anni fructus alicuius beneficij sibi retinere seu attribuere pro dotatione.

Abbates Regulares habentes ius deferendi baculum, et Mitram postquam benedictionis munus, et Sacerdotalem ordinem susceperint possunt tonsuram et Minores Secularibus Epi iurisd.ni subiectis conferre, dummodo Epi consensus accedat, et a d.o Epo quisque litteras dimissorias impetrauit, ita ut satis non sit id generatim ab Episcopo concessum esse, sed hac semper concessione singulis opus sit; Possunt idem eosdem ordines conferre alijs regularibus qui dimissorias speciales superiorum suorum. Nec non sponte consensu Epi loci habuerint, ac propterea alijs Secularibus qui aliorum Eporum

Iurisdictioni sunt subiecti, dummodo attulerint Superiorum suorum speciales dimissionas, et specialem consensum Episcopi loci.

Ex Decreto Conc. Trid. Sess. 25. cap. 6. Conuocatio Capituli ea re tamen pertinet ad Episcopum, ut cum aliquid proponit Concilium ad deliberandum, nec de re ad suum, uel suorum comodum spectantem agatur. In reliquis uero obseruandum est quod ante Conc. Trid. legitime obseruari contigerit.

Parochus qui habet Parochiam intra cuius limites adhuc habitant Parochiani debent in ea residere Eccl. uero diruptae, restaurandae uel transferendae sunt iuxta Conc. Trid. Sess. 21. cap. 7.

Benefitia simplicia quae per mortem uacantium possunt uniri pro Seminario quamuis essent reseruata uel affecta, nisi tamen alia benefitia simplicia, quae antea uacassent in mense suo, seu Episcopi proprio, et quorum Collatio ad ipsum spectat non uniisset Seminario sed alijs contulisset, uel eandem unionem factam non continuo enunciasset.

Puella quae de Superioris Monasterij licentia exiuit curandae ualetudinis causa, rursus in eo admitti debet modo ab eodem Superiore licentiam in scriptis impetret, et Abbatissae et reliquarum Monialium consensus accedat, et eo uestitu in Monasterium intromitti debent qui virginali modestiae et pudori conueniat, nullamque secum famulam ducat, et ibi dum est seruare debet clausurae eandem legem quam Moniales seruant, neque ibi permanere permitti debeant ultra etatis annum 25. quo ex loco iterum si exirent nullam postea reuertendi habeant facultatem.

Decanus non debet prohiberi exercere munus praedicationis nisi ob iustam aliquam causam

Archidiaconus cuius territorium est in una Dioecesi Parochias Ecclesiae solummodo conferre potest ijs quos Episcopus eiusdem Dioec. in quo est

ad territorium elegerit, magisq. idoneos iudicauerit, et eis qui ab exa-
minatoribus in Dioecesana Synodo deputatis idonei enuntiati sunt.

Regulares per priuilegium quod mare magnum nominatur, non habent
facultatem absoluendi confitentes in casibus Episcopo reseruatis

Offitium Penitentiarie, in Cathedrali per Episcopum solum ordinarium institui ad quem
quoq. pertinet electio persone, quoties opus fuerit pro exercendo
tali offitio, nec requiritur aliquis Capituli consensus.

Cooptati in Collegium Seminarij non possunt ordinari ad titulum Seminarij ob
causam inseruiendi beneffitio, quod forsan esset Seminario unitum.

Nullo Concilij decreto statutum est, que in eis etas requiratur qui Canonicatus
in Ecclesijs collegiatis consequi uolunt, sed id relictum est intra illos
terminos qui ante d. Concilium prescripti sunt.

Moniales tertiarie seu de Penitentiaria dicte, que tria substantialia uota
solemniter emiserunt ad præcisam clausuram perpetuo seruandam per
censuraq. et aliarq. penarq. impositionem et secularis brachij implo-
rationem omnibus alijs iuris et facti remedijs omnino cogende
sunt, et compellende, in alijs uero a quibus tria hec uota non sunt
emissa seruandum est prescriptum Bulle a Pio Vto edite 4. Kal.
Iunij Pontus sui anno primo.

Ad Episcopum pertinet cum Consilio Capituli decernere atq. edicere quo et quam
processiones dirigi, quasq. ad Ecclesiam ueniant et ordinati conduci debeant
Ea quee ad Visitationem, et morum correctionem subditorum non possunt per appellationem
impediri aut suspendi

Quoties Ecclesia uacauerit parochialis, cuius Collatio spectat ad Prepositum alicuius
Collegiate, debet prepositus curare ut fiat Instrumentum publicum in
quo adscriptus sit certus dies et hora termini illius quod prestat
se in ea ipsa Ecclesia conferenda ordinarium Episcopum conuenire illamq. con-
ferre quem Episcopus idoneum elegerit, ex ijs quos Examinatores

apportaverint, atq. Ep̄us iure se etiam denuntiare, ut delictum prosequat et curet ut examen fiat suo tempore.

Ep̄us neq. Inquisitor possunt absolvere hereticum hominem, neq. in foro conscientiæ, q. hec facultas a Conc.o Trid.o tradita sit Ep̄is.

Ep̄us pot. corrigere Can.cos et alios sic Ecclie delinquentes sine Capituli interventu, et dic. cap. 6. sess. 24. Conc.ii Trid. intelligere dumtaxat de Capitulis a Iurisd.e Ep̄i exemptis

Non licet Ep̄o licentiam dare Patri et Sororib., aut consanguineis ut Monasterium ingrediantur ca. visitandi filiam vel sororem si gravi aliqua infirmitate detineatur, nec sine mortis periculo, minus q. filiæ aut aliæ professionem emittunt vel habitu relig.nis suscipiunt minus eo licentiam dare Viduæ Monasterium ingredi volenti, et si in habitu laicali permanere, nec eo amplius egredi vellet quia in istis nulla adest causa necessaria

Ep̄us non potest concedere licentiam ut duo Viri loco Viri et Mulieris suscipiant aliquem baptizatum de Baptismo

Licet Ep̄o vel Superiori in Monrijs sibi subiectis dare licentiam recipiendi puellas in Monrijs et ibi commorandi ut recte in moribus instituantur, et si volunt religionis habitum suscipere cum certis tam conditionib., non obst. decreto Conc. Trid. c. 5. sess. 25.

Presbiter delinquens in sua Dioecesi, si in altero loco reperiatur debet remitti ad suum Ep̄atum

Archiep̄us non debet se ingerere in p.a instantia causar. quæ agitantur coram eius Suffraganeis

Canonicus obtinens dignitatem perdit Canonicatum

Beneficia nullius Dioecesis debent visitari a Viciniori Ep̄o. Et id ab eodem est facien. solum in capite non in membris.

Verba cap. 7. sess. 22. Conc. Trid. nisi secus in licent.e et ordinatione talis

clesię seu fabricę expresse cautum esset, intelligantur et locum habere in hospitali qd cum tali decreto constitutum est similiter ut non teneantur admin.rationem reddere ordinarijs.

In Contributione Seminarij debet observari decretum de Seminarijs Cardinalium Congnis Sacr. Conc. Trid.

Habens Canonicatum in Ecca in qua Pater eius similiter Cantum habuit nō pot in ead. Ecca de Cantu ad dignitatem ascendere.

Debet Epus primus ex suis et sui Capli fructibus contribuere Semio et postea reliquos ad id cogere, et Clero totius Dioc. pro contributione Semi. pti debet imponi media pona susp fructibus omnium beneficiorum

In quo Seminario debent collocari Pueri qui sunt proclivioris ad vitam ecclicam, et dum in eo manent debent Ecclicis preceptis et moribus instrui.

De Contributione facienda Seminarij de bonis beneficiorum quę sunt in diversis Diocesibus declaratum est pmo Eccam habentem predia vel bona in alia Diocesi debere ex illis contribuere. 2o si cui beneficio annexum est alterum cum suis bonis in alia Dioc. illa bona debent contribuere Epo loci ubi sita sunt cum sua Ecca non obstante annexione alteri facta ad Seminarium ipsius loci ubi est Ecca. 3o si bona unius Dioc. unita benefo alterius Dioc. sive habeant, sive careant Ecca quę non sit Dnus eorum bonorum sed edificata fuit ad utilitatem Secularium nec bona sint ei applicata in initio quamobrem non spectant ad Eccam imo sunt unita alteri benefo in alia Dioc. contribuere debere illi cui unita sunt, sicut in pmo casu dictum est.

Puellę educationis causa possunt stare in Monasterijs monialium dumodo observent omnia ad quę tenentur ipsę Moniales et cap. 10. Conc. Trid. sess. 25. non habet locum in superstis.

Nulli Abbati quibuscumque munito privilegio licet concedere dimissorias cuiq. Clerico seculari et ad ord. minores ipsius directas.

Distributiones quotidianae quae acceptae fuerunt ex 3.a parte fructuum dignitatum alicuius Eccl.ae debent assignari eum decantibus horis Can.cas tam dignitatibus quam religuis omnibus alijs, et ij qui non interfuerint distributiones amittant, nec distributiones absentibus ademptae debent inter partes dividi, sed fabricae Eccl.ae aut alteri pio loco arb.o ord.rii debent applicari, et hoc intelligitur de distributionibus quae detractae fuerunt ex 3.a parte fructuum dignitatum, reliquae vero distributiones quas absentes non lucrantur, praesentes debent attribui his qui statutis horis interfuerunt, et qui perpetuo absunt, non solum ammittant 3.am partem fructuum quae attributa fuit distributionibus, sed et benefitio privari debent.

Conc: Trid. prohibet qd habens Canonicatum non possit acquirere parochiam et e contra, sed non cogit ut quis dimittat alterum duorum acquisitorum. Et quo ad distributiones idem observandum est quod supra dictum fuit de habent. Canonicatus et Parochiam

Epus debet instituere in benefitio praesentatum a Patrono Eccl.ae si digniorem elegerit ex approbatis ab examinatoribus

Licentiae celebrandi Missam in Oratorio alicuius Laici non debent revocari sine causa

Pro Contributione Seminarij non debet imponi pensio benefitij sed detrahenda est certa pars ex eius fructibus.

In Multis quae ex ordine Conc: Trid. sunt applicandae hijs locis, servandum est idem Conc. Trid.

Monialibus ↄ qs praetendant subesse huiusmodi earum Provincialibus, tamen ord. potest coercere in his quae praesertim spectant ad clausuram.

Habens plures Canonicatus dignitatum pares residere tenetur ubi pluribus inservire potest.

Bona quae fuerunt applicata alicui Collegio pro Christianam Educationem miserabilium puerorum. Si Collegium id sublatum sit debent ea bona applicari Seminario.

Qui non dimittit unam ex duabus parochialibus intra tempus a Concilio Trid. statutum debet privari prout in eo statuitur.

Habens prioratum cum Cura animarum et Canonicatum cuius distributiones amittit potest id beneficium simplex retinere dumodo ei per alium inserviat.

Propter duarum parochialium, quae collatae fuerunt ei tamquam unitae sine dispensatione virtute consuetudinis quae per 40 annos viguerunt non est molestandus.

Collegiatae nullius Dioecesis visitari debent a Viciniori Episcopo.

Bulla Pij 4.ti non excomunicat non observantes Decreta Concilii Trid. sed Auctoritatem Episcopis illos excomunicandi tribuit.

Filij Presbiteri decreto Concilii Trid. cap. 15. sess. 25. non prohibentur retinere beneficium legitime obtentum in eadem eccl.a in qua fuit beneficiatus eorum pater qui ante publicationem Concilii Trid. e vita migravit.

Nullus est exemptus a Contributione Seminarij nisi qui nominatim excipiuntur a Concilio Tridentino.

Assignatio distributionum quotidianarum ex 3.a parte fructuum dignitatum debet fieri detractis pensionibus, et alijs legitimis oneribus.

Habens parochiam et Canonicatum quos legitime obtinuit ante publicationem Concilii Tridentini non potest illis privari

Decimae personales persolvendae sunt illis a quibus Sacramenta percipiuntur.

Ex fructibus Parochiae unitae Monasterio detrahenda est merces Vicarij qui ei inservit, non ex fructibus Monasterij

Non est inhibendum Episcopis in aliqua causa quae sit coram eis in prima instantia, nec deferendum appellationibus nisi appellatum fuerit a definitiva vel interlocutoria habente vim definitivae cum gravamen per appellationem a definitiva sententia non possit reparari.

Quando tempore facienti itineris periculum esse solet ppr. nimios calores concedenda est dilatio petenti ad proficiscen. ad residentiam sui benefitij, et interim dum abest a loco quoad fructus sui benefitij habenda est ratio eadem ac si semper resideret.

Prava Elemosinarum Questores sunt prohibendi, ac severe puniendi.

Puellae quae educationis gratia in Monrio Monialium reperiunt. debent recipi de consensu Abbatissae et de consensu et licentia in scriptis superioris earum et debent manere in Monrijs sine Abitu et si semel exierint non sunt amplius in d. Monrium admittendae.

Fratres habentes Collegium, cuius bona ant. Conc.^m Trid. erant solita impendere ad erudiendam Iuventutem, non debent de ijs bonis contribuere Semin.^rio de reliquis vero bonis pro contributione debent solvere dimidiam decimam secundum taxam antiquam.

In Constituendo numero Monialium debent observari decreta Conc. Trid. cap. . de dotibus cum earum nihil certificandum est sed prout qualitas personarum et temporum postulabit est faciendum: nec quod datur a Moniali ingrediendi Monrium debet noie dotis nuncupari sed dicendum est quod id attribuitur pro alimentis ingresse in Monrium.

Prava Elemosinarum questores debent prohiberi, non autem illi qui elemosinas collectas in pios usus erogant.

Administratores Hospitalium debent rones reddere Epo Ord.^o Admin.^is sue, et si consuetudo privilegio vel constitut.^e aliquorum alijs personis ad id offitium electis ratio reddenda est admin.^is, reddenda est Ord.^rio cum interveniente dd. Electis.

Epus qui est in quasi possessione visitandi Moniales aliquas sub iurisdictione ptas pseverare, salvum tamen manet ius ptis monialibus in petitorio.

Etiam Card.^les possunt cogi ad contribuen. Sem.^rio de fructibus benefitiorum que habent in Diocesi in qua est Sem.^rium cui quoque debent univi benefitia optima, si venit casus vacationis.

Unio Monrij Monialium est facienda cum subest aliqua cā legmā accedente ad id auct. Papę.

Onus Eligendi Predicatorem incumbit Epō uel Parocho.

Absens a Dignitate, Canonicatū uel prebenda priuatur per annū debet priuari dimidia parte fructuū, si uero perseuerauerit in absentia priuandus est non solum fructibus, sed etiam beneficio.

Antiqua taxa Intelligitur ea, que in usu erat antiquā illa que postremo loco instituta est utretur.

Habens duos Archid.^tus dignitate pares pot residere in quo sibi placuerit si uero alter est dignior in eo tenetur residere

Qui suspicauit eō leuiter se fornicatum fuisse cum sorore uxoris postea duxit in uxorem indiget dispensatione, et filij quos ex tali matrimonio procreauit sunt illeg.^mi

Habens Canonicatū et Prebendam, in qua non pot sine discrimine uitę propter Inimicitias residere, non est cogendus dum subest causa in ea residendi, sed est permittend. ut in Can.^tu resideat.

Habens Archipresbiteratum, si regressum habeat ad Parochialem quam obtinuit ante publicationē Conc. Trid. cum dispensatione quod si regressus ei contigisset istam Parochiam cum Archipresbiteratu posset retinere si casus euenerit, post regressum pt eō post Conc. Trid. pot utrunq. retinere, et in parte residere et Archipresb. nō perdit quicquā nisi distribut.^s quotidianas.

Habens graues Inimicitias in sua parochia durantib. his pot de licentia Epi ab ea per annum abire, et interim debet Ord.^rius constituere Vicarium mercede congrua ex eius fructib. assignata qui inseruiat d.^e Parochię

Verba cap. . sess. 24. Conc. Trid. quod Archid.^mi Decani, et alij Inferiores in sua uisitatione debent assumere notariū de consensu Epi, Non habent locum in Abbate Seculari.

Bulla S.D.N.

Bulla S.D.N. de Monialibus prohibet quod Puellæ non possint suscipere habitum in Monasterio non clauso, si vero sit clausum possunt.

Cum dubium est, quorum sumptu sit educandus Concionator pro quadragesima, debet interdum Episcopus proprio sumptu eum conducere.

Equites Hier.mi habentes Indulgentiam a S.D.N. debent licentiam Episcopi et Ordinarii expectare alias debet d. Ord. procedere contra eos, et contra Clericos prout a Concilio cavetur cap. 6. sess. 14 cap. xi. Et Episcopus visitans Monasterium tamquam Abbas non tamquam Episcopus non acquirit possessionem visitandi.

Episcopus qui ante xi diem Iulij 1566. re ipsa Seminarium non erexit quandocumque illud erigere constituerit, ab ipsa reali creatione nihil eius nomine ultra dimidiam quintam relatam ad antiquam taxam exigat, et si quid amplius exegerit, vel restituat, vel cum eo compenset quod in posterum post ipsam erectionem ad eam rationem exigendum erit, si tamen clare appareat totum illud quod exactum erit iam fuisse vere conversum in preparantur necessaria aut aliam similem operam Seminarij antiquam tamen taxam in hoc dominio Veneto ea est intelligenda, que fuit in usu antequam alia novissima id fieret, quicumque vero Episcopus ante eam diem xi re ipsa Seminarium erexerit, et servata forma Conc. Trid. certam taxam stabiliverit eamque a maiori parte taxatorum nomine suo exigere incepit, seu illi sponte seu ex conventione facta vel facienda solverit dummodo sit Episcopus in hoc quanti possessione sic exigendi, ea taxa sic taxata in usum Seminarij versa sit, et quoties de ea certatur, in exactione huiusmodi inservient, et omnes qui denegaverint solvere eam taxam stabilitam possit urgeri iuris remedijs, si aliqua tamen simplicia beneficia post erectionem Seminarij vacassent in sua Diocesi que non applicasset Seminario sed familiaribus suis vel consanguineis contulisset detrahat taxe Seminarij tantam summam quantam redditus illorum beneficiorum capit, et tamen de sua mensa Episcopali assignet Seminario quoad vixerit vel donec alia beneficia vacantia saltem eiusdem valoris, et ad eius collationem spectantia

eidem Sem.rio univerit, et eorum fructus eius effectu applicaverit, si vero benef.a aliqua Sem.rio eam univisset, et nihil propriae taxae detraxisset cogat.r tamen inde trahere quantum est redditus illorum beneficiorum unitorum Sem.rio pensitus.

Pro mercede Cappellani sufficiunt 50 aurei.

In Custodiendis mercedem intervenientibus aliorum beneficijs curatis debent observari decreta Conc. Trid. Cap. 21. sess. 21.

Si cessio beneficij sit facta in manibus Ord.rij et ab eo admissa ante diem quo S. D. N. pro bulla Romae proposita seu signata non impediuntur Ord.rij id beneficium conferre.

Parochus qui non vult in sua parochiali residere debet ea iuris ordine servato privari.

Illi qui licentia legendi (?) studiorum causa absunt distribut.s quotid.s omnes percipere debent exceptis incertis quotidianisque proventibus qui tantummodo inter eos quotidie dividi solent qui sacris inserviunt.

Cap. 17. sess. 23. Conc. Trid. loquens de Parochialibus non habet locum in Prioratibus habentibus curam animarum.

Ord.s non debet sine causa prophanare ecc.as seu Capp.as et si aliquas causas prophanandi habeat potius semel attribuendo ecclesiae quae caput est ecclesiarum quam alteri.

Hospitalia quae non fuere data nec in titulum nec admin.em cuiusvis beneficii annexa, nec redditus aut proventus ecc.ae non habent Seminario contribuere non tenentur aliquo modo.

Epus habens ius visitandi parochias sitas in sua Dioecesi in his quae spectant ad curam animarum, tamen dictae parochiae sint sub cura Canonicorum Regularium Vicariumque ex istis Canonicis regularibus ab eorum superioribus nominatum previo examine per ipsum Epum vel eius Vicarium faciendo idoneum ad curam animarum exercendam invenitur et approbatur ad nutum tamen eius superioris amovibilem deputare debet non obstantibus quibuscumque.

Epus debet benedicere Abbatissam que infra annum a die quo ad illud Monrium fuit electa petijt ab Epo benedici, si solitum sit illis Abbatissis benedici

Constit.° illa Epi. que adhuc non fuit confirmata a Papa ut nemo ad distributionis admittatur nisi fuerit in lectura . . examinatus non ligat eos qui habuerit collonem a Papa.

Unus quisq. pot sibi sepulcrum eligere quocunq. maluerit, modo quartam funerum parochie sue persolvat

Causa sumptuum Semrij tam pro eius edificatione q alendis pueris et eorum magris non pot Epus plus dimidiam decime exigere directa ad antiquam taxam in quo Semrio non debent admitti plures pueri q quos ea peccunia alere potest, que ex dimidia pond Sem antiquam taxam exacta fuit

Breve S.D.N. de concessione Immunitatis contributionis Semrij facta Conimicis Regularibus non habet locum ubi tempore concessionis immunitatis pte eam erat stabilita taxa, et Seminarium in quasi possessione sic ab eo exigen.

In reparationib Parochium servanda sunt decreta Conc. Trid. cap. 7. sess. 21. quod incipit Parochis, nec pro reparatione ptas sequestrand. sunt fructus necessarij pro victu Parochi.

Moniales, que eius ordinis sunt, que requirunt professionem si tacitam professionem emiserint, et si palam et expresse id factum no fuerit tn cogende sunt ut profiteantur

Si Cappellania habet onus celebrandi certas missas, et eradicandi in cura animar. eccl. plebanie est beneficium incompatibile cum alio beneficio curato q alias psolam residentiam requiren. nec eius Rector subiacet Capitlo, et tz Canon de elect. in 6. sed quidq. comprehenditur sub decretis Conc. Trid. loquentibus de residentia beneficiorum curator.

Obtinens parochialem eccliam per provisionem Sedis Aplicae habens liberam

curę exercitium et omnium bonorum fructuum et proventuum d. parochialis ecc.
pertinent possessionem licet in limite adeptę poss.^s sit mota fuerit lis quod aliquid
in petitorio, tamen tenetur se promoveri facere infra annum lite pendente
et ad residentiam in d.^a ecc.^a cum praesupposito quod non tenet^r partem
fructuum ei pro sufficienti victu assignare iuxta formam Conc. Trid.

Epus non debet per se ipsum praedicare, sed sumptibus propriis alium conducere
qui id munus exequatur.

Nullus praeter Epus potest se interponere in his quae spectant ad probandum
sacerdotes sacrae Confessionis Ministros.

Ord.^s tam ex auctoritate Conc. Trid. quam Bullę S. D. N. Vicarijs perpetuis habet facultatem
assignandi Vicario perpetuo in parochialibus Ecclijs.

Vicarij perpetui & temporanei futuri sunt, debent ab eodem Ord.^rio examinari
et approbari.

Obtinens beneficium licet habeat titulum alicuius sancti dummodo sit sim-
plex non tenetur in eo residere.

Abbas si conductum Theologum habeat, qui sacram scripturam interpretetur
et Gramaticum qui lris pueros instruat, hoc sumptibus deductis deinde
et his quae fiunt non modo in percipiendis et colligendis annuis
fructibus, et Proventibus Abbatię, sed et in suscipiendis, et proseq-
uendis litibus, quae ad tuenda ipsius iura Abbatię pertinent, verus
Abbatię redditus extimandus est, atque talis extimationis et summę
eorum omnium sumptuum de quibus dictum est habita ratione, Abbas
contribuere debet Seminario.

Oratorium ab Ord.^rio visum et cognitum, si existimet Idoneum in quo honor, et
cultus Dei tribuatur, quod sacrificium missę requirit, debeat ab eodem Ord.^rio
si adsit aliqua legitima causa permitti, et in eo dum missa celebratur.
quae permissio debet durare, quo ad durabit causa permissionis.

Collegiatę non debent uniri Cathedrali sine auctoritate Papę qui
id quoque efficere debet cum causę cognitione.

Ant. omnia in Sem.rio conducendis esse Grammaticos et Musicos peritos, qui Pueros instruant, quorum si reperiant. Jesuitæ, cetris antponendi; et Pueri qui in Sem.rio collocabunt. erit tales qui in servitutem Dei se dicare velint atque pauperes.

Moniales subiectæ sed regularium exemptorum. si sine licentia Ord.rij ex Monrijs egressæ fuerint, debent ipsæ et earum superiores de quarum licentia e Mon.rio egressæ fuerint et censuris Ecc.cas et alijs Juris remedijs ab eod. Ord. puniri non obstantibus quibuscunque privilegijs. Et si superiores earund. alicui Monialium habitum dederint antequam ab Ord.rio exam.te fuerint cont. decreta Conc. Trid. Item si ipsæ Moniales professionem emiserint antequam iterum ab Ord.rio examinentur cont. eiusd. decret. Conc. statuunt qui casus si evenerint tenetur Ord.s explorare voluntatem, quæ habitum tamen susceperint antequam Religionem profiteantur, ab illis vero Virginibus sacris a quibus non modo habitus est susceptus, sed iam facta est professio, et si examinatæ non fuerint, tamen ab eis nihil exigitur pot. Ord. sed eas permittere in suo statu manere; et pro ut a Conc. Trid. statuit. in Abbatissas et præfectas animadvertere debet, debentque per Ord.m eund. Moniales eorum superiores admonere, ne illis Virginibus sacrum habitum dare debeant, ac multo minus patiantur, in Religione profiteri nisi prius earum voluntate perspecta et explorata sit ab eod. Ord.rio, quod facti contrafacientes potest idem Ord. coercere non solum penis a Concilio statutis et prescriptis, sed et Ecc.cas censuris, et alijs Juris remedijs non obstantibus quibuscunque privilegijs.

Decretum Conc. Trid. Sess. 24. Cap. 17. versus Nemo igitur deinceps ad dignitatem, non habet locum in collegiatis Ecclesijs

Domus Hosp.lis S. Antonij data in Comendam debet Sem.rio contribuere si non fuerit destinata, nec taxata libris s. Cam.e Ap.licæ quia debent eius bona estimare, et deductionibus solutis debet Comend.rius Sem.rio contribuere mediam summam sed antiquam taxam.

Non fuit mens S. D. N. in bulla residentiæ edita cogere habentes beneficia simplicia in eis residere

Ord. non debet permittere mulieres quæ inhoneste vixerunt in Mon.rio Sacrarum Virginum manere, et presertim si consueuit in Monasterium illud istas tantum feminas admittere, et ipsæ mulieres a superiore Mon.rij aut alias in scriptis licentiam impetrauerint, nec Abbatissa, nec reliquæ Moniales consenserint post ingressum Mon.rij clausuram seruauerint, nec aliquam uiuendi rationem quam Moniales seruent

Quoties aliqua ecclesia parochialis uacauerit, ad quam aliquis alius habet ius nominandi quemcunque Abbas nominauerit, eum Ord. ad examen admittere debet, si autem ecc.æ uacabunt ob mortem Rectoris, in quibus Abbas habet ius conferendi earum uacationes qui suscipere uolunt Ord. probare debet eo examinis genere quod uocatur concursum, Rex Abbas ob eam causam nullum examinis edictum proponere potest, neque illius officij partem aliquam attingere, sed id pertinet ad Ord.rium qui debet ipse proponere edicta, et Exam.res ex Concilio prescripto deputatos adhibere quibus omnes illius modi concursus examinentur, quo examine confecto eos ex his quos uitæ integritas, et doctrina commendauerint, Ord. debet eligere magis idoneos, et postea Abbati relinquere ut ex ijs cui maluerit curam conferat.

Canonicus qui dum erat sanus, nec aliquo legitimo eo impedimento tantum suum personale munus obire solitus erat, si postea ægritudine superueniente id impediat excepta, non debet ipse distributiones quotidianas amittere.

Parochus si eo morbi genere teneatur, ut ad functiones sui Sacerdotij nec ad res diuinas ipse obeundas minime idoneus esse uideatur non tenetur durante ipso morbi genere sacris ordinibus se initiari facere.

Nulla Cognatio spiritualis contrahitur nisi inter personas quæ nominantur in cap. 2 Sess. 24 de reform. matrim. Conc. Trid. die 4 Iul. et ea matrim.o initio a Conc.o declarantur quæ post 30 dies a die ipsius publicationis in Parochia factæ clandestine contrahantur.

Pensionarius debet contribuere Sem.rio pro rata ad rationem illam quae contribuit titularis.

Parochiales quae sunt in Dioecesi una et ab alio Ord.rio illius loci collatae, pro ut debent contribuere Sem.rio Dioecesis in qua sitae sunt.

Puellae cuius declaratio in dubium revocatur Ord. ex ea diligenter quaerere debet, An Deo Religiose inservire atq. inter moniales apud quas est professionem emittere, An vero nubere velit, et hoc debet fieri necessarijs interrogationib., et quicquid responderit debet describi a publico Notario pntibus testibus idoneis, Quae Puella si ob aliquam causam probabilem videantur Ord.rio non esse examinanda in Mon.rio debet exam. in Eccl. eiusd. Monrij vel alio religioso loco qui aptior vel commodior videbitur.

Seminarium si post decretum de seminarijs erectum est non possunt Ord.rij pro Contributionib. Seminarior. alioquin se extendat decretum id quoq. gravare, sed in omnib. id decretum est servandum.

Patriarcha habens ius conferendi aliquas Parochiales quae sunt in Dioecesi alicuius Epi suae Provinciae non pot eas Conferre praeter illis qui exam. fuerit ab examinatorib. deputatis p Epum eius Dioc. in qua sunt habet ius constituendi Vicarios in eis congrua arb.o suo fructuum portionis assignatione quae d. Parochiae inserviat donec de Rectore provisum non fuerit, nec de eiusd. licentia pot Patriarcha in Dioecesi aliena, et ea alicuius Epi suae Provinciae Confess.rios ad curationem animar. constituere nisi de eiusd. Epi Consensu, et examine eius previo quod p eum aut eius exam.res sit faciendum, et cum ctus Epus provinciales d. Patriarche Synodum Dioecesanam habebit Patriarcha non pot nihil omittere quamobrem Ecc.arum Rectores, quor. electio ad ipsum Patriarcham spectat aliisq. fratres qui curam animar. in eis gerunt, vel Synodo no intersunt vel decretis Epi minus obtemperent, non pot idem Patriar.a alienos Epos in Dioecesi sua provincialis inducere ad Ecc.ar benedicend. vel consecrand. vel ut sanctum extremae unctionis oleum conficiant, vel ut Chrisma administrent, aut religiosa pontificalia munera obeant.

atq. exerceant, nisi de Ep.ali[illegible] cuius est Sinechi consensu.
Pentionarius non tenetur contribuere pro mercede predicationis [illegible] ubi est
consuetudo, quod Populus talem impensam patiatur.
Resignatio in Manib. Papę facta in favorem certę personę et ab eo admissę
in cuius favorem resignatum est, non est examinandus per concursum
sed sufficit si examinet eo examinis genere q. dicit. ex forma dignum.
Ord. indicare debet matrim.a illa esse nulla quę sine Parocho vel alio Sacer-
dote de illius Parochi, vel Epi Ord.ij licentia a duob. vel tribus testibus con-
tracta non sunt, Statuere aut. non debet quod illi qui non servata forma
[illegible] contraxerit sint inhabiles ad rursus contrahendum, quia est con. dispo-
sitionem cap. i. sess. 24. de reform. matrim. Nam verba illa decreti
Matrim.a non contraxerit simplr inhabiles fiant adversus contrahen. sed
ad contrahendum sic nempe eum modum sine Parocho et Testibus,
quamobrem qui in contrahendis matrimonijs decreti formulam non
sunt sequuti, rursus contrahere debent ex decreti prescripto idest
adhibito Parocho, et Testibus, ad hoc Ord. illi concedere debet nisi
sanguini aut propinquitate, aut alijs sacrorum Canonum exceptionibus
excludantur qui idem Ord. in eos qui matrim.m sine Parocho et
Testibus Contraxerint, tam in eos eo qui huius contractis interfuerit [illegible]
penam arbitrariam animadvertere debet.
Epus non debet se intromittere in Monrijs in quib. viget Reg.ris observantia.
Habens Canonicatum et duo Simplicia benef.a quorum omnium annui redditus
sm. coem extimationem non ascendunt summam 25. scutor. non prohi-
betur a Conc.o Trid. quin ea omnia retinere possit.
Ius eligendi Predicatorem spectat ad Epum, et non ad alium quempiam.
Sam.ta Papę qui de Con.ne eiusd. examinati et approbati fuerint Romę, debet
Ord. de illis rationem habere, ac si ab eo examinati, et approbati essent.
Prepositum [illegible] Iurisd.lis non intelligitur esse comprehensa in Bulla S.D.N.
de residentijs Parochorum Edita.
Cap. 6. Sess. 24. Conc. Trid. non prohibet, quod ille qui cum 14. etati suę

annum attingit quamvis nondum expleverit potest simplex benef.m obtinere.

Epus demortuus reliquit Vicarium, quem elegerat, cum non esset Doctor, Cap.m non debet eum confirmare, sed alium qui sit Doctor eligere.

Puellae, quae sumpserint sacrum habitum in aliquo monialium Monrio debet ab Ord.no eis praefigi certus terminus 15. vel 20. dierum intra quem debeant deliberare utrum velint professionem emittere vel non, quod si nolint remittendae sunt ad domos Consanguineorum vel affinium.

Epus debet sumptibus propriis salariare in Ecc.a Cathed.li Praedicatorem, non obstantibus quibuscumque Consuetudinibus et Immem.libus

Pro Immissione in poss.nem Praepositurae nonpos. Cap.m Collegiatae quicquam exigere ab eo cuius nomine adepta fuit possessio, nisi aut aliqua lege, aut consuetud. id erogari esset in aliquos pios usus, et si quid ad causam exactum esset, debet ab eodem Capto eidem restitui nisi forte id exactum ibidem in aliquo instituto aut consuetud. in usus pios conversum esset.

Examen per concursum non debet fieri in vacatione parochium quae sunt Iurispat. Laicorum sed sufficit quod deputatus a Patronis examinetur ab examinatoribus in Dioecesana Synodo deputatis, et idoneus inveniatur quo ut statuit Conc. Trid. cap. 18 sess. 24. vers. si Patronatus ius.

Decretum Conc. Trid. quod statuit, ut matrimonii contractus fiat solemniter coram Parocho et testibus, habet dumtaxat locum in matrimoniis quae contrahuntur de praesenti non autem cum sponsalia contrahuntur.

Ord. permittere debet tertiariis Monialibus ordinis S. Franc. sub obedientia fratrum minorum quemadmodum ut antea fuerunt et offerre ut professionem trium solemnium votorum quamprimum emittant ex Monrio Relig.nis S. Franc. cui sunt addita si forte eam non emiserint nec cogere eas debet, ut habitum mutent aut velo nigro utantur si illarum ordo hoc non requirit postremo intra septa Monrii illas claudere debet.

Si Resignatio parochiae vere fuit Romae expedita antequam Ord. resignantem tit.o ac benef.o d. Ecc.ae parochialis privavet, d.a resignatio debet suum sortiri effectum nec Ord. pot. eam infringere, nec alicui Ecc.ae pensionem imponere.

314

Eadem ratio habenda est de his que scribuntur a Cardinalibus Sacre Congregationis Conc. Trid. noie ipsius Congregationis ac si a Papa scripta essent.

A Capitulo uniuscuiusq. Ecclesie Collegiate ea omnia observari debent que decreta sunt cap. 6. sess. 24. Conc. Trid. in et sub quorum precepto intelligitur et prima citatio.

Uniones perpetue a 40 annis citra facte a die publicationis Conc. Trid. computandi ab Ordinarijs possunt examinari atq. irrita declarari.

Dulciaria multa intelliguntur esse de genere prohibitorum a Conc. Trid. cap. 14 sess. 24. ab aliquo Capitulo exigendo pro admissione in possessionem alicuius novi Canonici.

Legata hac de causa, ut conducatur Grammaticus qui pueros pauperes literis instruat esse intelliguntur ex decreto Conc. Trid. cap. 18. sess. 24. applicata Seminario, cum onere erudiendi pauperes pueros quemadmodum Testator iussit.

Epus debet visitare Ecclesiam parrochiam eiq. de Parocho providere qui Sacramenta et alia Populo necessaria administret.

Collegijs pro alendis pauperibus institutis quod ex decreto Conc. Trid. cap. 18. sess. 24. sit applicatum Seminario ordinandus est administrator cum onere tamen ut omnia curet exequi que ordinata fuerunt in institutione d. Collegij

Litterae Conservatoriae sunt omnino sublate, nec eis potest quisquam se tueri nisi & quinquennium a die publicationis Conc. Trid. ~~[illegible]~~ computum.

Vicarius vacante Epali sede debet eligi Doctor alias electio est irrita.

Non potest Iudex Ecclesiasticus arcere aliquem ab Ecclesia eo quod nolit remittere actionem iniuriarum proximo suo, nec satisfacit hominis Christiani officium si intimum odium atq. rancorem quis deponit.

Satis est si Matrimonium coram Parocho et testibus contrahatur et verba de presenti et si contrahentes in Ecclesia non obtinent denunciationes trine sacerdotalesq. benedictiones in Ecclesia sint faciende.

Parochialis Ecclesie in qua fuit institutus Cappellanus cum institutione Cappellanie [illegible] fuit imposita cura animarum. Sed Vicaria perpetua quoad Cappellanum

uixerit, ipsius Parochijs non tenetur in ea personaliter residere.
Archipresbiter qui est nullius Dioc. debet visitari a vicinior Epo.
Pro dispensatione in 4.to Consanguinitatis gradu sufficit quod omni adhibita diligentia mulier cum qua dispensatur non inveniat alium virum parem cui nubere possit.
Si Populus nolit Eccl.am restaurare quae minatur ruinas ea debet penitus dirui.
Fratres Mendicantes semel examinati et idonei reperti pro confessionibus audiendis non debent iterum ab eodem Ord.rio nec eius successorem examinari.
Puellae quae sunt in Monio educationis gratia debent restitui patri quandocunque eas petierit.
Parochi non debent unici Cathedralibus et Canonici vocantur residere, alias puniendi sunt prout statuitur a Conc. Trid.
Filij Clericorum illegitimi non prohibentur a Conc. Trid. habitare cum patribus.
Propter Inimicitias licet Parocho abesse a sua Parochiali Eccl.a ad annum et interim debet Epus Ord. curare ut Inimicitiae illae extinguantur. quod si non possit id efficere debet rescribere ad Card.les Cong.nis Conc. Trid. cuius culpa factum sit, quominus reconciliatio processerit.
Puellae quae educationis ca. in Monio sunt debet dari licentia ut Monio possint egredi, et ad Balnea eunde, sive valetudinis gratia eisdem possunt permittere ut in idem Monium redire possint si balneis se eodem recipere voluerint.
Facultas concessa appellanti a Sententia alicuius Archipresbiteri qui est nullius Dioecesis ad Epum vicinionem est, ut nulla in eas interposita app.ne a sentijs Archipresbiteri ad se ipsius Epus avocet nisi a definitiva Sententia d. Archipresb. vel ab ea quae sentiae definitivae vim habeat et cuius gravamen per app.nem a definitiva sen.tia reparari nequeat appelatum fuerit.
Confraternitates seu Scholae quae nulla habent benef.a Eccl.ca annexa nec redditus nec proventus Eccl.os non debent Sem.rio contribuere.
Epus auctoritate Ordinarij non habet facultatem in gradibus affinitatis seu

consanguinitatis a iure prohibitis contrahend. matrimonium dispensandi.
Epus debet dare licentiam Priori petenti ut per 4or menses a suo Priorata abesse possit in loco commodiori valetudinis suę curandę causa.
Suffraganeus antiquior debet Metropno impedito Concm conuocare Prouinciale in ceteris uice eius Metropolni fungi posset decernitur a Conc. Trid. cap. po. sess. 24. Et non Epus qui non est Suffraganeus, sed exemptus et Sedi Aplcę immediate subiectus licz in Conc. Prouinciali per Metropnum dum uiueret celebrato iuxa formam cap. 2. sess. 24. elegerit d. Metropnum in cuius Synodo interesset, et licet omnib. suffraganeis d. Metropni promotione sit antiquior et in Conc. Prouli sedeat supra omnes alios Suffraganeos.
Ordrius Non habet auctem uisitandi Hospitalia neq. confraternitates quę a Laicis reguntur nisi in casibus a iure expressis et cap. 10. sess. Conc. Trid. intellig. et habet locum solumodo in casibus a iure expressis licz tn Ordrius ab eis rationem admnis exigere nulla habita rone Iuris eius sed seruata tnm dispositione cap. 08.
In cap. 08. sess. 22. Conc. Trid. de reform. clare dicitur quod Epi habeant Ius uisitandi hospitalia et confratres et exemptas. Sess. 17. cap. 15. habetur, Curare debent Epi ut Hospitalia a suis administratoribus quomodolibet exemptis diligenter et fideliter gubernare quod fieri nō potest absq. uisitatione, et quam cognoscere potuit quę facere debent Admintes Hospitalium, confraternitates. et sess. 22. cap. 9. habentur hec, Administres Hospitalium et confraternitates teneantur singulis annis rationem Ordinario reddere.
Dubitatur utrum obtinentes beneficium uigore praesentationis ab habent. tamen Ius deputandi et sentea postea institutione tunc temporis si quam nec demonstratione contrarię uoluntatis, cuius. iterum declarandum esset quod Ordrium successionem et institutionem ipam esse nullam iuxa decreta Conc. Trid. sess. 14. de refor. cap. 13. et sess. 24. cap. 9. Et pro ut uidetur disponere caput illud, et per c. relatum extra

de ...... vero declarari esset incidisse in excom.^em tam prelatum quam privatum
prout disponit cap. preterea de iure patr. et c. si quis deinceps. 16. q.
cum seq.

Responsum est per Cong: Conc: Trid. ipsum Conc.^m non derogari pro Cap.^o Pre-
terea de iure patr. nec alijs similibus, et que idem in hac materia
disponit voluisse addere iuri ...

Dubitatum quoq. fuit ab eadem Cong.^ne quid iuris de illis qui prelati et
instituti fuerunt, si non habent bullas, responsum fuit ab eadem Cong.^ne
quod sufficit si aliunde legitime constat de d.^a tali institut.^e nisi insti-
tuti obligati fuissent expedire bullas Ap.^cas tunc enim obest Bulla
Iulij 3.^ti edita adversus eos qui possessionem beneficior. adipiscuntur non
expeditis bullis Ap.^cis

Fuit atq. dubitatum quid iuris de illis qui nullum hnt benef.^m iure legati relictu
fuit a quibusdam ut certas missas in hebdomada celebrarent. et heredes eor.
fecerunt electionem Sacerdotis qui huiusmodi legato satisfaciat.

Preterea dubitatum fuit presupposito qd aliqui de ptis inciderint in censuras
utrum celebrantes facti sint irreg.^res indigeantq. Ap.^ca dispensat.^e Resp.;
Responsum fuit ab eadem Cong.^ne quod d.^m Cap.^m preterea de iure pat. non
excomunicat ipso iure, sed dicit ad excomunicandos, quod et glos. ibi
adnotavit ideo si quis in specie ob hanc causam excomunicatus
fuit ab Ord.^rio et postea celebravit, certum est eum incidisse in irregu-
laritatem ideoq. indigere dispensatione.

Preterea animadvertendum est ad eos qui electioni Laicor. consenserint hos n.
ex hoc solo irreg.^res factos fuisse credidit glos. d. cap. preterea.

Ultimo dubitatum fuit, utrum tollerantia Epor. qui pro tempore fuerunt igno-
rantia ptor. excuset presertim cum ptā beneficia sint valde tenua.

Responsum est ab ead. Cong.^ne Neutrum excusari

In Provisionibus a Sede Ap.^ca factis in forma dignum, nec est necessaria
nec de iure fieri debet exam.^o que vocatur p concursum cap. 12. sess. 24.

Conc. Trid. vers. preterea obtinentibus hic est intelligen. ut Can.^{ci} non possint abesse a servitio sue Ecc.^{e} ultra tres menses, nec singulis annis nihilq. eis prodesse quod in civitate maneant, nisi Ecc.^{e} horis debitis inserviant, et intelligen. est omnes in contrarium consuetud.^{es} per d. c. vers. preterea, sublatas esse.

Canonici licet sint in Civitate, tamen si absunt a servitio sue Ecc.^{e} ultra tres menses incidunt in penam c. preterea. sublata est omnis consuetudo in contrarium.

Cap. 19. sess. 25. vers.^{o} qui vero habet locum in privatis duellis que fiunt sine alicuius Principis auctoritate, et sine patrinis

Doctoratus seu licentiatus in Theologia sive in Iure Can.^{co} et in publ.^{ca} Universitate graduatus non excusatur ab examine, quando potrit sibi providere de aliqua parochiali Ecclesia.

Per motum proprium S. D. N. publicatum die 25. Jan.^{ii} 1567. super residentia Canonicorum habentium parochias non sublata fuit facultas. Ord.^{riis} ita tamen quod non possint iuxta formam decreti Conc. Trid. aliquibus iustis de causis licentiam recedendi a parochia ad aliquod tempus concedere dumodo ea utantur intra limites prescriptos ab eod. Conc. Trid. sess. 24. cap.^{o} primo...

Parochus potest sibi alium presbiterum ad curam animarum adiutorem recipere, dumodo approbatus sit ab Ord.^{rio}

Illi cui plus est oblatum de prebenda pinguiori eidem dandum est plus de distributionibus quotidianis prout nihil dandum est eis quibus nihil ablatum est

Nec distributionibus quotidianis Canonicorum Cathed.^{lis} vel Collegiate Eccl.^{ie} auferendum est quicquam de beneficiis que sunt extra Ecc.^{am} Cathedralem vel collegiatam existentia essent perpetuo unita prebendis Canonicatuum preter Ecclesiarum a quibus beneficiis ex preter Ecc.^{as} L. quod ob eam causam exactum esset debet restitui, et de cetero ab huiusmodi exactione abstinere.

Nec potest Episcopus applicare fabrice Ecclesie nec census aut . . quos

Rectores Ecclesiarum possident, ut nec prohibere queat dd. Rectores accipiant portionem oblatam ab herede defuncti.

Episcopus in fulminandis Excommunicationibus se gerere debet ut a Conc. Trid. statuitur, nec pro Episcopus procedere tamquam Apostolicae Sedis delegatus nisi in casibus ab eodem Concilio expressis.

Hospitale unius Dioecesis habens beneficium quod alterius Dioecesi annexum est tenetur contribuere pro rata fructuum beneficij annexi Seminario quod est in Dioecesi in qua situm est beneficium.

Matrimonium quod non contrahitur in praesentia proprij Parochi aut alterius Sacerdotis de ipsius Parochi licentia seu Ordinarij est nullum, et testes quibus omnino praesentibus contractum est ipsique contrahentes grauiter sunt puniendi; et solum necessarium est, ut contractus matrimonij sit ualidus, quod praesente Parocho, uel alio Sacerdote de ipsius Parochi uel Ordinarij licentia ac eorumque testibus uerba de praesenti ab utroque contrahentium proferantur, nec omissione denunciationum inducitur matrimonium esse nullum praedicto modo contractum.

Episcopus ex Decretis cap. 6. sess. 24. quod ad conuocationem Capituli attinet ea duntaxat auctoritas attributa est ut eo solo casu possit ipse arbitrio suo Capitulum conuocare, uota exquirere, et uiso ea concludere dumodo non actum sit de re quae ad suum uel suorum comodum spectat in reliquis casibus Conc. Trid. nihil noui statuit.

Distributiones quotidianae distribuendae sunt Canonicis qui solas distributiones percipiunt, nec praebendas habent, non debent distributiones contribuere Seminario.

In Abbatia quae caret Cura et Conuentu, non tenetur Abbas residere.

Modus servandus a Metropolitanis in Causis Appellationum ex Sacrae Congreg.nis Episcoporum Decret.

his vide disp: conc. c. 20. : 24. de reform.

Ad tollendas ambiguitates et controversias, subitales, quae inter appellationum et priores Inferiores Iudices non sine partium dispendio cursusque Iustitiae Impedimento ac saepe cum scandalo oriuntur, Sacra Congregatio Cardinalium causis istorum episcoporum praeposita facta prius Relatione S. D. N. Clement. 8o. ac de S.tis eius mandato, quae eius oraculo desuper habito in hunc qui sequitur modum ab omnibus ad quos spectat in posterum servari debere mandavit et mandat.

Metropolitani Archiepiscopi, Primates, aut Patriarchae, in Suffraganeos eorumve subditos non iudicent nisi in casibus a iure expressis.

Item nec alii quivis Superiores et Nuncii sive delegati de Latere specificam facultatem maiorem non habentes causas in Curiis Ordinariorum vel aliorum Inferiorum Iudicum pendentes ad se non avocent nisi per viam legitimae appellationis ad istorum tribunalia deferantur tuncque appellationis ab Inferiorum Iurisdictione quo ad alias causas eximere non possint.

Appellationes nunquam recipiant nisi per publica documenta quae recto exhibeantur prius constiterit appellationem a sententia definitiva, vel habente vim definitivae aut a gravamine quod per definitivam reparari non possit in casibus a iure non prohibitis per legitimam personam, ac intra debita tempora fuisse interpositam ac prosecutam.

Dum causae coram Inferioribus Iudicibus pendent ante definitivam sententiam, vel vim definitivae habentem, de gravamine illato Superiores cognoscere non valeant, quamquam citra praeiudicium cursus causarum se id facere protestentur nec ad hunc effectum liceat eis Inhibere aut scriptis mandare ut ipsis copiam processus transmittat et expensis appellantis

Inhibitiones post appellationem ut admittitur receptas non concedantur nisi

cum insertione tenoris Sentię aut decreti deffinitiui aut uim deffinitiuę habentis, uel damnum per deffinitiuam irreparabile continentis alis Inhibitiones et processus et inde secuta quecunq. sint ipso iure nulla, eisq. impune non parere liceat.

Si Appellans asserat Sentię aut app.^mi^ extractum culpa Iudicis a quo, uel actuarij habere non posse, non ideo recipienda erit appell.^o^ aut aliqua Inhibitio concedenda, sed eis tn̄ ad quos pertinet iniungi poterit, ut soluta condigna mercede actorum extractum authenticum App.^i^ tam Iudex app.^mi^ in mandato tradendi acta poterit adijcere ne interim aliquid non contra app.^tem^ intentetur.

Ab executione decretorum Sacri Conc. Trid. aut Visitatoris Aplici App.^nes^ a Metropolitanis non recipiantur, nec eo quando Epi uirtute eiusdem Sacri Concilij procedunt uti Sedis Ap.^ce^ delegati in causis que sub eorum Iurisd.^ne^ ordinaria non comprehenduntur, salua tamen hac causa Legatorum et Nunciorum Aplicorum auctoritate.

In causis uero uisitationis ordinariorum aut correctionis morum quoad effectum deuolutiuum tn̄ App.^nes^ admittantur nisi de grauamine per deffinitiuam irreparabili agatur, uel cum Visitator citata parte et adhibita causę cognitione iudiciario procedat, tunc enim app.^mi^ locus erit eo quo ad effectum suspensiuum.

Cum a grauamine quod per deffinitiuam reparari nequit, ut indebitę carcerationis uel torturę aut excom.^is^ eo cominatę appellant, non nisi uisis actis in quibus euidenter appareat de grauamine app.^o^ admittatur.

Causa app.^mi^ pendente appellans in eo quo reperitur carcere permanebit quoad Iudex ad quem app.^tum^ est uisis actis causa cognita alr decreuerit et tunc a Iudicis a quo decreto uim deffinitiui habenti fuerit app.^tum^ nihil mandare aut pro sui decreti executione attentare poterit donec per Iudicem Superiorem aliquid fuerit ordinatum.

Acta originalia processuum p.^e^ Instantię ad Iudicem App.^mi^ Notarius mittere

non cogatur, nisi aliqua probabilis causa aut suspicio falsitatis incidat que iudicialiter obijciatur, et tunc terminata causa remittenda sunt ad Ord:rium ut in suo Archiuio conseruentur.

Censura lec.ca in app.tem prolata relaxari aut nulla declarari per Iudicem app.ni non potest, nisi auditis partibus et causa cognita, tuncq. si constite-rit eam iustam esse ad Iudicem qui excomunicauit appellans remittendus est, ut ab eo iuxo Sacros Canones beneficium absolutionis si humiliter petierit debitamq. emendationem prestiterit obtineat, si uero iniustam esse clare appareat, superior absolutionem impendat, si aut dubitat. honestius est ut ab excom.te intra breuem aliquod competentem terminum eidem prefigendum absoluendus remittatur, licentiam superiorum in hoc casu id ipsum ipse prestare iure prohibit.

Absolutio ad cautelam non nisi parte citata, et uisis actis cum dubitatur de nullitate excom.is ab homine prolate, uel a Iure si occurat dubium facti, uel probabile dubium Iuris concedenda est. tuncq. ad tempus breue reincidentia, et prestita per excomunicatum cautione de parendo Iuri et mandatis lec.e tm. et si iuxta formam a Iure prescriptam appareb[illegible] aliquem ob manifestam offensam excomunicatu[m] fuisse debitam satisfactionem prestare; si uero ob contumaciam manifestam expensas quoq. reficere, ac insuper cauere de Iudicio sisti coram excomunicatore, quis tenebit. priusquam ad cautelam absoluatur —

Provisio facta ei qui non fuit examinatus nec approbatus ab examinatoribus synodalibus sed ab alijs per Episcopum electis, dicitur nulla et posse impetrari à Sede Apostolica ut reservatam, ex Bulla Pij V.

Die 26. Novemb. 1611. Caesaraugustana

[margin: ...lia] Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum, quibus tribus convenit Archiepiscopum facultatem ut dicitur eorum Capituli possit eligere sex examinatores ad annum duratuos, quia ad instar examinatorum synodalium in examinatione promovendorum ad Parochiales Ecclesias adhiberi possit, quare inter eos admittantur qui solus est superstes ex electis in synodo praecedenti et adesset Archiepiscopus post id spatium synodum Dioecesanam cogat, in eaque ex praescripto ipsius Concilij plurimum eligere non permittat.

[margin: ...lia] An provisio Parochialis facta in fraude examinis et concursus teneat, nec nulla sit et ad Sedem Apostolicam devoluta stante tribus examinatoribus synodalibus vel pluribus in ultima synodo deputatis ab annis 14 vel circiter, et stante observantia dictae synodi ultimae in illa Dioecesi fuit factum examen, et concursus iniuncto Parochialis ab alijs Examinatoribus ab Ordinario deputatis non interveniente in dicto examine nisi unico D. Examinatore synodali. Quaeritur an dictus Concursus sit nullus, et propterea Sedi Apostolicae reservata, Congregatio Concilij censuit esse nullum, et reservatum Sedi Apostolicae.

[margin: ...lia] Si pluribus annis Dioecesana synodus non fuit celebrata, et interim unus ex Examinatoribus deputatis elapso tamen anno deputationis ipsorum moriatur et quorum remanet integrum et officium nec in eius statuendo à Concilio sex Examinatorum an cesset officium, et authoritas ceterorum superstitum.

Congregatio Concilij censuit si ex sex Examinatoribus in synodo Dioecesana deputatis, aliquis fuit defunctus, ceterorum officium, elapso anno post synodi celebrationem expirare, atque eos qui supersunt, pro legitimis amplius non haberi, neque ad examen promovendorum ad Parochiales Ecclesias adhiberi esse.



MS.

Declarationes Congregat. Conc. Tridenti

T. 2.